M

Esemplare integro con la Prefazione nella 2ª carta, e non nel v.º del frontespizio, ove il Renouard la pone.

R. II ed., To. I, p. 126, n. 3 _

C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS *epiſtolarũ libri Decem, in quibus multæ habentur epiſtolæ non ante impreſſæ. Tum Græca correćta, et ſuis locis reſtituta, atq; reiectis adulterinis, uera repoſita. Item fragmentatæ epiſtolæ, integræ factæ. In medio etiam epiſtolæ libri octaui de Clitumno fonte non ſolum uertici calx additus, et calci uertex, ſed decem quoq; epiſtolæ interpoſitæ, ac ex Nono libro Octauus factus, et ex octauo Nonus, Idq; beneficio exẽplaris correctiſſimi, & miræ, ac potius uenerandæ Vetuſtatis.*

E *iuſdem Panegyricus Traiano Imp. dictus.*

E *iuſdem de Viris illuſtribus in Re militari, et in administranda Rep.*

S *uetonii Trãquilli de claris Grãmaticis et Rhetorib.*

I *ulii Obſequentis Prodigiorum liber.*

E *piſtolæ decimi libri ad Traianum probantur eſſe Plinii in ſequenti epiſtola. Inibi etiam liber de Viris illuſtribus, nõ Tranqlli, ſed Plinii eſſe oñditur.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ALDVS PIVS MANVTIVS ROMANVS
ALOISIO MOCENICO EQVITI, ET
SENATORI VENETO. S. P. D.

Olebam ſuperioribus Annis Aloiſi Vir
s Clariſſ. cum aut. T. Liuii Decades, quæ nõ
extare creduntur, aut Salluſtii, aut Trogi
hiſtorias, aut quẽuis aliũ ex antiquis autoribus in=
uentũ eſſe audiebã, nugas dicere, ac fabulas. Sed ex
quo tu è Gallia, ubi pro Senatu tuo integerrime, ac=
curatiſſimeq; legatum agens, magnam tibi laudem, et
gloriã peperiſti, cũ plurimis, quæ ineſſe optimo Ora
tori oportet, tum eloquẽtia illa tua ſingulari, qua tibi
ante et diuitias, et gratiã in hac Rep. excell. cõparaue
ras, has Plinii epiſtolas in Italiã reportaſti, in mẽbra
na ſcriptas, atq; adeo diuerſis a noſtris characteribus,
ut niſi qs diu aſſueuerit, nõ queat legere, cœpi ſperare
mirũ in modũ, fore ætate noſtra, ut plurimi ex bonis
autoribus, quos nõ extare credimus, inueniãtur. Eſt
enim uolumen ipſum non ſolum correctiſſimum, ſed
etiam ita antiquum, ut putem ſcriptum Plinii tempori
bus. Quamobrẽ ſi, ut uidetur, a Plinii ætate ad hæc
uſq; tempora hoc epiſtolarum uolumen ſeruatum eſt,
fit, ut facile credam & T. Liuium, et alios, quos tum
uetuſtate, tum hominum negligentia, tum ui aliqua,
incurſionẽ ue exterarum gentium periiſſe credimus,
alicubi, tanquam in impio concluſos carcere, ſqualli=
dos delitere, ſperemq; exituros in lucem, idq; tempo-
ribus noſtris, ac mea, ſi diu uixero, præcipue opera,
Chriſto IESV annuente, δοτῆρες ἐάων. Nũc autem,

quod poſſumus, haſce Secundi epiſtolas damus q̃ corre ctiſſimas, in quibus etiam multæ ſunt, quæ antehac non habebantur. Sed tibi in primis habenda eſt plurima gratia Inclyte Aloiſi, qui exemplar ipſum epiſtolarum reportaſti in Italiam, mihiq; dediſti, ut ex cuſum publicarẽ. Deinde Iucundo Veroneñſi Viro ſingulari ingenio, ac bonarum literarum ſtudioſiſſimo, quod et eaſdem Secundi epiſtolas ab eo ipſo exem plari a ſe deſcriptas in Gallia diligenter ut facit oĩa, & ſex alia uolumina epiſtolarum partim manu ſcriptæ, partim impreſſa quidem, ſed cum antiquis collata exemplaribus, ad me ipſe ſua ſponte, quæ ipſius eſt erga ſtudioſos omneis beneuolentia, adportauerit, id que biennio ante, quam tu ipſum mihi exemplar publicandum tradidiſſes. Exeunt igitur hæ Plinii epiſtolæ in manus literatorum et tua, & Iucundi noſtri in illos beneuolentia, emendatiſſimæ. Sed quoniam epiſtolas decimi libri, quæ ſcribuntur ad Traianum Imperatorem, ſunt qui non eſſe Plinii putant, tum q̃a ſtylo, et elegantia diuerſæ ab aliis uidentur, tum etiã quia præter doctorum conſuetudinem, Domine dicit Plinius ad Traianum ſcribens, operæpretium fuerit & illas a Secundo ſcriptas fuiſſe oſtendere. Non imus inficias ſcripſiſſe Plinium alias epiſtolas, ut ipſe ait paulo accuratius, ſed et has ad Traianum, ſiquis diligenter inſpiciat, & doctas eſſe, et eleganteis fatebitur, nec a ſtylo Plinii alienas, id quod, cum ex omnibus id genus epiſtolis licet cognoſcere, tum ex ea manifeſtius, quæ de Dione quodam ſcribitur, qui ſuorum reliquias in religioſo loco poſuerat. Recitat enim ibi

quæ in cauſſa utrinq; dicta fuerant ſe iudice, quemadmodum in aliis quibuſdam facit epiſtolis cum de cauſſis, quas ipſe egerat, ad amicos ſcribit. Domine autem principibus dicere temporibus Plinii, iam receptum fuiſſe, illud etiã Martialis in epiſtola libri octaui ad Domitianum, oſtendit. Omnes quidem libelli mei Domine. Item illud, Edictum domini, deiq; noſtri. Eſſe autem Plinii epiſtolas ad Traianum, multis rationibus probari poteſt, ſed his potiſſimum. Primum, quia in antiquiſſimo exemplari unà cum aliis ut nos imprimendas curauimus, ſub Plinii Secundi nomine ſcriptæ ſunt. Deinde, quia Plinii illud de Chriſtianis ad Traianum, et reſcriptum Traiani ſuper ea re, habetur in una ex eiſdem epiſtolis ad Traianum, cuius rei Tertullianus, Euſebius, Paulus Oroſius meminere. Præterea in iiſdem epiſtolis multa habentur, quæ luce clarius oſtendunt ab eodem manaſſe & has ad Traianum, et illas familiares, ut illud de Voconio Romano in ſecundo libro ad Priſcum, Conuertere ad noſtros, nec hos multos, ſed meæ uerecundiæ ſufficiat unus, aut alter, ac potius unus. Is erit Voconius Romanus. Et paulò poſt ſubiungit, Hunc ego cum ſimul ſtuderemus, arcte, familiariterq; dilexi. Ille meus in urbe ille in ſeceſſu contubernalis, cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui. quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale iucundius? In eadem epiſtola laudat Voconium, quod patrem habuerit in equeſtri gradu clarũ, clariorem Vitritum, Laudat & a doctrina, a moribus. Meminit & Matris eius. Hæc eadem in quarta epiſtola libri decimi ad Traianum

de Voconio ſcribit his uerbis, Indulgentia tua Imp. Opt. quam pleniſſimam experior, hortatur me, ut audeam tibi etiam pro Amicis obligari, inter quos ſibi uel præcipuum locum uendicat Voconius Romanus ab ineunte ætate condiſcipulus, et contubernalis meus. & paulo īferius ait, Pro moribus Romani mei, quos et liberalia ſtudia exornant, & eximia pietas, quæ hanc ipſam Matris liberalitatem, et ſtatim Patris hæreditatem, et adoptionē a Vitrico meruit. Auget hæc & natalium, & paternarum facultatum ſplendor.

Præterea ī ſecundo libro ī epiſtolis ad Arrianū de Mario Priſco ſic ſcribit, Marius Priſcus accuſantibus Afris, quibus proconſul præfuit, amiſſa defenſione iudices petiit. Ego, et Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notum Senatui facere, exceſſiſſe Priſcum immanitate, & ſæuitia crimina, quibus dari iudices poſſent, cum ob innocentes condemnandos, interficiēdos etiam pecunias accepiſſet. Eiuſdem Marii Priſci meminit in tertia epiſtola libri decimi ad Traianum his uerbis. Qua ex cauſſa, cum patronum me prouinciales optaſſent contra Marium Priſcum & petii ueniam huius muneris, et īpetraui. Suetonio quoq; Trāquillo cum ex aliis quibuſdā ad illum literis amicum ſummum fuiſſe Plinium facile eſt cognoſcere, tum ex his, Libera tandem Hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt. Deinde ſic claudit epiſtolam, Patere me uidere titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, uenire uolumina Tranquilli mei. æquum eſt nos in amore tam mutuo,

eã dem percipere ex te uoluptatem, quã tu perfrueris ex nobis. De eodem ad Traianum libro decimo ſic ſcribit. Suetonium Tranquillum, probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum uirum, et mores eius ſecutus, et ſtudia, iam pridem Domine in cõtuberniũ adſumpſi, tantóq; magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpexi. huic ius trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſſæ. nam et iudicia amicorum promeretur, et parum felix matrimonium expertus eſt, impetrandumq́; a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Adde quod omnibus feré literis, quibus Plinio reſpondet Traianus, ĩeſt familiariſſima illa appellatio, Secunde cariſſime. His igitur aliiſq́; rationibus colligi poteſt has ipſas epiſtolas, de quibus agimus, Secundum ſcripſiſſe. Sed hæ ſint ſatis uel obſtinatioribus, et qui, quod dicitur, nodum in ſcirpo quærunt. Operæpretium etiam uiſum eſt addere huic operi Plinii Panegyricum de laudibus Traiani, Primum quia quæcunq; ipſius habere potui, conuenientiſſimum exiſtimaui in uno uolumine ſimul edere, Deinde quia adeo illum elegantem, doctum, acutum, utilem iudico, ut in eo ſeipſum ſuperaſſe Plinius uideatur. Legendus ille quidem aſſidue omnibus, tum ſententiarum grauitate, tum rerum copia, tum ad bene, beateq́; uiuendum ſanctiſſimis, optimiſq́; præceptis, ſed præcipue Magnis Viris, & principibus, iiſq́; omnibus, qui aliis præſunt, & quibus, λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσα μέμηλε. Talem enim fuiſſe Traianum ſcribit, ut quæcunq; habere oporteat optimum principem, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγ

κυλομήτεω σκῆπτρόν τ᾽, ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ Traianus habuerit. Quãobrẽ nõ imerito creã dis imperatoribus dicitur, Sis felicior Auguſto, et melior Traiano. Qui qdẽ ipſo Cyro Xenophõtis eò maior, quod ille non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperii, ut refert Marcus Tullius in epiſtola ad Quintum fratrem, Hic autẽ re uera talis fuit, qualem fuiſſe legimus. Quare, ut Africanus ille Xenophontis libros non ſine cauſſa de manibus ponere nõ ſolebat, quia nullum eſſet prætermiſſum in his officium diligentis, & moderati imperii, ſic nos hunc Secundi noſtri Panegyricum de manibus ponere non debemus, ut optimi Viri, fortiſſimi Imperatoris, iuſtiſſimi Principis exemplo, tales et ipſi efficiamur. Addidimus præterea duos libros, alterum eiuſdem Plinii de iis, qui uel in armis, uel in adminiſtranda rep. clari extiterunt, Alterũ Suetonii Trãquilli de claris Grãmaticis, et Rhetoribus. Nec me latet à qbuſdã hos libros utroſq; Tranquillo potius adſcribi, idq; Diui Hieronymi autoritate, qui in eo libro, quem & ipſe ſcripſit de uiris illuſtribus, Tranquillum ſe imitaturũ dixit, his uerbis, Hortaris Dexter, ut Tranquillum ſequens, eccleſiaſticos ſcriptores in ordine digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum uiris fecit illuſtribus, id ego in noſtris faciã. Hæc Diuus Hieronymus. Sed illi hac eadem Hieronymi autoritate redarguuntur. Non enim teſtatur Hieronymus Tranquillum ſcripſiſſe de Viris in Re militari, atq; in rep. adminiſtranda claris, quemadmodum in hoc Secundi libro licet uidere, ſed de iis tantum, qui

in literis fuere illuſtres, quos ipſe gentilium literarum illuſtreis dicit. id uero facit Tranquillus in eo libro, qui de claris Grammaticis, & Rhetoribus inſcribitur, quem ſecutus Diuus Hieronymus Dextri rogatu, de iis ſcripſit, qui in literis ſacris fuere illuſtres. Eſſe autem Plinii Secundi eum librum, in quo uiri clari in armis, et in rep. adminiſtranda enumerantur, tutatur Titulus, qui in omnibus id genus libris, qui manu ſcripti habentur, ſub Plinii nomine, nõ Suetonii, aut Cornelii Taciti, aut cuiusuis alius legitur. Hos uero libellos de Viris illuſtribus, ut correctiores exirent in manus literatorum, Ioãnes Baptiſta Egnatius, Vir in utraq; lingua eruditiſſimus, & Polyhiſtor Maximus, mecum accurate quidem, ſed curſim, quod parum daretur ocii, recognouit. Addito etiam Iulii obſequentis libro de Prodigiis, quem mihi Iucundus meus iucundiſſimus dono dedit, ut unà cum aliis in hoc uolumine imprimendum curarem. idque fecimus ſub tuo nomine Aloiſi Mocenice Grauiſſimi, Senatus Veneti Decus, ut quia non ſolũ Secundi epiſtolas ad nos ſedulus e Gallia reportaſti, ſed publicandas etiã mihi dediſti, Tibi præcipue debeant, Te plurimũ ament Studioſi omnes de hoc munere. Vale.

Venetiis menſe Nouembri. M.D.VIII.

INDEX EPISTOLARVM·C·PLINII SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI.

Acilio.	84	Caleſtrio Tyroni.	15
Albino.	161	Catilio Seuero	28
Annio.	52	Catilio.	83
Antonino.	116	Caluiniæ	36
Eidem.	142	Caluiſio.	60
Apollinari.	41	Caluiſio Rufo.	96
Eidem.	131	Eidem.	63
Arriano.	1	Eidem.	138
Eidem.	43	Eidem.	218
Eidem.	48	Eidem.	250
Eidem.	100	Cannio.	72
Eidem.	105	Capitoni.	139
Eidem.	154	Calpurniæ.	156
Eidem.	242	Eidem.	159
Ariſtoni.	127	Eidem.	191
Eidem.	230	Çereali.	59
Attio Clementi.	12	Celeri.	200
Auito.	38	Clementi.	96
Augurino.	252	Cornelio Tacito.	7
Babio hiſpano.	31	Eidem.	24
Caninio Rufo.	2	Cornelio Ticiano.	22
Caninio.	41	Corelliæ Hiſpullæ	65
Eidem.	174	Corneliano.	182
Eidem.	202	Corelliæ.	199
Eidem.	220	Cornuto.	205
Eidem.	273	Eidem.	214

Coloni.	252	Eidem.	260
Erutio.	20	Geniali.	230
Fabio Iuſto.	14	Hadriano.	97
Fabato Proſocero.	95	Hiſpullæ	116
Eidem.	143	Eidem.	228
Eidem.	163	Hiſpano.	177
Eidem.	199	Iunio Maurico.	18
Eidem.	206	Iulio Genitori..	82
Eidem.	216	Iuſto.	188
Eidem.	227	Iuniori.	235
Falconi.	122	Eidem.	254
Eidem.	206	Lepido.	99
Eidem.	259	Licinio Suræ.	124
Fabato.	181	Lupereo.	37
Eidem.	197	Eidem.	266
Feroci.	198	Macrino	39
Flacco.	127	Eidem.	167
Fundano.	111	Eidem.	191
Eidem.	158	Eidem.	196
Fuſco.	194	Eidem.	236
Eidem.	275	Eidem.	250
Gallo.	53	Maximo.	50
Eidem.	114	Eidem.	65
Eidem.	240	Eidem.	92
Geminio	207	Eidem.	117
Eidem.	221	Eidem.	130
Eidem.	243	Eidem.	162
Eidem.	254	Eidem.	209
Eidem.	271	Eidem.	240
Genitori.	214	Eidem.	246

Eidem.	248	Eidem.	150
Eidem.	264	Eidem.	249
Macro.	69	Eidem.	277
Eidem.	149	Paterno.	110
Eidem.	177	Eidem.	235
Eidem.	186	Eidem.	269
Marcellino.	147	Plinio Paterno.	28
Eidem.	244	Pompeiæ Celerinæ ſoc.	3
Maurico.	164	Pompeio Saturnino.	8
Mamliano.	260	Pompeio Falconi.	30
Eidem.	266	Pomponio Baſſo	119
Mæſio Maximo	120	Pontio.	146
Minucio Fundano.	11	Eidem.	179
Miniciano.	75	Eidem.	189
Eidem.	105	Priſco.	49
Eidem.	229	Eidem.	93
Minutio.	198	Eidem.	160
Montano.	213	Eidem.	193.
Eidem.	222	Eidem.	203
Murtio.	58	Proculo.	85
Muſtio.	278	Præſenti.	188
Naſoni	98	Quadrato	180
Nepoti.	34	Eidem.	254
Eidem.	86	Quintiliano.	184
Eidem.	121	Reſtituto.	169
Eidem.	170	Eidem.	187
Octauio Ruffo.	7	Romatio Firmo.	23
Eidem.	42	Romano	32
Oppio.	275	Eidem.	84
Paulino.	34	Eidem.	123

Eidem.	165	Seruo.	88.
Eidem.	185	Sempronio Rufo.	118
Eidem.	126	Septitio.	213
Eidem.	251	Eidem.	118
Eidem.	270	Soſio Senecioni.	17
Rufo.	152	Soſio.	97
Eidem.	208	Suetonio Tranq.	22
Rufino	237	Suræ.	210
Ruſoni.	261	Spurinnæ, et Cottiæ.	81
Ruſtico.	271	Sparſo.	98
Sabino.	104	Eidem.	219
Eidem.	170	Spurinnæ.	148
Eidem.	247	Tacito.	108
Eidem.	161	Eidem.	161
Saturnino.	141	Eidem.	165
Eidem.	193	Eidem.	171
Eidem.	199	Eidem.	204
Eidem.	277	Eidem,	216
Sabiniano.	263	Eidem.	225
Eidem.	265	Eidem.	253
Sardo.	272	Eidem.	259
Scauro.	143	Tyroni.	154
Septitio Claro.	20	Eidem.	175
Seuero.	71.	Eidem.	250
Eidem.	223	Ticiano.	272
Eidem.	125	Tranquillo.	74
Eidem.	178	Eidem.	142
Eidem.	264	Eidem.	274
Seruiano.	88	Triario.	176
Eidem.	178	Valerio.	52

Valerio Paulino.	113	Voconio Romano.	4.
Valenti.	120	Urſo.	101
Valeriano.	129	Eidem.	151
Eidem.	144	Eidem.	157
Velio Ceriali.	117	Eidem.	164
Vero.	156	Eidem.	227
Venatori.	262		

IN LIBRO DECIMO.

Gratulatoria ob imperium. 279
Gratias agit pro impetrato iure triū liberorū. 280
De ſortitione patrocinii aduerſus Marium Priſcum. 280
Petit latum clauum amico. 281
Petit Latraliptæ ſuo ciuitatem Rom. 282
Gratias agit Imp. 282
De ſtatuis principum transferendis. 283
Pro Arpocrate ĩpetratæ ciuitatis Alex. gaudiū. 285
Medici ſui propinquis ciuitatem petit. 285
Petit præturam amico. 286
Sacerdotium ſibi petit. 286
Gratulatoria ob uictoriam. 287
De itinere ſuo in Bithyniam. 387
In Bithyniam iter et ingreſſus. 287
De cuſtodiis. 289
De numero militum Gabio Baſſo aſſignatorum. 290
De balineo Pruſenſium. 290
De aduentu Seruilii. 291
Pro Roſiano Gemino. 291
De militibus Maximo procons. aſſignandis. 292

De ſeruis inter tyrones inuentis. 293
De ſeruis publicis.. 294
De collegio fabrorum Nicomedenſium. 295
Votorum nuncupatio pro Imp. 296
De aquæductu Nicomedenſium. 297
De theatro Nicenſium. 298
De lacu Nicomedenſium. 299
De Byzantiorum impendiis. 301
De diplomatibus. 301
De priuilegio Apamenorum. 302
De religioſo templo transferendo. 303
Gratias agit Imperatori. 304
Ob diem ſuſcepti imperii celebritas. 304
De pecunia fœnebri. 305
Conſultatio ſuper reſtitutione exulis. 305
De Archippo philoſopho. 307
Epiſtola Domitiani Imp. ad Terent. 308
Epiſtola Domitiani Imp. ad L. Appium. 308
Edictum diui Neruæ. 308
Epiſtola diui Neruæ ad Tullium Iuſtum. 309
De Archippo philoſopho. 309
De lacu Nicomedenſium. 310
De tabellario Regis Sauromatæ. 311
Diploma commodaſſe. 312
De adſertione ingenuorũ, qui pro ſeruis educati ſunt. 312
De Legato Regis Sauromatæ. 313
De reliquiis ſepultorum transferendis. 314
De loco balinei Pruſenſibus concedendo. 315
De adſertione ingenuorum. 316
De

De Callidromo Laberio maximo fugitiuo. 316
De teſtamento Largi. 317
De Centurione Iuliopolim mittendo. 318
De magiſtratibus prouincialium. 319
De Dione, qui reliquias ſuorũ religioſo loco poſuiſſet. 320
De Nicenſibus. 322
Commendat, quos expertus eſt. 323
Ob diem natalis Imp. uota. 324
De aqua Sinopenſium perducenda. 324
De petitione Amiſenorum. 325
Petit ius trium liberorum Suetonio tranquillo. 326
De Chriſtianis. 327
De platea Amaſtrianorum. 329
Votorum nuncupatio pro Imp. 330
Ob diem Imperii celebritas. 330
Ius Quiritium latinis petit. 331
Ciuitatem Romanam petit filiæ Centurionis. 332
De exactione pecuniarum. 332
De Iulio Piſone. 333
De adiectione buleutarum. 334
De adiectione ciuium. 335
De diuiſione ſportularum. 336
De Iſelaſticis. 336
De Diplomatibus. 337
Panegyricus Traiano dictus. 339

**

IN LIBRO DE VIRIS ILLV-
STRIBVS.

De Proca Rege Albanorum.	425
De Romulo Romanorum rege Primo.	425
De Numa pompilio Romanorum rege Secundo	427
De Tullo Hoſtilio Romanorum rege Tertio.	428
De Anco Martio Romanorum rege Quarto.	429
De Lucio Tarquinio Romanorū rege Quinto.	429
De Seruio Tullio rege Sexto.	430
De Tarquinio Superbo Romanorum rege Sept	432
De Tarquinio Collatino.	432
De Iunio Bruto primo Romanorum Conſule.	433
De Horatio Coclite.	434
De Lucio, qui manum foculo immiſit.	434
De Cœlia Virgine.	434
De morte Fabiæ gentis.	435
De Lucio Valerio Publicola.	435
De Aulo Poſthumio.	436
De Lucio Quintio Cincinnato.	436
De Menenio Agrippa Romanæ pacis inſigni arbitro.	437
De Cneo Martio Coriolano.	438
De Licinio Stolone primo Conſule ex plebe.	438
De Virginio Centurione filiæ occiſore.	439
De Aeſculapio Romam aducto.	439
De Furio Camillo urbis Romæ liberatore.	440
De Manlio Capitolino.	441
De Cornelio Coſſo.	441

De Publio Decio patre. 442
De Publio Decio filio. 442
De Tito Manlio Torquato. 443
De Marco Valerio Coruino. 443
De pontio Theleſinio. 444
De Lucio Papyrio Curſore. 444
De Quinto Fabio Rutiliano. 445
De Marco Curio Dentato. 445
De Appio Claudio Cæco. 446
De Pyrrho rege Epeirotarum. 447
De Volſinis. 447
De Appio Claudio Caudace. 448
De Cneo Duilio & Hemlcone Pœnorum duce. 448
De Attilio Calatino. 449
De Marco Attilio Regulo. 449
De Quinto Luctatio Catullo. 450
De Hannibale Carthaginienſium Duce. 450
De Quinto Fabio Maximo. 451
De Publio Scipione Naſica. 451
De Marco Marcello. 452
De Liuia Claudia uirgine Veſtali. 452
De Marco porcio Catone. 453
De Claudio Nerone & Haſdrubale fratre Hannibalis. 453
De Publio Cornelio Scipione Africano. 454
De Liuio Salinatore. 455
De T. Quintio Flamminio. 456
De Quinto Fuluio Nobiliore. 456

De Lucio Scipione Aſiatico. 456
De Antiocho rege Syriæ. 456
De Cneo Manlio Volſone. 457
De. L. Aemylio Paulo Macedonico. 457
De. T. Sempronio Graccho 458
De. P. Scipione Aemyliano. 458
De Aulo Hoſtilio Mancino. 459
De Lucio Mumio Achaico. 460
De Qu. Cæcilio Metello Macedonico. 460
De Qu. Cæcilio Metello Numidico. 461
De Qu. Metello Pio. 461
De Tiberio Graccho. 462
De Caio Graccho. 462
De Marco Liuio Druſo. 463
De Caio Mario Patre. 464
De Caio Mario Filio. 465
De Lucio Cornelio Cinna. 465
De. C. Fimbria. 466
De Viriato Luſitano. 466
De Marco Aemylio Scauro. 466
De Lucio Apuleio Saturnino. 467
De Lucio Lucullo. 468
De Lucio Cornelio Sylla. 469
De Mithridate rege Ponti. 470
De Cneo Pompeio Magno. 471

IN LIBRO DE CLARIS GRAMMATICIS.

De Grammatica.	472
De Cratete Mallote primo Grammatico in Vrbe.	472
De Lælio Præconino, ſiue Iſhlone.	473
De grammaticorum appellatione.	474
De Sæuio Nicanore.	475
De Aurelio Opilio.	476
De. M. Antonio Gnipho.	476
De. M. Pompilio.	477
De Orbilio.	477
De Atteio Philologo.	478
De Valerio Catone.	480
De Cornelio Epicado.	481
De. L. Taberio.	481
De Curtio Nicia.	481
De Lenæo.	482
De Qu. Cæcilio.	483
De Verrio Flacco.	483
De Craſſitio.	484
De Scribonio.	484
De. C. Iulio Higino.	485
De. C. Meliſſo.	485
De. M. Pomponio Marcello.	486
De Qu. Rhemmio Palæmone.	486
De Marco Valerio Probo.	487

IN LIBRO DE CLARIS RHETORIBVS.

De. L. Plotio Gallo. 491
De. L. Octauilio Piliato. 492
De Sexto Clodio. 492
De. C. Albutio Silo. 493

FINIS INDICIS.

1
2
2
3

PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

C. PLINIVS SECVNDVS SEPTITIO SVO SALVTEM.

f Requenter hortatus es, ut epiſtolas, ſiquas paulo accuratius ſcripſiſſem, colligerem, publicaremq́ʒ, collegi non ſeruato temporis ordine. neq; enim hiſtoriam componebā, ſed ut quæq; ī manus uenerat. Supereſt, ut nec te conſilii, nec me pœniteat obſequii. Ita enim fiet, ut eas, quæ adhuc neglectæ iacent, requiram, et ſiquas addidero, non ſupprimam. Vale.

C. PLINIVS ARRIANO SVO SAL.

q Via tardiorem aduentum tuum proſpicio, Librum, quem prioribus epiſtolis promiſerā, exhibeo. Hūc rogo ex conſuetudīe tua et legas et relegas et emēdes, eo magis, quod nihil ante peræq; eodem ζήλῳ ſcripſiſſe uideor. tentaui .n. imitari Demoſthenem ſemper tuū, Caluū nuper meum dūntaxat figuris orationis. Nam uim tantorum uirorum pauci, quos æquas, aſſequi poſſunt. Nec materia ipſa huic (Vereor ne improbe dicam) æmulationi repugnauit. Erat enim propè tota in contentiōe dicendi, quod me longæ deſidiæ indormientem excitauit. Si modo is ſum ego, qui excitari poſſim, non tamen oino. Marci noſtri ληκύθους fugimus, quoties

dubito di nō dir male
vereor ne improbe dicam

paulum itinere decedere nõ in tempeſtiuis amœnitatibus admonebamur · acreis enim eſſe, non triſteis uolebamus· Nec eſt, quod putes me ſub hac exceptione ueniam poſtulare· Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipſum me, & contubernaleis ab editione non abhorrere, ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculũ adieceris· Eſt enim planè aliquid edẽdum, atq; utinam hoc potiſſimũ, quod paratum eſt (audis deſidiæ uotum) edendũ autem ex pluribus cauſſis, maxĩe, q̃ libelli, quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, quamuis iam gratiam nouitatis exuerint· niſi tamen auribus noſtris bybliopolæ blandiuntur· Sed ſanè blandiantur, dum per hoc mendaciũ, nobis ſtudia noſtra commendent· Vale·

C·PLINIVS CANINIO RVFO SVO SAL·

Quid agit Comũ, tuæ, meæq; delitiæ? quid ſuburbanum amœniſſimum? quid illa porticus uerna ſemper? quid πλατανὼν opaciſſimus? quid Euripus uiridis, & gemmeus? quid ſubiectus, & ſeruiens lacus? quid illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? quid balineũ illud, quod plurimus ſol implet, et circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorum? quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnáque? poſſident ne te, & per uices partiuntur? An ut ſolebas, intentione rei familiaris obeundæ, crebris excurſionibus auocaris? ſi poſſident, felix, beatuſq; es, ſin minus, unus ex multis· quin tu (tempus eſt enim) humileis, & ſordidas

curas aliis mandas, & ipſe te in alto iſto, pinguique ſeceſſu ſtudiis adſeris? hoc ſit negotium tuum · hoc otium · hic labor · hæc quies . in his uigilia · in his etiam ſomnus reponatur. Effinge aliquid, & excude, quod ſit perpetuo tuum. Nam reliqua rerum tuarum, poſt te alium, atq; alium dominum ſortientur. Hoc nunquam tuum deſinet eſſe, ſi ſemel cœperit. Scio quem animum, quod horter ingenium. Tu modo enitere, ut tibi ipſe ſis tanti, quanti uideberis aliis, ſi tibi fueris. Vale.

C·PLINIVS POMPEIAE CELERINAE SOCRVI SAL·

Quantum copiarũ in Ocriculano, in Narnieñſi, i Carſeolano, in Peruſino tuo, i Narnienſi uero etiam balineũ, ex epiſtolis meis (Nam iam tuis opus non eſt) una illa breuis, et uetus ſufficit. Non, me hercule, tam mea ſunt, q̃ mea ſunt, quam quæ tua. hoc tamen differunt, quod ſolicitius, & intentius tui me, quam mei excipiunt. idem fortaſſe eueniet tibi, ſiquando in noſtra deuerteris, quod uelim facias, primũ, ut perinde noſtris rebus, ac nos tuis, perfruaris. deinde, ut mei expergiſcantur aliquando, qui me ſecure, ac propè negligenter expectant. Nam mitium dominorũ apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit · nouitatibus excitantur, probariq; dominis per alios magis, quam per ſeipſos laborant. Vale.

C. PLINIVS VOCONIO RO MANO SVO SAL.

Idiſti ne quẽquam M. Regulo timidiorem, humiliorem poſt Domitiani mortẽ? ſub quo non minora flagitia commiſerat, quam ſub Nerone, ſed tectiora. Cœpit uereri, ne ſibi iraſcerer, nec fallebatur, iraſcebar. Ruſtici Aruleni periculũ fouerat, exultauerat morte, adeo ut librum recitaret, publicaretq;, in quo Ruſticũ inſectatur, atq; etiam ſtoicorum ſimiam appellat. Adiicit uitelliana cicatrice ſtygmoſum. Agnoſcis eloquentiam Reguli. lacerat Hærennium Senecionem tam intemperanter quidem, ut dixerit ei Mettius Carus, Quid tibi cũ meis mortuis? Nunquid ego aut Craſſo, aut Camerino moleſtus ſum? quos ille ſub Nerone accuſauerat. Hæc me Regulus dolenter tuliſſe credebat. Ideoq; etiam cum recitaret librum, non adhibuerat. Præterea reminiſcebatur, quam capitaliter ipſum me apud centumuiros laceſſiſſet. Aderã Arrionillæ Timonis uxori, rogatu Arulẽi Ruſtici. Regulus cõtra. nitebamur nos ĩ parte cauſæ ſententia Metti Modeſti optimi uiri, is tunc in exilio erat a Domitiano relegatus. Ecce tibi Regulus. Quæro inquit Secunde, quid de Modeſto ſentias? Vides quod periculum, ſi reſpondiſſem bene, quod flagitium, ſi male. non poſſum dicere aliud tunc mihi, quam deos adfuiſſe. Reſpondebo ĩquam, quid ſentiam, ſi de hoc centumuiri iudicaturi ſunt. Rurſus ille. quæro quid de Modeſto ſentias. iterũ ego, ſolebant teſtes ĩ reos, nõ ĩ dãnatos ĩterrogari.

tertio,ille non iá quid de Modeſto, ſed qd de pietate Modeſti ſentias· Quæris inq̃,qd ſentiá? At ego ne in terrogare quidẽ fas puto,de quo pronũtiatum ẽ· con ticuit· me laus, & gratulatio ſecuta eſt,quod nec fa mam meam aliquo reſponſo utili fortaſſe , inhoneſto tamen læſeram,nec me laqueis tam inſidioſæ inter rogationis inuolueram·Nunc ergo conſcientia exter ritus,apprehendit Cæalium Celerẽ,mox Fabium Iuſtum rogat, ut me ſibi reconcilient· nec contentus, peruenit ad Spurinnam·Huic ſuppliciter,ut ẽ,cum timet,abiectiſſimus,Rogo,mane uideas Pliniũ domi· ſed planè mane(Neque enim diutius ferre ſolicitudi nem poſſum)& quoquo modo efficias, ne mihi ira ſcatur·Euigilaueram·Nũtius a Spurinna·Venio ad te·immo ego ad te·Coimus in porticum Liuiæ · cum alter ad alterum tenderemus,exponit Reguli manda ta,addit preces ſuas,ut decebat optimum uirũ pro diſſimillimo,parce· Cui ego·Diſpicies ipſe,qd renun ciandum Regulo putes·Te decipi a me non oportet· Expecto Mauricum (Non dum ab exilio uenerat) ideo nihil alterutram in partem reſpondere tibi poſ ſum,facturus quicquid ille decreuerit· Illum enim eſſe huius conſilii ducẽ,me comitem decet·Paucos poſt dies ipſe me Regulus conuenit in prætoris officio·il luc perſecutus, ſecretum petit· Ait timere ſe , ne ani mo meo penitus hæreret,quod in centumuirali iudi cio aliquando dixiſſet, cum reſponderet mihi, & Sa trio Rufo·Satrius Rufus, cui non ẽ cũ Cicerõe æmu latio,& qui contentus eſt eloquentia ſeculi noſtri · Re ſpondi nunc me itelligere maligne dictum, quia ipſe

confiteretur, cæterum potuiſſe honorificum exiſtimari. Eſt enim inquam mihi cum Cicerone æmulatio, nec ſum contentus eloquentia ſeculi noſtri. Nam ſtultiſſimum credo, ad imitandum nõ optima quæq; proponere. Sed tu, qui huius iudicii meminiſti, cur illius oblitus es, in quo me interrogaſti, quid de Metti Modeſti pietate ſentirem? expalluit notabiliter, quamuis palleat ſemper. hæſitabundus, Interrogaui, non ut tibi nocerem, ſed ut Modeſto. Vide hominis crudelitatem, qui ſe non diſſimulet exuli nocere uoluiſſe. ſubiunxit egregiam cauſſam. Scripſit inquit in epiſtola quadam, quæ apud Domitianum recitata eſt. Regulus omnium bipedum nequiſſimus, quod quidem Modeſtus ueriſſime ſcripſerat. Hic ferè nobis ſermonis terminus. Neque enim uolui progredi lõgius, ut mihi omnia libera ſeruarem, dum Mauricus uenit. nec me præterit eſſe Regulũ δυσκαθαίρετον. Eſt enim locuples, factioſus, curatur a multis, timetur a pluribus, quod plerunq; fortius amore eſt. Poteſt tamen fieri, ut hæc concuſſa labantur. Nam gratia malorum tam infida eſt, quam ipſi. Verum, ut idem ſæpius dicam, expecto Mauricum. Vir eſt grauis, prudens, multis experimentis eruditus, & qui futura poſſit ex præteritis prouidere. Mihi et tentandi aliquid, & quieſcendi illo autore ratio conſtabit. Hæc tibi ſcripſi, quia æquum erat, te, pro amore mutuo, non ſolum omnia mea facta, dictaq;, uerum etiam conſilia cognoſcere.

Vale.

C·PLINIVS CORNELIO TACITO SVO SAL·

Idebis, & licet rideas, ego Plinius ille, quē noſti, apros tres, et quidem pulcherrimos cæpi. ipſe inquis? ipſe, nō tñ, ut oio ab inertia mea, et quiete diſcederem. Ad retia ſedebā. Erāt in proximo nō uenabulum, aut lancea, ſed ſtylus, & pugillares. meditabar aliquid, enotabamq;, ut ſi manus uacuas, plenas tamen ceras reportarem. Non eſt, quod contemnas hoc ſtudendi genus. Mirum ē, ut animus a cogitatione, motuq; corporis excitetur. Iam undiq; ſyluæ, et ſolitudo, ipſumq; illud ſilentium, quod uenationi datur, magna cogitationis incitamenta ſunt. proinde, cum uenabere, licebit autore me, ut panarium, & lagunculam, ſic etiam pugillares feras. Experieris non Dianam magis montibus, quam Mineruam inerrare. Vale.

C·PLINIVS OCTAVIO RVFO SVO SAL·

Ide, in quo me faſtigio collocaris, cum mihi idem poteſtatis, idemq; regni dederis, quod Homerus Ioui Opt. Max. τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν. Nam ego quoq; ſimili nutu, ac renutu, reſpondere uoto tuo poſſum. Etenim ſicut fas ē mihi, præſertim te exigente, excuſare Bæticis contra unum hominem aduocationē, ita nec fidei noſtræ, nec conſtantiæ, quam diligis, conuenit adeſſe contra prouinciam, quam tot officiis, tot

laboribus· tot etiam periculis meis aliquando deuinxerim· Tenebo ergo hoc temperamentum, ut ex duobus, quorũ alterutrũ petis, eligam id potius, in quo non ſolum ſtudio tuo, uerum etiam iudicio ſatiſfaciã· Neq; enim tantopere mihi conſiderandum eſt· Quid uir optimus in præſentia uelis, quã quid ſemper ſis probaturus Me circa idus octobreis ſpero Romæ futurum· eadémq; hæc præſentem quoq; tua, meáq; fide Gallo confirmaturum, cui tñ nunc iã licet ſpondeas de animo meo, ἦ, κ̓ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε· cur·n· non uſquequaq; homericis uerſibus agã tecũ? quatenus tu me tuis agere nõ pateris, quorũ tãta cupiditate ardeo, ut uidear mihi hac ſola mercede poſſe corrumpi, ut uel contra bæticos adſim· penè præterii, quod minime prætereundum fuit, accepiſſe me citreotas optimas, q̃ nunc cũ ficis & boletis certandũ hñt· Vale·

C·PLINIVS POMPEIO SATVRNINO SVO SAL·

p Eropportune mihi redditæ ſunt literæ tuæ, quibus flagitabas, ut tibi aliquid ex ſcriptis meis mitterem, cũ ego idipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſpõte currenti, pariterq; & tibi ueniam recuſandi laboris, & mihi exigendi uerecundiam ſuſtuliſti· Nã nec me timide uti decet eo, quod oblatum eſt, nec te grauari, quod depopoſciſti· Non eſt tamen, quod ab homine deſidioſo aliquid noui operis expectes· petiturus ſum eni, ut rurſus uaces ſermoni, quẽ apud municipes meos habui, bybliothecam dedicaturus· Memini quidẽ te iã quæ

dam notaſſe, ſed generaliter · ideo nunc rogo, ut non tantum uniuerſitati eius attendas, uerum etiam particulas, qua ſoles lima, perſequaris · Erit enim et poſt emendationem liberum nobis uel publicare, uel continere · Quin immo fortaſſe hanc ipſam cunctationem noſtram in alterutram ſententiam emendationis ratio deducet, quæ aut indignum editione, dum ſæpius retractat, inueniet, aut dignum, dum idipſum experitur, efficiet · Quã quam huius cunctatiõis meæ cauſſæ non tam in ſcriptis, quam in ipſo materiæ genere cõſiſtunt · Eſt enim paulò quaſi glorioſius, et elatius · onerabit hoc modeſtiã noſtrã, et ſi ſtylus ipſe fuerat preſſus, demiſſusq; · Propterea, quod cogimur, cum de munificentia parentum noſtrorum, tum de noſtra diſputare · Anceps hic, & lubricus locus eſt, etiam cum illi neceſſitas lenocinatur · Etenim ſi alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi ſolent, quam difficile ẽ optinere, ne moleſta uideatur oratio de ſe, aut de ſuis diſſerentis? Nã cum ipſi honeſtati, tũ aliquãtò magis gloriæ eius, prædicationiq; inuidemus · atq; ea demum recte facta minus detorquemus, & carpimus, quæ in obſcuritate, & ſilentio reponuntur · qua ex cauſa ſæpe ipſe mecũ, nobis ne tantum, quicquid illud eſt, compoſuiſſe, an et aliis debeamus, ut nobis · admonet iſtud quoq;, quod pleraque, quæ ſunt agendæ rei neceſſaria, eadem peracta nec utilitatem parem, nec gratiã retinent · Ac ne longius exempla repetamus, quid utilius fuit, quam munificentiæ rationem etiam ſtylo proſequi? per hoc enim aſſequebamur, primum, ut honeſtis cogitationibus immorare-

mur, deinde ut pulchritudinem illarum lõgiore tra ctatu peruideremus, poſtremo, ut ſubitæ largitionis comitẽ, pœnitẽtiã caueremus. naſcebatur ex his exer citatio quædam contemnendæ pecuniæ. Nam cum omneis homines ad cuſtodiã eius natura reſtrixerit, nos contra multum, ac diu penſitatus amor liberalita tis communibus auaritiæ uinculis eximebat, tantó que laudabilior munificentia noſtra fore uidebatur, quod ad illam non impetu quodam, ſed conſilio tra hebamur. Accedebat his cauſſis, quod nõ ludos, aut gladiatores, ſed annuos ſumptus in alimenta ingenu orum pollicebamur. Oculorum porro, et aurium uo luptates adeo non egent commendatione, ut non tam incitari debeant oratiõe, q̃ reprimi. Vt uero aliquis libenter educationis tædiũ, laboremq́; ſuſcipiat, nõ præmiis modo, uerum etiam exquiſitis adhortatio nibus impetrandum eſt. Nam ſi medici ſalubreis, ſed uoluptate carenteis cibos blandioribus alloquiis proſequuntur, quantò magis decuit publicæ conſu lentem, utiliſſimum munus, ſed perinde non popu lare comitate orationis inducere? præſertim cum enitendum haberemus, ut quod parentibus datur, et orbis probaretur, honoremq́; paucorum cæteri pati enter exſpectarent, & mererentur. Sed ut tunc com munibus magis commodis, quam priuatæ iactantiæ ſtudebamus, cum ĩtentionem, effectumq́; muneris nõ ſtri uellemus intelligi, ita nunc in ratione edendi ue remur, ne forte non aliorũ utilitatibus, ſed propriæ laudi ſeruiſſe uideamur. Præterea meminimus quan tò maiore animo honeſtatis fructus ĩ conſcientia, quã

in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet, nec ſi caſu aliqua non ſequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulchrū eſt. ſi uero, qui beneficta ſua uerbis adornant, non ideo prædicare, q̄a fecerint, ſed ut prædicarent, feciſſe credūtur. Siquod magnificum referente alio fuiſſet, ipſo, qui geſſerat recenſente, uaneſcit. Homines enim cum rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius incesſunt. Ita ſi ſilenda feceris, factum ipſum, ſi laudanda, quod non ſileas, ipſe culparis. Me uero peculiaris quædam impedit ratio, etenim hunc ipſum ſermonem non apud populum, ſed apud decuriones habui, nec in propatulo, ſed in curia. Vereor ergo, ut ſit ſatis congruens, cum in dicendo aſſentationem uulgi, acclamationē mque defugerim, nūc eadem illa editione ſectari, cumque plebē ipſam, cui conſulebatur limine curiæ, parietibusq; diſcreuerim, nequam in ſpeciem ambitionis inciderem, nunc eos etiam, ad quos ex munere noſtro nihil pertinet, præter exemplum, uelut obuia oſtentatione conquirere. habes cunctationis meæ cauſas. obſequar tamen conſilio tuo, cuius mihi autoritas pro ratione ſufficit. Vale.

C. PLINIVS MINVTIO FVNDANO SVO SAL.

m Irum eſt, quam ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet, aut conſtare uideatur, pluribus, iunctisq; non conſtet. Nam ſiquem interroges, hodie quid egiſti? reſpondeat, officio togæ uirilis interfui. ſponſalia, aut nuptias frequētaui. ille me

ad ſignandum teſtamentum, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit· hæc, quo die feceris, neceſſaria, eadem, ſi quotidie feciſſe te reputes, inania uidentur, multo magis cum ſeceſſeris. Tunc enim ſubit recordatio, quot dies, q̃ frigidis reb· abſumpſi, quod euenit mihi poſt, q̃ in Laurẽtino meo aut lego aliqd, aut ſcribo, aut etiam corpori uaco, cuius fulturis animus ſuſtinetur. Nihil audio, quod audiſſe, nihil dico, quod dixiſſe pœniteat. Nemo me apud quenquam ſiniſtris ſermonibus carpit· neminem ipſe reprehendo, niſi unum me, cũ parũ cõmode ſcribo, nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullis rumoribus inquietor. Mecum tantum, & cum libellis loquor. O rectã, ſinceramq́; uitam. O dulce otium, honeſtumq́;, ac penè omni negotio pulchrius, O mare, o litus, uerũ, ſecretumq́; μουσεῖον, q̃ multa iuenitis· quam multa dictatis. Proinde tu quoq; ſtrepitum iſtum, inanemq́; diſcurſum, & multum ineptos labores, ut primum fuerit occaſio, relinque, teq́; ſtudiis, uel otio trade. Satius eſt enim (ut Attilius noſter eruditiſſime ſimul, et facetiſſime dixit) otioſum eſſe, quam nihil agere. Vale.

C. PLINIVS ATTIO CLEMENTI SVO SAL.

Si quãdo urbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit, nunc maxime floret· multa, claraq́; exempla ſunt· ſuffecerit unum Euphrates philoſophus. Hũc ego in Syria, cũ adoleſcentulus militarem, penitus, & domi inſpexi, amariq; ab eo laboraui, & ſi non erat laborandum. Eſt enim obuius,

et expoſitus, plenuſq; humanitate, quā præcipit· at
que utinam ſic ipſe, quam ſpem tunc ille de me conce
pit, impleuerim, ut ille multum uirtutibus ſuis addi
dit aut ego nunc illas miror, qa magis ĩtelligo · quā
quam ne nunc quidem ſatis intelligo. ut enim de pi-
ctore, ſcalptore, fictore, niſi artifex iudicare, ita niſi
ſapiens non poteſt perſpicere ſapientem. Quantum
mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate ſic emi
nent, et elucent, ut mediocriter quoq; doctos aduer
tant, & adficiant· diſputat ſubtiliter· grauiter· or
nate· Frequenter etiam platonicam illam ſublimita-
tem, & latitudinem effingit· Sermo eſt copioſus, &
uarius, dulcis in primis, & qui repugnantes quoq;
ducat· impellat · Ad hoc proceritas corporis, deco-
ra facies, demiſſus capillus, ĩgens, et cana barba, quæ
licet fortuita, et inania putentur, illi tamen plurimū
uenerationis adquirunt· Nullus horror ĩ cultu, nul
la triſtitia, multum ſeueritatis · reuerearis, occurſum
non reformides· Vitæ ſanctitas ſumma, comitas par·
inſectatur uitia, non homines, nec caſtigat errantes,
ſed emendat. Sequaris monentem attentus, et pendēs,
et perſuadere tibi, etiam cum perſuaſerit, cupias· Iā
uero liberi tres, duo mares, quos diligentiſſime inſti
tuit· Socer Pompeius Iulianus, cū cætera uita, tum
uel hoc uno magnus, & clarus, ꝙ ipſe prouĩciæ pri
ceps inter altiſſimas conditiones generum non honori
bus principem, ſed ſapientia elegit · quanq̃ quid ego
plura de uiro, quo mihi frui non licet?. An ut magis
angar, quod non licet? Nā diſtringor officio ut maxi
mo, ſic moleſtiſſimo· ſedeo pro tribunali· ſubnoto li

bellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas, ſed illiteratiſſimas literas, ſoleo non nunquam (Nam idipſum quando contingit) de his occupationibus apud Euphratem queri. Ille me conſolatur, affirmat etiam eſſe hanc philoſophiæ, & quidem pulcherrimam partem, agere negotiũ publicum, cognoſcere, iudicare, promere, et exercere iuſtitiam, quæq; ipſi doceant, in uſu habere. Mihi tamen hoc unũ non perſuadet, ſatius eſſe iſta facere, quam cum illo dies totos audiendo, diſcẽdoq; cõſumere. Quo magis te, cui uacat, hortor, cum in urbem proxime ueneris (uenias autem ob hoc maturius) illi te expoliendum, limandumq; permittas. Neq; .n. ego, ut multi, inuideo aliis bonũ, quo ipſe careo, ſed contra ſenſum quẽdam, uoluptatẽmque percipio, ſi ea, quæ mihi denegantur, amicis uideo ſupereſſe. Vale.

C. PLINIVS FABIO IVSTO SVO SAL.

Lim nullas mihi epiſtolas mittis. Nihil eſt inquis, quod ſcribam, at hoc ipſum ſcribe, nihil eſſe, quod ſcribas, uel ſolũ illud, unde incipere priores ſolebant. Si uales bene eſt, ego ualeo. Hoc mihi ſufficit, eſt enim maximum. Ludere me putas, ſerio peto, fac ſciam, quid agas, quod ſine ſolicitudine ſumma neſcire non poſſum. Vale.

C·PLINIVS CALESTRIO TI. RONI SVO SALVTEM·

Acturam grauiſſimam feci, ſi iactura dicenda eſt tanti uiri amiſſio · deceſſit Corel*lius* R*ufus, et quidem ſponte, quod dolorẽ meum exulcerat. Eſt enim luctuoſiſſimũ genus mortis, quæ non ex natura, nec fatalis uidetur.* Nam *ut cunq; in illis, qui morbo finiuntur, magnum ex ipſa neceſſitate ſolatiũ eſt, in iis uero, quos accerſita mors aufert, hic inſanabilis dolor eſt, quod creduntur potuiſſe diu uiuere.* C*orelliũ quidẽ ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt, ad hoc conſilium compulit, quanquam plurimas uiuẽdi cauſſas habẽtem, optimam conſcientiam, optimam famam, maximam autoritatem, præterea filiam, uxorem, nepotem, ſorores, interq; tot pignora, ueros amicos.* S*ed tam longa, tam iniqua ualetudine conflictabatur, ut hæc tanta pretia uiuẽdi, mortis rationibus uincerentur.* T*ertio, et tricæſimo anno (ut ipſum audiebam) pedũ dolore correptus eſt. (patrius hic illi. Nam plerunque morbi quoq; per ſucceſſiones quaſdam, ut alia traduntur) hunc abſtinentia, ſanctitate, quoad uiridis ætas, uicit, & fregit, nouiſſime cum ſenectute ingraueſcentem, uiribus animi ſuſtinebat.* C*um quidẽ incredibiles cruciatus, et ĩdigniſſima tormenta pateretur, (Iam enim dolor non pedibus ſolis, ut prius ĩſidebat, ſed omnia membra peruagabatur)* V*eni ad eum* D*omitiani temporibus in ſuburbano iacentem.* S*erui e cubiculo receſſerunt · habebat is hoc mo=*

ris, quoties intraſſet fidelior amicus · quin etiā uxor,
quanq̃ omnis ſecreti capaciſſima, digrediebatur · Cir
cuntulit oculos, & cur inquit me putas hos tantos do
lores tandiu ſuſtinere? ut ſcilicet iſti latroni uel uno
die ſuperſim. dediſſes huic animo par corpus, feciſſet
quod optabat · affuit tamen deus uoto, cuius ille com
pos, ut iā ſecurus, liberq; moriturus, multa illa uitæ
ſed minora retinacula abrupit · increuerat ua-
letudo, quam temperantia mitigare tentauit, per
ſeuerātē conſtantia fugit · Iā dies alter, tertius, quar
tus · abſtinebat cibo · miſit ad me uxor eius Hiſpulla
communem amicum · C · Geminium cum triſtiſſimo
nuntio, deſtinaſſe Corelliū mori, nec aut ſuis, aut fi
liæ precibus flecti, ſolum ſupereſſe me, a quo reuocā
ri poſſet ad uitam · Cucurri · perueneram in proxi-
mum, cum mihi ab eadem Hiſpulla Iulius Atticus
nuntiat, nihil iam ne me quidem impetraturum, tā
obſtinate magis, ac magis iduruiſſe · dixerat ſanè me
dico admouenti cibum, κέκρικα · quæ uox quantum
admirationis ī animo meo, tantū deſiderii reliquit ·
Cogito, quo amico, quo uiro caream · Impleuit quidē
annū ſept · et ſexageſimū, q̃ ætas ēt robuſtiſſimis ſa
tis longa eſt · Scio euaſit perpetuā ualetudinē · Scio de
ceſſit ſuperſtitibus ſuis, florente re · p · quæ illi omni=
bus ſuis carior erat, et hoc ſcio · Ego tñ tanq̃ et iuue
nis & fortiſſimi morte doleo · doleo autem, licet me ī
becillū putes, meo nomine · Amiſi enim, amiſi uitæ
meæ teſtem, rectorem, magiſtrum in ſumma dicam,
quod recenti dolore contubernali meo Galuiſio di-
xi, Vereor ne negligentius uiuam / proinde adhibe
ſolatia

ſolatia mihi, nō hæc, ſenex erat, infirmus erat · hæc enim noui, Sed noua aliqua, ſed magna, quæ audierim nunquam, legerim nunquam. Nam quæ audiui, quæ legi, ſponte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur. Vale·

C.PLINIVS SOSIO SENECIO NI SVO SAL·

Magnum prouentum poetarum annus hic ad tulit · toto menſe aprili nullus ferè dies, quo nō recitaret aliquis · iuuat me, ꝙ uigent ſtudia · proferunt ſe ingenia hominum, & oſtentant, tametſi ad audiendum pigre coitur · pleriq; in ſtationibus ſedent, tempuſq; audiendi, fabulis conterunt, ac ſubinde ſibi nuntiari iubent, an iam recitator in trauerit, an dixerit præfationem, an ex magna parte euoluerit librū, tum demum, ac tunc quoq; lente, cunctanterq; ueniūt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt, alii diſſimulanter, & furtim, alii ſimpliciter, & libere · At hercule memoria parētum Claudium Cæſarem ferunt, cum in palatio ſpatiaretur, audiſſetq; clamorem, cauſſam requiſiſſet, cumq; dictum eſſet, recitare Nonianum, ſubitum recitanti, inopinatumq; ueniſſe · Nunc otioſiſſimus quiſq; multò ante rogatus, & identidem admonitus, aut non uenit, aut ſi uenit, queritur ſe diem, quia non perdiderit, perdidiſſe. Sed tantò magis laudandi, probandiq; ſunt, quos a ſcribendi, recitandiq; ſtudio hæc auditorum deſidia, uel ſuperbia non retardat. Equidē propè nemini defui · Erant ſanè pleriq; amici · Neq; enī

eſt ferè quiſquam, qui ſtudia ut non ſimul, & nos amet. His ex cauſſis longius, quam deſtinaueră tempus in urbe conſumpſi. poſſum iam repetere ſeceſſum; & ſcribere aliquid, quod nõ recitem, ne uidear, quorum recitationibus affui, non auditor fuiſſe, ſed creditor. Nam ut in cæteris rebus, ita in audiẽdi officio perit gratia, ſi repoſcatur. Vale.

C. PLINIVS IVNIO MAVRICO SVO SALVTEM.

Etis, ut fratris tui filiæ proſpiciã maritum, quod merito mihi potiſſimum iniungis. Scis enim quantopere ſummum illum uirum ſuſpexerim, dilexerimq;, quibus ille adulenſcentiam meam exhortationibus fouerit, quibus etiam laudibus, ut laudandus uiderer, effecerit. Nihil eſt, quod a te mandari mihi aut maius, aut gratius, nihil quod honeſtius a me ſuſcipi poſſit, quam ut eligam iuuenem, ex quo naſci nepotes Aruleno Ruſtico deceat, qui quidem diu quærẽdus fuiſſet, niſi paratus, & quaſi prouiſus eſſet Minutius Acilianus, qui me, ut iuuenis iuuenem (eſt enim minor pauculis annis) familiariſſime diligit, reueretur ut ſenem, nam ita a me formari, et inſtitui cupit, ut ego a uobis ſolebam. Patria ẽ ei Brixia, ex illa noſtra Italia, quæ multũ adhuc uerecũdiæ frugalitatis antiquæ retinet, ac ſeruat. Pater Minutius Macrinus eq̃ſtris ordĩs priceps; qa nihil altius uoluit, Adlectus a Diuo Veſpaſiano inter prætorios, honeſtã qetẽ huic noſtræ, ãbitiõi dicam, an dignitati? cõſtantiſſime prætulit. Habet aui

am maternam Serranã procul a me municipio Pataúio,noſti loci mores. Serrana tamen patauinis quoque ſeueritatis exemplum eſt. Contigit & auũculus ei P. Acilius grauitate,prudentia,fide propè ſingulari. In ſumma nihil erit in domo tota,quod non tibi tanquam in tua placeat. Aciliano uero ipſi plurimũ uigoris,induſtriæ,quanquã in maxima uerecundia quæſturam,tribunatum,præturam honeſtiſſime percucurrit,ac iam pro ſe tibi neceſſitatem ambiẽdi remiſit. Eſt illi facies liberalis,multo ſanguine,multo rubore ſuffuſa. Eſt ingenua totius corporis pulchritudo,& quidam Senatorius decor,quæ ego nequaquã arbitror negligenda. debet enim hoc caſtitati puellarum quaſi præmium dari. Neſcio an adiiciã eſſe patri eius amplas facultates. nam cũ imaginor uos, quibus quærimus generum,ſilendum de facultatibus puto,cum publicos mores,atq; etiam leges ciuitatis intueor,quæ uel in primis cenſus hominum ſpectandos arbitrantur,ne id quidem prætereundum uidetur,& ſanè de poſteris,& his pluribus cogitanti, hic quoq; in conditionibus diligendis ponẽdus eſt calculus. Tu fortaſſe me putes indulſiſſe amori meo, ſupraq; iſta, quam res patitur,ſuſtuliſſe. At ego fide mea ſpondeo futurum,ut omnia longe ampliora,quam a me prædicantur,inuenias. Diligo quidem adoleſcentem ardẽtiſſime,ſicut meretur,

Sed hoc ipſum amantis eſt,
non onerare eum
laudibus.
Vale.

C·PLINIVS SEPTITIO CLARO SVO SALVTEM·

h Eus tu, promittis ad cœnam, nec uenis· dicitur ius, ad aſſem impendium reddes, nec id modicum· paratæ erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, oua bina, alica cum mulſo, et niue· Nam hæc quoq; computabis, imo hanc in primis, quæ perit ĩ ferculo, oliuulæ bæticæ, cucurbitæ, bulbi, alia mille non minus lauta· Audiſſes Comœdũ, uel lectorem, uel lyriſten, uel quæ mea liberalitas, omneis· at tu apud neſcio quem, oſtrea, uuluas, echinos Gaditanos maluiſti· dabis pœnas· nõ dico quas, dure feciſti, inuidiſti neſcio an tibi, certe mihi, ſed tamen et tibi· Quantum nos luſiſſemus, riſiſſemus, ſtuduiſſemus· Potes apparatius cœnare apud multos, nuſquam hilarius, ſimplicius, incautius· in ſumma experire· Et niſi poſtea te aliis potius excuſaueris, mihi ſemper excuſa· Vale·

C·PLINIVS ERVCIO SVO·S·

a Mabam Pompeium Saturninum, hunc dico noſtrum, laudabamq; eius ingenium, etiam ante, quam ſcirem quam uarium, quam flexibile, quam multiplex eſſet, nunc uero totum me tenet, habet, poſſidet· audiui cauſſas agentem acriter & ardenter, nec minus polite, & ornate ſiue meditata, ſiue ſubita proferret· adſũt aptæ, crebræq; ſentẽtiæ, grauis, & decora conſtructio, ſonantia uerba, et antiqua· Omnia hæc mire placent, cum impetu quo

dam, & flumine præuehuntur, placent ſi retractentur. Sēties quod ego, cum orationes eius i manus ſum pſeris, quas facile cuilibet ueterum, quorum ē æmulus, cōparabis. Idem tamen in hiſtoria magis ſatiſfaciet uel breuitate, uel luce, uel ſuauitate, uel ſplēdore, etiam ſublimitate narrandi, nā in contionibus eadē, quæ in orationibus uis eſt, preſſior tamen, & circunſcriptior, & adductior. præterea facit uerſus, quales Catullus, aut Caluus. Quātū illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris inſerit, ſanè ſed data opera mollius, leuiusq;, duriuſculos quoſdam, & hoc quaſi Catullus, aut Caluus. Legit mihi nuper epiſtolas (uxoris eſſe dicebat) Plautum, uel Terentium metro ſolutum legi credidi. Quæ ſiue uxoris ſunt, ut affirmat, ſiue ipſius, ut negat, pari gloria dignus, qui aut illa componat, aut uxorē, quam uirginē accepit, tam doctam, politamq; reddiderit. Eſt ergo mecum per diem totum, eundem ante, quam ſcribam, eundem cum ſcripſi, eundem etiam cum remittor, non tanquam eundem lego. Quod te quoq; ut facias, et hortor, & moneo. neq; enim debet operibus eius obeſſe, quod uiuit. An ſi inter eos, quos nunquam uidimus, floruiſſet, non ſolum libros eius, uerum etiam imagines conquireremus, eiuſdem nunc honor præſentis, et gratia quaſi ſatietate langueſcit? at hoc prauum, malignumq; eſt, non admirari hominem admiratione digniſſimum, quia uidere, complecti, nec laudare tantum, uerum etiam amare contingit. Vale.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO

C·PLINIVS CORNELIO TITIANO SVO SALVTEM·

St adhuc curæ hominibus fides, & officiū· Sunt qui defunctorum quoq; amicos agant· Titinius Capito ab Imperatore noſtro impetrauit, ut ſibi liceret ſtatuam · L · Syllani in foro ponere · pulchrum, et magna laude dignū amicitia pricipis in hoc uti, quantumq; gratia ualeas aliorū honoribus experiri. Eſt omnino Capitoni i uſu, claros colere · Mirum eſt, qua religione, quo ſtudio, imagines Brutorum, Caſſiorū, Catonum domi, ubi poteſt, habeat · Idem clariſſimi cuiusq; uitam egregiis carminibus exornat · Scias ipſum plurimis uirtutibus abūdare, qui alienas ſic amat · Redditus eſt · L · Sylano debitus honor, cuius immortalitati Capito proſpexit pariter, & ſuæ · Neque enim magis decorum, & inſigne eſt, ſtatuā in foro populi romani habere, quā ponere · Vale ·

C·PLINIVS SVETONIO TRANQVILLO SVO SAL·

s Cribis te perterritum ſōnio, uereri, nequid aduerſi i actione patiaris · rogas, ut dilationem petam, & pauculos dies · certe proximū excuſem, difficile ē, ſed experiar, καὶ γὰρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν · Refert tamen, euentura ſoleas, an contraria ſomniare · Mihi reputanti ſomnium meum, iſtud, quod times tu, egregiā actionem portendere uidetur · Suſceperam cauſſam Iunii Paſtoris, cum mihi

quieſcenti uiſa eſt ſocrus mea aduoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus aduleſcentulus adhuc. Eram in quadruplici iudicio. Eram contra potentiſſimos ciuitatis, atq; etiã Cæſaris amicos, quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomniũ poterant. Egi tñ, λογισάμενος illud, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης. Nã mihi, etſi quid carius patria fides uidebatur, proſpere ceſſit, atq; ideo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. Proinde diſpice, an tu quoq; ſub hoc exemplo ſomnium iſtud ĩ bonum uertas. Aut ſi tutius putas illud cautiſſimũ cuiusq; præceptum, Quod dubites, ne feceris, id ipſum reſcribe. Ego aliquam ſtropham inueniã, agámq; cauſſam tuã, ut ipſam agere, cũ tu uoles, poſſis. Eſt enim ſanè alia ratio tua, alia mea fuit, nam iudiciũ centumuirale differri nullo modo, iſtuc ægre quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

C. PLINIVS ROMATIO FIRMO SVO SALVTEM.

Municeps tu meus, et condiſcipulus, et ab ineunte ætate contubernalis, pater tuus, et matri, et auunculo meo, mihi etiam, quantum ætatis diuerſitas paſſa eſt, familiaris, magnæ, et graues cauſſæ, cur ſuſcipere, augere dignitatem tuam debeam. Eſſe autem tibi centum milliũ cenſum, ſatis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur, ut te nõ decurione ſolum, uerum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas æqueſtres facultates, ccc. millia nummum. Te memorem huius muneris

amicitiæ noſtræ diuturnitas ſpondet. Ego ne illud quidem admoneo, quod admonere deberem, niſi ſcirem ſpōte facturū, ut dignitate a me data, q̄ modeſtiſſime, ut a me data utare. nam ſolicitius cuſtodiendus ē honor, in quo etiam beneficium amici tuendū eſt. Vale.

C. PLINIVS CORNELIO TACITO SVO SALVTEM.

f Requens mihi diſputatio eſt cum quodā docto homine, et perito, cui nihil æque in cauſſis agendis, ut breuitas placet, quā ego cuſtodiēdā eſſe confiteor, ſi cauſſa permittat, alioquin præuaricatio eſt, tranſire dicenda, præuaricatio etiā curſim, et breuiter attingere, quæ ſint inculcanda, infigenda, repetenda. Nam pleriſq; longiore tractatu uis quædam, & pondus accedit, utq; corpori ferrū, ſic oratio animo non ictu magis, quam mora imprimitur. Hic ille mecum autoritatibus agit. Ac mihi ex græcis orationes Lyſiæ oſtentat, ex noſtris Gracchorum, Catoniſq;, quorum ſanè plurimæ ſunt circūciſæ, et breues. Ego Lyſiæ Demoſthenē, Aeſchinen Hyperidē, multoſq; præterea Gracchis, & Catoni Pollionem, Cæſarem, Cælium, in primis M. Tullium oppono, cuius oratio optima fertur eſſe, quæ maxima. Et hercule, ut aliæ bonæ res, ita bonus liber melior eſt quiſq;, quo maior. Vides ut ſtatuas, ſigna, picturas, hominum deniq;, multorumq; animalium formas, arborū etiam, ſi modo ſint decoræ, nihil magis, quam amplitudo commendet. Idem orationibus euenit, quin etiā uoluminibus ipſis autoritatē quā-

dam, & pulchritudinem adiicit magnitudo. Hæc ille, multaque alia, quæ a me in eandem ſententiam ſolent dici, ut eſt in diſputando incomprehenſibilis, et lubricus, ita eludit, ut contendat hos ipſos, quorum orationibus nitur, pauciora dixiſſe, q̃ ediderint. Ego contra puto. Teſtes ſunt multæ multorum orationes, & Ciceronis pro Murena, pro Vareno, in quibus breuis, et nuda quaſi ſubſcriptio quorundam criminum ſolis titulis indicatur, ex his apparet illum permulta dixiſſe, cum ederet, omiſiſſe. Idem pro Cluẽtio ait ſe totam cauſſam uetere inſtituto ſolum peroraſſe. Et pro Cornelio quadriduo egiſſe, ne dubitare poſſimus, quæ per plureis dies, ut neceſſe erat, latius dixerit, poſtea reciſa, ac purgata in unũ librum grandem quidem, unũ tamen coarctaſſe. At aliud eſt actio bona, aliud oratio. Scio nonnullis ita uideri, ſed ego forſitan fallar, perſuaſum habeo, poſſe fieri, ut ſit actio bona, quæ non ſit bona oratio, non poſſe non bonam actionem eſſe, quæ ſit bona oratio. eſt enim oratio actionis exemplar, & quaſi ἀρχέτυπον. Ideo in optima quaque mille figuras extemporaleis inuenimus, in his etiam, quas tantum editas ſcimus, ut in Verrem artificem, quem nam? recte admones, Polycletum eſſe dicebant. Sequitur ergo, ut actio ſit abſolutiſſima, quæ maxime orationis ſimilitudinem expreſſerit, ſi modo iuſtum, et debitum tempus accipiat, quod ſi negetur, nulla orationis, maxima iudicis culpa eſt. Adſunt huic opinioni meæ leges, quæ lõgiſſima tempora largiuntur, nec breuitatem dicentibus, ſed copiam, hoc eſt diligentiam ſuadẽt, quã præ

ſtare niſi in anguſtiſſimis cauſſis non poteſt breuitas. Adiiciam, quod me docuit uſus magiſter egregius, frequenter egi, frequenter iudicaui, frequenter in conſilio fui. aliud alios mouet, ac plerunq; paruæ res maxime trahuntur, uaria ſunt hominũ iudicia, uariæ uoluntates, inde, qui eandẽ cauſſam ſimul audierũt, ſæpe diuerſum, interdum idem, ſed ex diuerſis animi motibus ſentiunt. Præterea ſuæ quiſq; inuentioni fauet, & quaſi fortiſſimum complectitur, cũ ab alio dictum eſt, quod ipſe præuidit. Omnibus ergo dandum eſt aliquid, quod teneant, quod agnoſcant. Dixit aliquando mihi Regulus, cum ſimul adeſſemus, Tu oĩa, quæ ſunt in cauſſa putas exſequenda, Ego iugulum ſtatim uideo, hũc premo (premit ſane, quod eligit, ſed in eligendo frequenter errat.) reſpõdi. poſſe fieri, ut genu eſſet, aut talus, ubi iugulũ putaret. At ego inquam, qui iugulum perſpicere non poſſum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ, utq; in agri cultura non uineas tantum, uerum etiam arbuſta, nec arbuſta tantum, uerũ etiam campos curo, & exerceo, utq; in ipſis campis non far, aut ſiliginem ſolam, ſed ordeum, fabam, cæteraq; legumina ſero, ſic in actione plura quaſi ſemina latius ſpargo, ut quæ prouenerint, colligam. Neq; enim minus imperſpicua, incerta, fallacia ſunt iudicum ingenia, quam tempeſtatum, terrarumq;. Nec me præterit ſummum oratorem Periclem ſic a comico Eupolide laudari. πρὸς δ' ἐ γ' ἀυτοῦ τῷ, τάχει

πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν,
ὅυτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Verũ huic ipſi Pericli nec illa πειθὼ, nec illud ἐκήλει breuitate, uel uelocitate, uel utraq; (differunt ·n·) ſine facultate ſumma cõtigiſſet. nam delectare, perſuadere copiam dicendi, ſpatiumq; deſiderat. relinquere uero aculeum in audiẽtium animis, is demum poteſt, qui non pungit, ſed infigit. Adde, quæ de eodẽ Pericle Comicus alter, ἤστραπτ᾽, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Nõ enim amputata oratio, & abſciſſa, ſed lata, & magnifica, et excelſa tonat, fulgurat, omnia deniq; perturbat, ac miſcet. optimus tñ modus ẽ, qs negat? ſed non minus nõ ſeruat modũ, qui infra rem, quam qui ſupra, qui adſtrictius, quam qui effuſius dicit. Itaq; audis frequenter, ut illud immodice, & redundanter, ita hoc ieiune, & infirme. alius exceſſiſſe materiam, alius dicitur non impleſſe, æque uterque, ſed ille ibecillitate, hic uiribus peccat, quo certe & ſi non limatioris, maioris tamen ingenii uitium eſt. Nec uero cum hæc dico, illũ homericum ἀμετροεπῆ probo, ſed hunc, καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίοισιν, nõ quia non et ille mihi ualdiſſime placeat, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Si tñ detur electio, illam orationem ſimilem niuibus hibernis, id eſt crebram, aſſiduam, et largam, poſtremo diuinam, et cœleſtem uolo. At ẽ gratior multis actio breuis. Eſt, ſed inertibus, quorũ delitias, deſidiamq; quaſi iudicium reſpicere, ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas, non ſolum ſatius ẽ breuiter dicere, ſed omnino nõ dicere. Hæc ẽ adhuc ſententia mea, quã mutabo, ſi diſſenſeris tu. Sed planè cur diſſentias, explices rogo. Quamuis enim cedere autoritati tuæ debeam,

Rectius tamen arbitror in tanta re, ratione, quam au toritate ſuperari. proinde, ſi non errare uideor, id ipſum, quam uoles breui epiſtola. Sed tamen ſcribe. Confirmaris enim iudicium meum, ſi errauero. longiſſimā para. Nū corrupi te, qui tibi, ſi mihi accede res, breuis epiſtolæ neceſſitatem, ſi diſſentires, longiſſimæ impoſui? Vale.

C. PLINIVS PLINIO PATER NO SVO SAL.

Et animi tui iudicio, ſic oculorum plurimū tribuo, non quia multū ne tibi placeas, ſed quia tantum, quantum ego ſapis, quanquam hoc quoq; multū ē. Omiſſis iocis, credo decenteis eſſe ſeruos, qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo, ſupereſt, ut frugi ſint, quod de uenalibus melius auribus, q̄ oculiſ iudicatur. Vale.

C. PLINIVS CATILIO SE VERO SVO SAL.

Diu iam in urbe hæreo, & quidem attonitus. perturbat me longa, et pertinax ualetudo Titi Ariſtonis, quem ſingulariter, & miror, & diligo. nihil eſt enim illo grauius, ſanctius, doctius, ut mihi non unus homo, ſed literæ ipſæ, oēſq; bonæ artes in uno homine ſummum periculum adire uideantur. Quam peritus ille & priuati iuris, & publici? quantum rerum? quantum exemplorū? quantum antiquitatis tenet? nihil eſt, quod diſcere uelis, quod ille docere non poſſit. Mihi certe quoties ali-

quid abditum quæro, ille theſaurus eſt· Iam quanta ſermonibus eius fides? quanta autoritas? q̃ preſſa, & decora cunctatio? quid eſt, quod non ſtatim ſciat? & tamen plerunq; hæſitat· dubitat diuerſitate rationum, quas acri, magnoq; iudicio ab origine, cauſiſq; primis repetit, diſcernit, expēdit· Ad hoc quam parcus in uictu, quam modicus in cultu· Soleo ipſum cubiculū illius, ipſumq; lectum, ut imaginem quandam priſcæ frugalitatis aſpicere· ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert, recteq; facti, non ex populi ſermone mercedē, ſed ex facto petit· In ſumma, non facile quis quenquam ex iſtis, qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt, huic uiro compararit· Non quidē gymnaſia ſectatur, aut porticus, nec diſputationibus longis aliorum otium, ſuumq; delectat, ſed in toga, negotiisq; uerſatur· multos aduocatione, plureis conſilio iuuat· Nemini tamen iſtorum caſtitate, pietate, iuſtitia, fortitudine, etiā primo loco ceſſerit· Mirareris, ſi intereſſes, qua patientia hāc ipſam ualetudinem toleret, ut dolori reſiſtat, ut ſiti differat, ut icredibilē febriū ardorē īmotus, opertuſq; tranſmittat· Nuper me, paucoſq; mecū, quos maxīe diligit, aduocauit, rogauitq;, ut medicos conſuleremus de ſumma ualetudinis, ut ſi eēt īſuperabilis, ſpōte exiret e uita, ſin tantū difficilis, & longa, reſiſteret, maneretq;· Dandum e[illegible] precibus uxoris, dandum filiæ lachrymis, dandu[illegible] etiam nobis amicis, ne ſpes noſtras, ſi modo nō eſſen[illegible] inanes, uolūtaria morte deſereret· Id ego arduum in primis, et præcipua laude dignū puto· Nam

impetu quodam, & inſtinctu procurrere ad mortẽ, commune cum multis, deliberare uero, et cauſſas eius expendere, utq; ſuaſerit ratio, uitæ, mortisq; conſilium ſuſcipere, uel ponere, ingentis eſt animi. Et medici quidem ſecunda nobis pollicentur. Supereſt, ut promiſſis deus adnuat, tandemq; me hac ſoliatudine exoluat, qua liberatus, Laurentinum meum, hoc eſt libellos, & pugillares, ſtudioſumq; otium repetam. Nunc enim nihil legere, nihil ſcribere, aut aſſidenti uacat, aut anxio libet. Habes, quid timeam, quid optem, quid etiam ĩ poſterũ deſtinem. Tu quid egeris, quid agas, quid uelis agere, inuicem nobis, ſed latioribus epiſtolis ſcribe. erit confuſioni meæ nõ mediocre ſolatium, ſi tu nihil quereris. Vale.

C. PLINIVS POMPEIO FALCONI SVO SAL.

Conſulis, an exiſtimem te in tribunatu cauſſas agere debere. Plurimum refert, quid eſſe tribunatum putes, inanem umbram, et ſine honore nomen, an poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a ſe quidem deceat. Ipſe cum tribunus eſſem, errauerim fortaſſe, qui me eſſe aliquem putaui, ſed tanquam eſſem, abſtinui cauſſis agendis, primum, quod deforme arbitrabar, cui aſſurgere, cui loco cedere omneis oporteret, hũc oĩbus ſedentibus ſtare, et qui iubere poſſet, tacere quencunq; huic ſilentium clepſydra indicã, et quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuitia audire, & ſi inulta pateretur, inertem, ſi ulciſceretur, inſolẽtem

uideri· Erat hic quoq; æſtus, ante oculos ſi forte me appellaſſet uel ille, cui adeſſem, uel ille, quem contra intercederem, auxilium ferrem, an quieſcerem, ſi= leremq́;, & quaſi è iurato magiſtratu priuatum ipſe me facerem· His rationibus motus, malui me tribunū omnibus exhibere, quam paucis aduocatum· Sed tu, (iterum dicam) plurimum intereſt, quid eſſe tribunatum putes· tuam perſonam tibi imponas, quæ ſapienti uiro ita aptanda eſt, ut perferatur· Vale·

C·PLINIVS BABIO HISPA NO SVO SAL·

t Ranquillus contubernalis meus uult emere agellum, quem uenditare amicus tuus dicitur· Rogo cures, quanti æquum ē, emat· Ita enim delectabit emiſſe· Nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eò maxime, quod exprobrare ſtultitiam domino uidetur· In hoc autem agello, ſi modo arriſerit pretium, Tranquilli mei ſtomachū multa ſollicitant, uicinitas urbis, opportunitas uiæ, mediocritas uillæ, modus ruris, qui auocet magis, quam diſtrĭgat· Scholaſticis porro dominis, ut hic eſt, ſufficit abunde tantū ſoli, ut releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unamq́; ſemitam terere, omnesq́; uiticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint· Hæc tibi expoſui, quo magis ſcires, quantum ille eſſet mihi, ego tibi debiturus, ſi prædiolum iſtud, quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat· Vale·

FINIS·

C·PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS·

C·PLINIVS ROMANO SVO SALVTEM·

Poſt aliquot annos inſigne, atq; etiam memorabile populi Romani oculis ſpectaculū exhibuit publicū funus Virgini Rufi maximi, & clariſſimi ciuis, & perinde felicis· Triginta annis gloriæ ſuæ ſuper uixit· Legit ſcripta de ſe carmina, legit hiſtorias, et poſteritati ſuæ interfuit· perfunctus eſt tertio conſulatu, ut ſummum faſtigium priuati hominis impleret, cum principis noluiſſet· Cæſares, quibus ſuſpectus, atq; etiam inuiſus uirtutibus fuerat, euaſit· reliquit īcolumem Optimum, atq; amiciſſimū, tanquam ad hunc ipſum honorem publici funeris reſeruatus· Annum tertium, & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari ueneratione· Vſus eſt firma ualetudie, niſi quod ſolebant ei manus tremere, citra dolorem tamen· Aditus tantum mortis durior, lōgior que, ſed hic ipſe laudabilis· Nam cum uocē præpararet acturus in conſulatu principi gratias, liber, quem forte acceperat grandiorem, & ſeni, & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt· Hunc dum ſequitur, colligitq;, per leue, & lubricum pauimentum, fallente ueſtigio, cecidit, coxamq; fregit, quæ parum apte collocata, reluctante ætate, male coiit· Huius uiri exequiæ magnum ornamentum principi, magnum ſeculo, magnum

lo, magnum etiam foro & roſtris attulerunt· Laudatus eſt a conſule Cornelio Tacito· Nam hic ſupremus felicitati eius cumulus acceſſit laudator eloquentiſſimus, & ille quidem plenus annis abiit, plenus honoribus, illis etiã, quos recuſauit, nobis tamen quærendus, ac deſiderandus eſt, ut exẽplar æui prioris, mihi uero præcipue, qui illum nõ ſolum publice, ſed etiam priuatim quantum admirabar, tantum diligebã· primum, quod utriq; eadẽ regio, municipia finitima, agri etiam, poſſeſſioneſq; coniunctæ· Præterea, ꝙ ille tutor mihi relictus, adfectũ parẽtis exhibuit· Sic candidatũ me ſuffragio ornauit, ſic ad omnes honores meos ex ſeceſſibus accucurrit, cum iam pridem eiuſmodi officiis renuntiaſſet, ſic illo die, quo ſacerdotes ſolẽt nominare, quos digniſſimos ſacerdotio iudicant, me ſemper nominabat· Quin etiam in hac nouiſſima ualetudine ueritus, ne forte inter quinqueuiros crearetur, qui minuendis publicis ſumptibus iudicio ſenatus conſtituebantur, cum illi tot amici ſenes, conſulareſq; ſupereſſent, me huius ætatis, per quem excuſaretur, elegit, his quidem uerbis, etiam ſi filium haberem, tibi mandarem· Quibus ex cauſſis neceſſe eſt tanquam immaturam mortem eius in ſinu tuo defleam, ſi tamen fas eſt aut fleri, aut omnino mortem uocari, qua tãti uiri mortalitas magis finita, quã uita eſt· Viuit enim, uiuetq; ſemper, atq; etiam latius in memoria hominum, et ſermone uerſabitur poſt, quam ab oculis receſſit· Volo tibi multa alia ſcribere, ſed totus animus in hac una contemplatione defixus eſt· Virginium cogito, Virginium uideo, Virgi-

nium iam uanis imaginibus, recentibus tamen audio, adloquor, teneo, cui fortaſſe ciues aliquos uirtutibus pares & habemus, & habebimus, gloria neminem. Vale.

C. PLINIVS PAVLINO SVO SAL.

i

Raſcor, nec liquet mihi, an debeam, ſed iraſcor. ſcis quam ſit amor iniquus interdum, ĩpotens ſæpe, μικραίτιος ſemper. hæc tñ cauſſa magna eſt, neſcio an iuſta, ſed ego tanq̃ non minus iuſta, quam magna ſit, grauiter iraſcor, quod a te tandiu literæ nullæ. Exorare me potes uno modo, ſi nunc ſaltem plurimas, & longiſſimas miſeris. hæc mihi ſola excuſatio uera, cæteræ falſæ uidebuntur. Nõ ſum auditurus, non eram Romæ, uel occupatior eram, illud enim nec dii ſinant, ut infirmior. Ipſe ad uillam partim ſtudiis, partim deſidia fruor, quorum utrunq; ex otio naſcitur. Vale.

C. PLINIVS NEPOTI SVO SAL.

m

Agna Iſæum fama præceſſerat, maior inuentus eſt. ſumma eſt facultas, copia, ubertas. dicit ſemper ex tempore, ſed tanquã diu ſcripſerit. ſermo græcus, immo atticus. præfationes terſæ, graciles, dulces, graues interdum, et erectæ. poſcit controuerſias plureis, electionẽ auditoribus permittit, ſæpe etiam partis. Surgit, iam igitur incipit. Statim omnia, ac penè pariter ad manum. Senſus reconditi, occurſant uerba. ſed qualia, quæſita, & exculta. multa lectio ĩ ſubitis, multa ſcriptio elucet. pro

cemulatur apte, narrat aperte, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſe. Poſtremo docet, delectat, adficit. Quod maxime dubites, crebra ἐνθυμήματα, ſyllogiſmi circunſcripti, et effecti, quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Incredibilis memoria, repetit altius, quæ dixit ex tempore, ne uerbo quidem labitur, ad tantam ἕξιν ſtudio, et exercitatione peruenit. Nā diebus, & noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur, annum ſexageſimum exceſſit, & adhuc ſcholaſticus tantum ē, quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. nos enim, qui in foro, uerisq; litibus terimur, multum malitiæ, quamuis nolimus, addiſcimus. Schola, & auditorium, et ficta cauſſa, res inermis, innoxia eſt, nec minus felix, ſenibus præſertim. Nam quid in ſenectute felicius, q̄ quod dulciſſimum eſt i iuuenta? quare ego Iſæū non diſertiſſimum tantum, uerū etiam beatiſſimum iudico, quem tu niſi cognoſcere concupiſcis, ſaxeus, ferreusq; es. Proinde, ſi nō ob alia, nosq; ipſos, at certe, ut hunc audias, ueni. Nunquā'm ne legiſti Gaditanum quẽdam Titi Liuii nomine, gloriaq; commotum, ad uiſendum eum ab ultimo terrarum orbe ueniſſe, ſtatimq; ut uiderat, abiſſe? ἀφιλόκαλον, Illiteratum, iers, ac penè etiam turpe eſt, nō putare tanti cognitionem, qua nulla eſt iucūdior, nulla pulchrior, nulla deniq; humanior. Dices habeo hic, quos legā, nō minus diſertos etiā. ſed legendi ſemper occaſio eſt, audiēdi nō ſemper. Multò magis, ut uulgo dicitur, uiua uox adficit. Nam licet acriora ſint, q̄ leges, altius tamen in animo ſedent, quæ pronunciatio, uultus, habitus, geſtus

etiam dicentis adfigit· niſi uero falſum putamus illud Aeſchinis, qui cum legiſſet Rhodiis orationem Demoſthenis, admirantibus cunctis, adieciſſe fertur, τί δὲ εἰ αὐτοῦ τοῦ θηρίου ἀκηκόειτε *& erat Aeſchines, ſi Demoſthēi credimus* μεγαλοφωνότατος· *fatebatur tamen longe melius eadem illa pronuntiaſſe ipſum qui pepererat· quæ omnia huc tendunt, ut audias Iſæum uel ideo tantum, ut audieris· Vale·*

C· PLINIVS CALVINAE SAL·

I pluribus pater tuus, uel uni cuilibet alii, quam mihi debuiſſet, fuiſſet fortaſſe dubitandum, an adires hæreditatem etiam uiro grauem, cum uero ego ductus adfinitatis officio, dimiſſis omnibus, qui non dico moleſtiores, ſed diligentiores erant, creditor ſolus extiterim, cumq; uiuente eo nubenti tibi in dotem centum millia contulerim, præter eam ſummam, quam pater tuus, quaſi de meo dixit (erat enim ſoluenda de meo) magnum habes facilitatis meæ pignus, cuius fiducia debes famam defuncti, pudoremq; ſuſcipere, ad quod te ne uerbis magis, quam rebus horter, quicquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri iubeo. Nec eſt, quod uerearis, ne ſit mihi iſta oneroſa donatio· Sunt quidem omnino nobis modicæ facultates, dignitas ſumptuoſa, reditus propter conditionem agellorum, neſcio minor, an incertior, ſed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua uelut fonte liberalitas noſtra decurrit· Quæ tamen ita temperanda eſt, ne nimia profuſione inareſcat, ſed temperanda in aliis, in te uero

facile ratio conſtabit, etiam ſi modũ exceſſerit. Vale.

C·PLINIVS LVPERCO SVO SAL.

Ctionem & a te frequenter efflagitatam, et a me ſæpe promiſſam exhibui tibi, non tamẽ totam, adhuc enim pars eius perpolitur, Interim quæ abſolutiora mihi uidebantur, non fuit alienum, iudicio tuo his tradi. Tu rogo intentionem ſcribentis accommodes. nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem ſolicitudinem præſtare deberem. Nam in cæteris actionibus exiſtimationi hominum diligentia tantum, & fides noſtra, in hac etiam pietas ſubiicietur. Inde & liber creuit, dum ornare patriam, & amplificare gaudemus, pariterq; & defenſiõi eius ſeruimus, & gloriæ. Tu tamen hæc ipſa, quantum ratio exegerit, reſeca. Quoties enim ad faſtidium legentium, delitiasq; reſpicio, intelligo nobis cõmendationem et ex ipſa mediocritate libri petendã. Idem tamen, quia te hanc auſteritatem exigo, cogor id, quod diuerſum eſt poſtulare, ut in pleriſq; frontẽ remittas. Sunt enim quædam adoleſcentium auribus danda, præſertim ſi materia non refragetur. Nã deſcriptiones locorum, quæ in hoc libro frequentiores erunt, non hiſtoricæ tantum, ſed prope poetice proſequi fas eſt. Quod tamen ſiquis extiterit, qui putet nos lautius feciſſe, quam orationis ſeueritas exigat, huius, ut ita dixerim, triſtitiã reliquæ partes actionis exorare debebunt. adniſi certe ſumus, ut quamlibet diuerſa genera lectorum per plures dicendi ſpecies teneremus. Ac ſicut ueremur, ne quibuſdam part

aliqua ſecundum ſuam cuiusq; naturam non probe tur, ita uidemur poſſe confidere, ut uniuerſitatem omnibus varietas ipſa commendet. Nam & in ratione conuiuiorum, quamuis a pleriſq; cibis ſinguli temperemus, totam tamẽ cœnã laudare omnes ſolemus, nec ea, quæ ſtomachus noſter recuſat, adimunt gratiam illis, quibus capitur. Atq; hæc ego ſic accipi uolo, non tanquam adſecutum eſſe me credam, ſed tanquam adſequi laborauerim, fortaſſe non fruſtra, ſi modo tu curam tuam admoueris interĩ iſtis, mox iis, quæ ſequuntur. Dices te nõ poſſe ſatis diligenter id facere, niſi prius totam actionem cognoueris, fateor, in præſentia tamen & iſta tibi familiariora fient, & quædam ex his talia erunt, ut per parteis emendari poſſint. Etenĩ ſi auulſum ſtatuæ caput, aut membrũ aliquod inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam, æqualitatemq; deprehendere, poſſes tamen iudicare, an id ipſum ſatis elegans eſſet. Nec alia ex cauſſa priapiorũ libri circunferuntur, quam quia exiſtimatur pars aliqua etiam ſine cæteris eſſe perfecta. Lõgius me prouexit dulcedo quædam tecum loquendi. Sed iam finem faciam, ne modum, quem etiã orationi adhibendum puto, ĩ epiſtola excedã. Vale.

C. PLINIVS AVITO SVO SAL.

Longum ẽ altius repetere, nec refert, quemadmodum acciderit, ut homo minime familiaris, cœnarem apud quendam, ut ſibi uidebatur, lautum, et diligentem, ut mihi ſordidum ſimul, & ſumptuoſum. nam ſibi, et paucis opima quæ

dam, cæteris uilia, & minuta ponebat. Vinum etiã paruulis lagunculis in tria genera deſcripſerat, nõ ut poteſtas eligendi, ſed ne ius eſſet recuſandi. Et aliud ſibi, et nobis, aliud minoribus amicis, (nã gradatim amicos habet), aliud ſuis, noſtriſq; libertis. Animaduertit, qui mihi proximus recumbebat, et an probarem, interrogauit. negaui. tu ergo inquit, quam conſuetudinem ſequeris? Eadem omnibus pono, ad cœnam enim, non ad notam inuito, cunctiſq; rebus exæquo, quos menſa, et toro æquaui. Etiam ne libertos? etiam, conuictores enim tunc, nõ libertos puto. Ille magno tibi cõſtat? Mi'me. Qui fieri poteſt? Quia ſcilicet liberti mei non idẽ, quod ego bibunt, ſed idẽ ego, quod liberti. Et hercule, ſi gulæ temperes, non eſt oneroſum, quo utaris ipſe, communicare cũ pluribus. illa ergo reprimẽda, illa quaſi ĩ ordinẽ redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas, quibus aliquantò rectius tua cõtinentia, quam aliẽa contumelia conſulas. Quorſum hæc? ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immenſa luxuria ſpecie frugalitatis imponat. Conuenit autem amori ĩ te meo, quoties tale aliquid incaderit, ſub exẽplo præmonere, quid debeas fugere. Igitur memẽto, nihil magis eſſe uitandũ, q̃ iſtã luxuriæ, et ſordiũ nouam ſocietatem, quæ cũ ſint turpiſſima, diſcreta ac ſeparata, turpius iunguntur. Vale.

Gradatim amicos habere

C. PLINIVS MACRINO SVO SAL.

Eri a ſenatu Veſtricio Spurinnæ, prĩcipe autore, triũphalis ſtatua decreta eſt, non ita, ut multis, qui nunquam in acie ſteterunt,

nunquam caſtra uiderunt, nunquam deniq; tubarum ſonum, niſi in ſpectaculis audierunt, uerum, ut illis, qui decus iſtud ſudore, et ſanguine, et factis aſſequebantur. Nam Spurinna Bructerum regem ui, & armis induxit in regnum, oſtentatoq; bello, feroſſimam gentem, quod eſt pulcherrimũ uictoriæ genus, terrore perdomuit & hoc quidem uirtutis præmiũ, Illud ſolatiũ doloris accepit, quod filio eius Cottio, quem amiſit abſens, habitus eſt Honor ſtatuæ. rarũ id i iuuene, ſed pater hoc quoq; merebatur, cuius grauiſſimo uulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Præterea Cottius ipſe tam clarum ſpecimen indolis dederat, ut uita eius breuis, & anguſta debuerit hac, ueluti immortalitate proferri. Nam tanta ei ſanctitas, grauitas, autoritas etiam, ut poſſet ſenes illos prouocare uirtute, quibus nunc honore adæquatus eſt. Quo quidem honore, quantum ego interpretor, non modo defuncti memoriæ dolori patris, uerũ etiam exemplo proſpectum eſt. acuent ad bonas artes iuuentutem, aduleſcentibus quoq; (digni ſint modo) tanta præmia conſtituta, acuent principes uiros ad liberos ſuſcipiendos, & gaudia ex ſuperſtitibus, et ex amiſſis tam glorioſa ſolatia. His ex cauſſis ſtatua Cottii publicæ lætor, nec priuatim minus. Amaui conſumatiſſimum iuuenem tam ardenter, q̃ nunc impatienter requiro. Erit ergo pergratum mihi hanc effigiem eius ſubinde intueri, ſubinde reſpicere, ſub hac conſiſtere, præter hanc commeare. Etenim ſi defunctorum imagines domi poſitæ dolorem noſtrum leuant, quanto magis eæ, quibus in celeberrimo loco

honor statuæ huius sum hi

non modo ſpecies, et uultus illorum, ſed honor etiam, & gloria refertur. Vale.

C·PLINIVS CANINIO SVO SAL·

s *Tudes? an piſcaris? an uenaris? an ſimul omnia? poſſunt enim omnia ſimul fieri ad Larium noſtrum, nam lacus piſcem, feras ſyluæ, quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte ſeceſſus adſitum ſuggerunt. Sed ſiue omnia ſimul, ſiue aliquid facias, non poſſum dicere inuideo, angor tamen non & mihi licere, quæ ſic concupiſco, ut ægri uinum, balinea, fontes. Nũquam ne hos arctiſſimos laqueos, ſi ſoluere negatur, abrumpã? nunquam puto. Nam in ueteribus negotiis noua adcreſcunt, nec tamen priora peraguntur, tot nexibus, tot quaſi catenis maius in dies occupationum agmen extenditur. Vale.*

C·PL· APOLLINARI SVO SAL·

a *Nxium me, & inquietum habet petitio Sexti Eruti mei, adficior cura, & quam pro me ſolicitudinem non adii, quaſi pro me altero patior, & alioqui meus pudor, mea exiſtimatio, mea dignitas in diſcrimen adducitur. Ego Sexto latum clauum a Cæſare noſtro, ego quæſturam impetraui, meo ſuffragio peruenit ad ius tribunatus petẽdi, quem niſi optinet in ſenatu, uereor decepiſſe Cæſarem uidear. Próinde adnitendũ eſt mihi, ut talem eum iudicent omnes, qualem eſſe princeps mihi credidit, quæ cauſſa, ſi ſtudium meum non incitaret, ad*

iutum tamen cuperem iuuenem probiſſimum, grauiſſimũ, eruditiſſimum, omni deniq; laude digniſſimũ, et quidem cum tota domo. Nam pater eius Erutius, clarus uir, ſanctus, antiquus, diſertus, atq; in agendis cauſſis exercitus, quas ſumma fide, pari cõſtantia, nec uerecundia minore defendit, habet auunculum C. Septiciũ, quo nihil uerius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius noui. Omnes me certatim, et tamen æqualiter amant, omnibus nunc ego in uno referre gratiam poſſum. Itaq; prẽdo amicos, ſupplico, ambio domos, ſtatiõesq; circumeo, quantumq; uel autoritate, uel gratia ualeã, precibus experior. Tẽ que obſecro, ut aliquam oneris mei partem ſuſcipere tanti putes. Reddam uicem, ſi repoſces, reddam, et ſi nõ repoſces. Diligeris, coleris, frequẽtaris. oſtẽde modo uelle te, nec deerunt, qui, quod tu uelis, cupiant. Vale.

C. PLINIVS OCTAVIO SVO SAL.

h Ominem te patientem, uel potius durũ, ac penè crudelẽ, qui tam inſigneis libros tã diu teneas. Quouſq; & tibi, & nobis inuidebis, tibi maxĩa laudẽ, nobis uoluptatẽ? Sine per ora hominum ferantur, iiſdemq;, quibus lingua Romana, ſpatiis peruagentur. Magna etiam, longa expectatio eſt, quam fruſtrari adhuc, & differre non debes. Enotuerunt quidam tui uerſus, & inuito te clauſtra tua refregerunt, hos niſi retrahes in corpus quandoq; ut errones, aliquem, cuius dicantur, inueniant. Habe ante oculos mortalitatẽ, a qua adſerere te hoc

uno monimento potes· Nam cætera, fragilia, & caduca nõ minus, quam ipſi hoies, occidunt, deſinũtq; · oĩes, ut ſoles, amici mei uiderint· opto equidem amicos tibi tam fideles, tam eruditos, tam laborioſos, ut tantum curæ, intentionisq; ſuſcipere & poſſint, & uelint. Sed diſpice, ne ſit parum prouidum, ſperare ex aliis, quod tibi ipſe nõ præſtes. Et de editione quidem interim, ut uoles, recita ſaltem, quo magis libeat emittere, utq; tandem percipias gaudiũ, quod ego olim pro te non temere præſumo. Imaginor enĩ qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentiũ maneat, quo ego, cum dico, uel recito, nõ minus, quam clamore, delector· Sit modo ſilentiũ acre, & intentum, et cupidum ulteriora audiẽdi· Hoc fructu tanto, tam parato deſine ſtudia tua infinita iſta cunctatione fraudare, quæ cum modum excedit, uerendum eſt, ne inertiæ, & deſidiæ, uel etiam timiditatis nomen accipiat. Vale·



C·PL· ARRIANO SVO SAL·

Solet eſſe gaudio tibi, ſiquid actum eſt in ſenatu dignum ordine illo, quãuis enim quietis amore ſeceſſeris, inſidet tamen animo tuo maieſtatis publicæ cura. Accipe ergo, quod per hos dies actum eſt perſonæ claritate famoſum, ſeueritate exempli ſalubre, rei magnitudine æternum· Marius Priſcus accuſantibus Afris, qbus proconſul præfuit, omiſſa defenſiõe iudices petiit· Ego, et Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi, exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notum ſenatui facere, exceſſiſſe Pri

ſcum immanitate, et ſæuitia crimina, quibus dari iudices poſſent, cum ob inocenteis condemnandos, interficiēdos etiā, pecunias accepiſſet, reſpondit Fronto Catius, deprecatusq; eſt, nequid ultra repetundarum legem quæreretur, omniaq; actionis ſuæ uela uir mouendarum lachrymarum peritiſſimus quodam uelut uento miſerationis impleuit. Magna contentio, Mgni utrinq; clamores, aliis cognitionem ſenatus lege cōcluſam, aliis liberā, ſolutamq; dicentibus, quantumq; admiſiſſet reus, tantum uindicandum. Nouiſſime conſul deſignatus Iulius Ferox, uir rectus et ſanctus Mario quidem iudices interim cenſuit dandos, euocandos autem, quibus diceretur innocentium pœnas uendidiſſe, quæ ſententia non præualuit modo, ſed omnino poſt tantas diſſenſiones fuit ſola frequens, adnotumq; experimentis, quod fauor, & miſericordia acreis, & uehementeis primos impetus habent, paulatim conſilio, & ratione, quaſi reſtincta conſidunt. Vnde euenit, ut quod multi clamore permixto tuentur, nemo tacentibus cæteris dicere uelit. pateſcit enim, cum ſepararis a turba, contemplatio rerum, quæ turba teguntur. Venerunt qui adeſſe erant iuſſi Vitelius Honoratus, & Flauius Martianus, ex quibus Honoratus trecentis millibus exilium equitis Romani, ſeptemq; amicorū eius ultimam pœnam, Martianus unius equitis Romani ſeptingētis millibus plura ſuppliacia arguebatur emiſſe. erat enim faſcibus cæſus, damnatus in metallum, ſtrangulatus ī carcere, ſed Honoratum cognitioni ſenatus mors opportuna ſubtraxit. Martianus intro-

ductus eſt abſente Priſco. Itaq; Tutius Cerealis con
ſularis iure ſenatorio poſtulauit, ut Priſcus certior
fieret, ſiue quia miſerabiliorē, ſiue quia inuidioſio-
rem fore arbitrabatur, ſi præſens fuiſſet, ſiue (quod
maxime credo) quia æquiſſimum erat, commune cri-
men ab utroq; defendi, & ſi dilui non potuiſſet, in
utroq; puniri. Dilata res eſt in proximum ſenatum,
cuius ipſe conſpectus auguſtiſſimus fuit. Priceps præ
ſidebat (erat enim cōſul) adhoc Ianuarius menſis cū
cætera, tum præcipue ſenatorum frequentia celeber-
rimus, præterea cauſæ amplitudo, auctaq; dilatiōe
expectatio, & fama, inſitumq; mortalibus ſtudiū
magna, & inuſitata noſcendi, omneis undiq; exciue
rat. Imaginare, quæ ſolicitudo nobis, qui metus, qui-
bus ſuper tanta re, in illo cœtu, præſente Cæſare, di-
cendum erat. Equidem in ſenatu non ſemel egi, quin
immo nuſquā audiri benignius ſoleo, tunc me tamē,
ut noua omnia, nouo metu permouebant. Obuerſa-
batur præter illa, q̄ ſupra dixi, cauſæ difficultas,
ſtabat modo conſularis, modo ſeptemuir Epulonum,
iam neutrum. Erat igitur perquam oneroſum accu-
ſare damnatum, quem, ut premebat atrocitas crimi-
nis, ita quaſi peractæ damnationis miſeratio tueba-
tur, utcunq; tamen animum, cogitationemq; collegi.
Cœpi dicere non minore audientium aſſenſu, quam
ſolicitudine mea. Dixi horis penè quinq;. Nam xii.
clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperā, ſunt additæ
quatuor. A deo illa ipſa, quæ dura, et aduerſa dictu
ro uidebantur, ſecunda dicenti fuerunt. Cæſar quidē
mihi tantum ſtudium, tantam etiam curam (nimium

eſt enim dicere ſolicitudinem) præſtitit, ut libertum meũ poſt me ſtantẽ, ſæpius admoneret, uoci, lateriq; conſulerem, cum me uehementius putaret intendi, q̃ gracilitas mea perpeti poſſet. Reſpõdit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus. Miſſus deinde ſenatus, & reuocatus in poſterum, neq; enim iam inchoari poterat actio, niſi noctis interuentu ſcinderetur. Poſtero dixit pro Mario Saluius Liberalis, uir ſubtilis, diſpoſitus, acer, diſertus, in illa uero cauſſa omnes artes ſuas protulit. Reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſime, &, quod eximiũ orationi ineſt, σεμνῶς. Dixit pro Mario rurſus Frõto Catius ĩſigniter, utq; iã locus ille poſcebat, plus in precibus temporis, quã in defenſione conſumpſit. huius actionem ueſpera incluſit, non tamen ſic, ut abrumperet. Itaq; in tertiũ diẽ probationes exierunt. Iam hoc ipſum pulchrũ, & antiquum, ſenatum nocte dimitti, triduo uocari, triduo contineri. Cornutus Tertullus conſul deſignatus, uir egregius, & pro ueritate firmiſſimus, cenſuit ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius ærario inferenda, Mario urbe, Italiaq; ĩterdicendũ, Martiano hoc amplius, Africa. In fine ſententiæ adiecit, quod ego, & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter, fortiterq; functi eſſemus, arbitrari ſenatum, ita nos feciſſe, ut dignum mãdatis partibus fuerit. Aſſenſerunt conſules deſignati, omnes etiam conſulares uſque ad Pompeium collegam, ille & ſeptingenta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferẽda, & Martianum in quinquennium relegandum, Marium repetundarum pœnæ, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquẽ-

dum· Erant in utraq; ſententia multi, fortaſſe etiam plures in hac uel ſolutiore, uel molliore· Nam quidam ex illis quoq;, qui Cornuto uidebantur aſſenſi, hunc, qui poſt ipſos cenſuerat, ſequebantur· Sed cum fieret diſceſſio, qui ſellis conſulum aſtiterant in Cornuti ſententiam ire cœperunt Tum illi, qui ſe collegæ adnumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt, collega cum paucis relictus Multum poſtea de impulſoribus ſuis, præcipue de Regulo queſtus eſt, qui ſe in ſentẽtia, quam ipſe dictauerat, deſeruiſſet· Eſt alioqui Regulo tam mobile ingenium, ut plurimum audeat, plurimum timeat· Hic finis cognitionis ampliſſimæ, ſupereſt tamen λιτούργιον non leue Hoſtilius Firmius legatus Marii Priſci, qui per miſtus cauſæ, grauiter, uehementerq; uexatus ẽ· Nã & rationibus Martiani, & ſermone, quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam Priſco ad turpiſſimũ miniſterium commodaſſe, ſtipulatusq; de Martiano quinquaginta millia denariorum probabatur, ipſe præterea accepiſſe ſeſtertia decem millia fœdiſſimo quidẽ titulo, nomine unguentarii, qui titulus a uita hominis compti ſemper, & pumicati, non abhorrebat· Placuit cẽſente Cornuto referri de eo, proximo ſenatu, tunc enim, caſu, an conſcientia, abfuerat· Habes res urbanas, inuicem ruſticas ſcribe, quid arbuſculæ tuæ, quid uineæ, quid ſegetes agunt, quid oues delicatiſſimæ· In ſumma, niſi æquæ longam epiſtolam reddis, non eſt, quod poſtea, niſi breuiſſimam expectes· Vale·

C·PL·ARRIANO SVO SAL·

ειτούργιον Illud, quod ſupereſſe Marii Priſci cauſæ proxime ſcripſeram, neſcio an ſatis, circunciſum tamen, et adraſum eſt· Firminus inductus in ſenatum· Reſpondit crimini noto· ſecutæ ſunt diuerſæ ſententiæ conſulum deſignatorum· Cornutus Tertullus cenſuit ordine mouendū· acutius Nerua, in ſortitione prouinciæ rationē eius non habēdam, quæ ſententia tanquam mitior, uicit, cum ſit alioqui durior, triſtiorq́; · Quid enim miſerius, quam exectum, & exemptum honoribus ſenatoriis, labore, et moleſtia non carere? Quid grauius, quam tanta ignominia adfectum, non in ſolitudine latere? ſed in hac altiſſima ſpecula conſpiciendum ſe, monſtrandumq́; præbere? Præterea quid publice minus aut congruens, aut decorum, notatum a ſenatu in ſenatu ſedere, ipſiſq́; illis, a qbus ſit notatus, æquari? ſummotum a proconſulatu, quia ſe i legatione turpiter geſſerat, de proconſulibus iudicare? dānatumq́; ſordiū, uel damnare alios, uel abſoluere? ſed hoc pluribus uiſum ē· Numerantur enim ſententiæ, non ponderantur· nec aliud in publico conſilio poteſt fieri, in quo nihil eſt tam inæquale, quam æqualitas ipſa· Nā cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt. Impleui promiſſum, priorisq́; epiſtolæ fidem exolui, quam ex ſpatio temporis iam recepiſſe te colligo· Nam et feſtinanti, & diligenti tabellario dedi, niſi quid impedimenti in uia paſſus eſt· Tuæ nunc partes, ut primum illam, deinde hanc remunereris literis, quales

iſtinc

iſtinc redire uberrimæ poſſunt · Vale ·

C·PLI·PRISCO SVO SAL·

T tu occaſiones obligandi me auidiſſime am
e plecteris, & ego nemini libentius debeo · dua
bus ergo de cauſſis a te potiſſimum petere cõ
ſtitui quod impetratum maxime cupio · Regis exerci
tum ampliſſimum, hinc tibi beneficiorum larga ma=
teria, longum præterea tempus, quo amicos tuos exor
nare potuiſti · Cõuertere ad noſtros, nec hos multos ·
Malles tu quidem multos, ſed meæ uerecundiæ ſuffi
cit unus, aut alter, ac potius unus · Is erit Voconius
Romanus, pater Plinii in equeſtri gradu clarus, Cla
rior uitricus, immo pater alius nam huius quoq; no-
mine & pietate ſucceſſit mater · E primus ipſe citerio=
ris Hiſpaniæ · ſcis quod iudicium prouĩciæ illius, ſcis
quanta ſit grauitas, flamen proxime fuit · hunc ego,
cum ſimul ſtuderemus, arcte, familiariterq; dilexi · Il
le meus in urbe, ille in ſeceſſu contubernalis · Cũ hoc
ſeria, cum hoc iocos miſcui · Quid enim aut illo fide-
lius amico, aut ſodale iucundius? mira in ſermone,
mira etiam in ore ipſo, uultuq; ſuauitas · Ad hoc in=
genium excelſum, ſubtile, dulce, facile, eruditum in
cauſſis agendis · Epiſtolas quidem ſcribit, ut muſas
ipſas latine loqui credas · Amatur à me plurimum ·
nec tamen uincitur · Equidem iuuenis ſtatim iuueni
quantum potui per ætatem, auidiſſime cõtuli, & nu
per ab optimo principe trium liberorum ei ius impe
traui, quod quanquam parce, et cum delectu daret,
mihi tamẽ tanquam eligeret, indulſit · Hæc beneficia

simul stu arcte fami liariterq; di ligere cum hoc seria, cum hoc iocos miscui

mea tueri nullo modo melius quam ut augeam, poſſum, præſertim cum ipſe illa tam grate interpretetur, ut dum priora accipit, poſteriora mereatur. Habes qualis, quam probatus, carusq; ſit nobis. Quem rogo pro ingenio, pro fortuna tua exornes. In primis ama hominem. Nam licet tribuas ei, quantum ampliſſimum potes, nihil tamen amplius potes amicitia tua, cuius eſſe eum uſq; in intimam familiaritatẽ capacem, quo magis ſcires, breuiter tibi ſtudia, mores, omnem deniq; uitam eius expreſſi. Extenderem preces, niſi & tu rogari diu nolles, & ego tota hac epiſtola feciſſem. Rogat enim et quidem efficaciſſime, qui reddit cauſſas rogandi. Vale.

C. PLI. MAXIMO SVO SAL.

Verum opinaris, diſtringor centumuiralibus cauſſis, quæ me exercent magis, quam delectant. Sũt enim pleræq; paruæ, & exiles. Raro ĩcidit, uel perſonarum claritate, uel negotii magnitudine ĩſignis. ad hoc perpauci, cum quibus iuuat dicere. cæteri audaces, atq; etiã magna ex parte aduleſcentuli obſcuri ad declamandum huc tranſeunt, tam irreuerenter, & temere, ut mihi Atilius noſter expreſſe dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros a centũuiralibus cauſſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholis. nam hic quoq;, ut illic primũ cœpit eſſe, quod maximũ eſt. At hercule, ante memoriã meã, maiores natu ita ſolebãt dicere ne nobiliſſimis qdẽ aduleſcentibus locus erat, niſi aliquo conſulari producente, tanta ueneratione pulcherrimum opus celebrabatur. Nũc re

*fractis pudoris, & reuerentiæ clauſtris, omnia pa-
tent omnibus. Nec inducuntur, ſed irrumpunt. ſe-
quuntur auditores actoribus ſimiles, conducti, et re
dẽpti mancipes, conuenitur a conductis, & redẽptis
in media Baſilica, ubi tam palàm ſportulæ, quàm ĩ
triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari merce-
de tranſitur. Inde iam non inurbane* σοφοκλεῖς
uocantur, ἀπὸ τοῦ σοφῶς, καὶ καλεῖσθαι *iiſdem lati-
num nomen impoſitum eſt laudicœni. & tamen cre-
ſcit in dies fœditas utraq; lingua notata. Heri duo no
menclatores mei, (habent ſanè ætatem eorũ, qui nu
per togas ſumpſerunt) ternis denariis ad laudandũ
trahebantur. tanti conſtat, ut ſis diſertiſſimus. Hoc
pretio quanlibet numeroſa ſubſellia implentur, hoc
ingens corona colligitur, hoc infiniti clamores com-
mouentur, cum* μεσόχορος *dedit ſignum. opus eſt
enim ſigno apud nõ intelligentes, ne audientes qui
dem. nam pleriq; non audiunt, nec ulli magis lau-
dant. Siquando tranſibis per Baſilicam, & uoles ſci
re, quo modo quiſq; dicat, nihil ẽ, quod tribunal aſcẽ
das, nihil quod præbeas aurem, facilis diuinatio. Sci-
to eum peſſime dicere, qui laudabitur maxime. Pri-
mus hunc audiendi morem induxit Larcius Licinius
hactenus tamen, ut auditores corrogaret. Ita certe ex
Quintiliano præceptore meo audiſſe memini. narra
bat ille. Aſſectabar Domitium Afrum, cum apud
centumuiros diceret grauiter, & lente (hoc enim illi
actionis genus erat) audiit ex proximo immodicum,
inſolitumq; clamorem, admiratus, reticuit, ubi ſilẽ-
tium factum eſt, repetit, quod abruperat. Iterum cla*

mor, iterum reticuit et poſt ſilentiū, cœpit idē tertio. nouiſſime quis diceret, quæſiuit, reſponſum eſt, Licinius. Tum intermiſſa cauſſa centumuiri, iquit, hoc artificium periit. quod alioqui perire incipiebat, cum periſſe Afro uideretur. Nunc uero propè funditus extinctum, & euerſum eſt. Pudet referre, quæ quam fracta pronuntiatione dicantur, quibus, quam teneris clamoribus excipiantur. plauſus tantum, ac potius ſola cymbala, et tympana illis cātícis deſunt: ululatus quidem (neque enim alio uocabulo poteſt exprimi,) theatris quoq; indecora laudatio large ſuperſunt. Nos tamen adhuc, & utilitas amicorum, & ratio ætatis moratur, ac retinet. Veremur enim ne forte non has indignitates reliquiſſe, ſed laborem fugiſſe uideamur. Sumus tamen ſolito rariores. quod initium eſt gradatim deſinendi. Vale.

C. PLI. VALERIO SVO SAL.

VO modo te ueteres Marſi tui? Quo modo emptio noua? placent agri, poſt, quam tui facti ſunt? Rarū id quidem (nihil enim æque gratum eſt adeptis, quam concupiſcentibus) me prædia materna parum commode tractant, delectant tamen, ut materna. alioqui longa patientia obcallui. Habent hunc finem aſſiduæ querelæ, quod queri pudet. Vale.

C. PLI. ANNIO SVO SAL.

TV quidem pro cætera tua diligentia, admones me, codicillos Aciliani, qui me ex parte

inſtituit hæredē, pro non ſcriptis habendos, quia nō ſint confirmati teſtamento· quod ius ne mihi quidem ignotum eſt, cum ſit iis etiam notum, qui nihil aliud ſciunt· ſed ego propriam quandam legem mihi dixi, ut defunctorum uoluntates, etiam ſi iure deficerentur, quaſi perfectas tuerer· Conſtat autem codicillos iſtos Acaliani manu ſcriptos· Licet ergo non ſint cōfirmati teſtamento, a me tamen, ut confirmati obſeruabūtur· Præſertim cum delatori locus non ſit· Nam ſi uerendum eſſet, ne, quod ego dediſſem, populus eriperet, cunctatior fortaſſe, & cautior eſſe deberem· Cum uero liceat hæredi donare, quod in hæreditate ſubſedit, nihil eſt, quod obſtet illi meæ legi, cui publicæ leges non repugnant· Vale·

C·PLI·GALLO SVO SAL·

m Iraris, cur me Laurentinum, uel (ſi ita mauis) Laurens meum tantopere delectet? deſines mirari, cum cognoueris gratiam uillæ, opportunitatem loci, litoris ſpatium· Decem & ſeptē millibus paſſuum ab urbe ſeceſſit, ut peractis, quæ agenda fuerint, ſaluo iam & cōpoſito die, poſſis ibi manere· Aditur non una uia, nam & Laurentina, & Oſtienſis eodem ferunt, ſed Laurentina a quartodecimo lapide, Oſtiēſis ab undecimo relinquēda eſt· Vtrinq; excipit iter, aliqua ex parte arenoſum uinctis paulo grauius, & longius, equo breue, et molle· Varia hinc, atq; inde facies, nam modo occurentibus ſyluis, uia coarctatur, modo latiſſimis pratis diffunditur, & pateſcit· Multi greges ouium, multa ibi

ua u ſe ſui adagio · cunctatior sis et cautior

no te mirari desines mirari

equorum, boumq; armenta, quæ montibus hyeme depulſa, herbis, & tepore uerno niteſcunt. Villa uſibus capax, nõ ſumptuoſa tutela. Cuius in prima parte atrium frugi, nec tamen ſordidum, deĩde porticus in O literæ ſimilitudinẽ circumactæ, quibus paruula, ſed feſtiua area includitur, egregium hæc aduerſum tempeſtates receptaculum nam ſpecularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur. Eſt contra medias cauædium hilare, mox tricliniũ ſatis pulchrum, quod in litus excurrit, ac ſi quãdo Africo mare impulſum eſt, fractis iam, & nouiſſimis fluctibus leuiter adluitur. Vndiq; ualuas, aut feneſtras non minores ualuis habet, atq; a lateribus, a frõte quaſi tria maria proſpectat. A tergo cauædium, porticum, aream, porticum rurſus, mox atrium, ſyluas, et longinquos reſpicit monteis. huius a leua retractius paulo, cubiculum eſt amplum. Deinde aliud minus, quod altera feneſtra admittit orientem, occidentem altera retinet. Hæc & ſubiacens mare longius quidem, ſed ſecurius intuetur. Huius cubiculi, et triclinii illius obiectu includitur angulus, qui puriſſimum ſolem continet, & accendit. hoc hybernaculum, hoc etiam Gymnaſium meorũ eſt. Ibi omnes ſilent uenti, exceptis, qui nubilũ inducunt, & ſerenum ante, quam uſum loci eripiunt. Adnectitur angulo cubiculum in apſida curuatum, quod ambitum ſolis feneſtris omnibus ſequitur. Parieti eius in bibliothecæ ſpeciem armarium inſertum eſt, quod non legendos libros, ſed lectitandos capit adhæret dormitorium membrum tranſitu interiacente, qui ſuſpenſus, & tabulatus conceptũ

uaporem ſalubri temperamento huc, illuc digerit, & miniſtrat. Reliqua pars lateris huius ſeruorum, libertorumq; uſibus detinetur, pleriſq; tam mundis, ut accipere hoſpites poſſint. Ex alio latere cubiculum ē politiſſimum, deinde uel cubiculum grande, uel modica cœnatio, quæ plurimo ſole, plurimo mari lucet. Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum. Eſt enim ſubductum omnibus uentis huic cubiculo aliud, & procœton cõmuni pariete iunguntur inde balinei cella frigdaria ſpacioſa, & effuſa, cuius ĩ contrariis parietibus duo baptiſteria uelut eiecta ſinuantur, abunde capacia, ſi innare in proximo cogites. Adiacet unctorium hypocauſton, adiacet propnigeon balinei Mox duæ cellæ magis elegantes, quam ſumptuoſæ coheret calida piſcina mirifice, ex qua natantes mare aſpiciunt. Nec procul ſphæriſterium, quod calidiſſimo ſoli, inclinato iam die, occurrit. hic turris erigitur, ſub qua diætæ duæ totidem in ipſa. Præterea cœnatio, quæ latiſſimum mare, longiſſimum litus, amœniſſimas uillas proſpicit. Eſt & alia turris, in hac cubiculum, in quo ſol naſcitur, conditurq;. lata poſt, apotheca, et horreũ. Sub hoc triclinium, quod turbati maris non niſi fragorem, et ſonum patitur, eumq; iam languidum, ac deſinẽtem hortum, & geſtationem uidet, qua hortus includitur, geſtatio buxo, aut roremarino, ubi deficit buxus, ambitur. Nam buxus, qua parte defendi tur tectis, abunde uiret, aperto cœlo, apertoq; uento. & quanquam longinqua aſpergine maris, inareſcit. Adiacet geſtationi interiore circuitu uinea tenera, et

& umbroſa, nudiſq; etiam pedibus mollis & cædēs. Hortum morus et ficus frequens ueſtit, quarum arborum illa uel maxime ferax eſt terra, malignior cæteris. hac nō deteriore, q̄ maris facie cœnatio remota a mari fruitur. Cingitur diætis duabus a tergo, quarū feneſtris ſubiacet ueſtibulum uillæ, & hortus alius, pinguis, & ruſticus. Hinc cryptoporticus propè publica operis inſtar extenditur. Vtrinq; feneſtræ, a mari plures, ab horto ſingulæ, et altius pauciores. Hæ cum ſerenus dies, & immotus, omnes, cum hinc, uel inde uentus inquietus, qua uenti quieſcunt, ſine iniuria patent. ante cryptoporticum xyſtus uiolis odoratus. teporem ſolis infuſi repercuſſu cryptoporticus auget. quæ ut tenet ſolem, ſic aquilonem inhibet, ſubmouetq;, quantúmque caloris ante, tantum retro frigoris ſimiliter Africum ſiſtit, atq; ita diuerſiſſimos uē tos alium alio a latere frangit, & finit. Hæc iucunditas eius hyeme, maior æſtate. Nam ante meridiē xyſtum, poſt meridiē geſtationes, hortiq; proximā partem umbra ſua temperat quæ, ut dies creuit, decreuitq;, modo breuior, modo lōgior hac, uel illac cadit. Ipſa uero cryptoporticus tunc maxime caret ſole, cū ardentiſſimus culmini eius īſiſtit. Ad hoc patentibus feneſtris fauonios accipit, tranſmittitq;, nec unquam aere pigro, & manente ingraueſcit. In capite xyſti deinceps cryptoporticus, horti diæta eſt, amores mei, re uera amores. ipſe poſui. In hac heliocaminus quidem, alia xyſtum, alia mare, utraq; ſolem, cubiculū autem ualuis, cryptoporticum feneſtra proſpicit, qua mare contra parietem medium diæta perquam-

eleganter recedit·quæ ſpecularibus, & uelis obductis, reductis ue modo adiicitur cubiculo, modo aufertur·lectum, et duas cathedras capit, a pedibus mare, a tergo uillæ, a capite ſyluæ, tot facies locorum, totidē feneſtris, & diſtinguit, & miſcet· Iunctum eſt cubiculum noctis, & ſomni, nō illud uoces ſeruulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurū lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis· Tā alti, abditiq; ſecreti, illa ratio, quod iter iacens andron parietem cubiculi, hortiq; diſtinguit, Atq; ita omnem ſonum media inanitate conſumit· applicatum eſt cubiculo Hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, ut ratio exigit, aut effundit, aut retinet· Procœton inde et cubiculum porrigitur in ſolem, quem oriētem ſtatim exceptum, ultra meridiem, obliquū quidem, ſed tamen ſeruat· In hanc ego diætam cum me recipio, abeſſe mihi etiā a uilla mea uideor· Magnamq; eius uoluptatem ecce præcipue ſaturnalibus capio, cū reliqua pars tecti licentia dierum, feſtisq; clamoribus perſonat· nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt· Hæc utilitas, hæc amœnitas deficitur aqua ſalienti, ſed puteos, ac potius fonteis habet· ſunt enim in ſummo· & omnino litoris illius mira natura, quocunq; loco moueris humum obuius, & paratus humor occurrit, isq; ſincerus, ac ne leuiter quidem tantæ maris uicinitate corruptus· Suggerunt affatim ligna proximæ ſyluæ· cæteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat· frugi quidem homini ſufficit etiam uicus, quē una uilla diſcernit· in hoc balinea meritoria tria·

Magna commoditas, ſi forte balineum domi, uel ſubitus aduentus, uel breuior mora calefacere diſſuadeat. Litus ornant uarietate grauiſſima, nūc continua, nunc intermiſſa tecta uillarum, quæ præſtant multarum urbium faciem, ſiue ipſo mari, ſiue ipſo litore utare. quod nonnunquam longa tranquillitas mollit, ſæpius frequens & contrarius fluctus indurat. Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat. ſoleas tamen, & ſquillas optimas egerit. Villa uero noſtra etiam mediterraneas copias præſtat, lac in primis, Nā illuc e paſcuis pecora conueniunt, ſiquando aquam, umbrāmue ſectantur. Iuſtis ne de cauſſis eum tibi uideor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum? quē tu nimis urbanus es, niſi concupiſcas. atq; utinam concupiſcas. ut tot, tantisq; dotibus uillulæ noſtræ maxima commendatio ex tuo contubernio accedat. Vale.

C. PL. MVRCIO SVO SAL.

Vid a te iucundius mihi potuit iniūgi, quā ut præceptorem fratris tui liberis quærere rem? Nam beneficio tuo in ſcholam redeo. Et illam dulciſſimam ætatem quaſi reſumo. Sedeo inter iuuenes, ut ſolebam. Atq; etiam experior quantū apud illos autoritatis ex ſtudiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter ſe coram multi ordinis noſtri clare loquebantur, intraui, conticuerunt. Quod non referrem, niſi ad illorum magis laudem, quā ad meā pertineret, ac niſi ſperare te uellē, poſſe fratris tui filios probe diſcere. Quod ſupereſt, cum omnes qui profitentur, audiero, quid de quoq; ſentiam, ſcri-

bam, efficiamq; , quantū tamen epiſtola conſequi potero, ut ipſe omneis audiſſe uidearis· debeo enim tibi, debeo memoriæ fratris tui hanc fidem, hoc ſtudium præſertim ſuper tanta re· Nā quid magis intereſt ueſtra, quam ut liberi, dicerem tui, niſi nuncillos magis amares, digni illo patre, te patruo reperiātur· quam curam mihi etiam ſi non mandaſſes, uidicaſſem· Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas ĩ eligendo præceptore· Sed oportet me non modo offenſas, uerū etiam ſimultates pro fratris tui filiis tam æquo animo ſubire, quam parentes pro ſuis· Vale·

C·PL·CEREALI SVO SAL·

hortaris, ut orationem amicis pluribus recitem· faciam, quia hortaris· quamuis uehementer addubitem· neq; enim me præterit, actiones, quæ recitētur, ĩpetum omnem, caloremq;, ac propè nomen ſuum perdere, ut quas ſoleant commendare ſimul, & accendere iudicum conſeſſus, celebritas aduocatorū, expectatio, euentus, fama non unius actoris, diductumq; in parteis audientiū ſtudiū· ad hoc dicentis geſtus, inceſſus, diſcurſus etiam, omnibusq; motibus animi conſentaneus uigor corporis· unde accidit, ut hi, qui ſedentes agunt, quamuis illis maxima ex parte ſuperſint, eadē illa, quæ ſtantibus, tamen hoc, quod ſedēt, quaſi debilitentur, et depriman tur· Recitātium uero, præcipua pronuntiationis adiumenta oculi, manus præpediūtur, quominus mirū eſt, ſi auditorū intētione lāgueſcat, nullis extrinſecus aut blādimētis capta, aut aculeis excitata. his accedit ꝙ oratio de qua loquor pugnax, & contentioſa eſt·

porro ita natura comparatum eſt, ut ea, quæ ſcripſimus cum labore, etiam cum labore audiri putemus. Et ſane quotuſquiſq; tam rectus auditor, quem nõ potius dulcia hæc, & ſonantia, quam auſtera, et preſſa delectent? Eſt quidem omnino turpis iſta diſcordia, et tamen quæ plerunq; euenit, ut aliud auditores, aliud iudices exigant, cum alioqui præcipue auditor adfici debeat, quibus idem ſi foret iudex, maxime permouetur. poteſt tamen fieri, ut q̃q̃ in his difficultatibus libro iſti nouitas lenocinetur, nouitas apud noſtros. apud græcos enim eſt quiddam, quamuis ex diuerſo, nõ tamen omnino diſſimile. Nam ut illis erat moris, leges, quas ut cõtrarias prioribus legibus arguebãt, aliarum collatione conuincere, ita nobis ineſſe repetundarũ legi quod poſtularemus, cum hac ipſa lege, tum aliis colligendum fuit. quod nequaquam blandũ auribus imperitorum, tanto maiorẽ apud doctos habere gratiam debet, quanto minorem apud indoctos habet. nos autem, ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſſimum quenq;. ſed plane adhuc an ſit recitandum, examina tecum, omneſq;, quos ego moui in utraq; parte calculos, pone. idque elige, in quo uicerit ratio. a te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium. Vale.

C. PL. CALVISIO SVO SAL.

Aſſem para, et accipe auream fabulã, fabulas immo nam me priorũ noua admonuit. Nec refert à qua potiſſimum incipiam. Verania Piſonis grauiter iacebat, huius dico Piſonis,

quem Galba adoptauit·ad hanc Regulus uenit·primū īpudentiam hominis, qui uenerit ad ægram, cuius marito inimiciſſimus, ipſi iniſiſſimus fuerat· Eſto ſi uenit tantū, at ille etiam proximus toro ſedit, quo die, qua hora nata eſſet, interrogauit· ubi audiuit, cōponit uultum, intendit oculos, mouet labra, agitat digitos, computat nihil· diu miſeram expectatione ſuſpendit· habes inquit climatericum tempus, ſed euades. quod ut tibi magis liqueat, aruſpicem conſulam, quem ſum frequenter expertus· Nec mora, ſacrificium facit, affirmat exta cum ſyderum ſignificatione congruere· Illa ut in periculo credula, poſcit codicillos, legatum Regulo ſcribit, mox ingraueſcit, clamat moriēs, o hominē nequam, perfidum, ac plus etiam, quam periurū, qui ſibi per ſalutem filii peieraſſet· Facit hoc Regulus, non minus ſcelerate, quam frequenter, quod iram deorū, quos ipſe quotidie fallit, ī caput infelicis pueri deteſtatur· Velleius Blæſus ille locuples, conſularis, nouiſſima ualetudine cōflictabatur, cupiebat mutare teſtamentum· Regulus qui ſperaret aliquid ex nouis tabulis, qa nuper captare eū cœperat, medicos hortari, rogare, quoquo modo ſpiritum homini prorogarent· poſt quam ſignatum eſt teſtamentum, mutat perſonam, uertit allocutionem, iiſdemq; medicis, quouſq; miſerū cruciatis? quid inuidetis bonā mortē, cui dare uitam nō poteſtis? moritur Blæſus, et tanquam omnia audiſſet, Regulo ne tantulum quidem· Sufficiunt duæ fabulæ, an ſcholaſtica lege tertiam poſcis? eſt unde fiat· Aurelia ornata fœmina ſignatura teſtamentum, ſumpſerat pulcherri-

mas tunicas. Regulus cum ueniſſet ad ſignandum, Ro
go inquit has mihi leges. Aurelia ludere hominẽ pu
tabat, ille ſerio iſtabat. nec multa, coegit mulierẽ ape
rire tabulas, ac ſibi tunicas, quas erat induta, legare.
obſeruauit ſcribentem, inſpexit an ſcripſiſſet. et Au
relia quidem uiuit, ille tamen iſtud tanquam moritu
rã coegit. et hic hæreditates, hic legata, quaſi merea
tur, accipit. ἀλλὰ διατείνομαι in ea ciuitate, ĩ qua iá
pridem nõ minora præmia, immo maiora, nequitia
& improbitas, quam pudor & uirtus, habent. Aſpi
ce Regulum, qui ex paupere & tenui, ad tantas opes
per flagitia proceſſit, ut ipſe mihi dixerit, cum con-
ſuleret, quam cito ſeſtertium ſexcenties imple-
turus eſſet, inueniſſe ſe exta duplicata, qui
bus portendi millies, & ducenties ha
biturũ. et habebit, ſi modo, ut cœ
pit aliena teſtamenta, quod ẽ
improbiſſimum genus fal.
ſi, ipſis, quorum ſunt il
la, dictauerit.
Vale.

FINIS.

C·PLINII SECVNDI EPISTOLARVM LIBER TERTIVS·

C·PLINIVS CALVISIO SVO SALVTEM·

NEſcio, an ullũ iucundius tempus exegerim, quam quo nuper apud Spurinnam fui, adeo quidem, ut nemnẽ magis i ſenectute, (ſi modo ſeneſcere datum eſt,) æmulari uelim· nihil eſt enim illo uitæ genere diſtinctius· me autem ut certus ſyderum curſus, ita uita hominum diſpoſita delectat, ſenum præſertim Nam iuuenes adhuc confuſa quædam, et quaſi turbata non indecent, ſenibus placida omnia et ordinata conueniũt, quibus induſtria ſera, turpis ambitio eſt· hanc regulam Spurinna conſtantiſſime ſeruat· quin etiam parua hæc, parua, ſi non quotidie fiant, ordine quodam, & uelut orbe circumagit· mane lectulo continetur, hora ſecunda calceos poſcit, ambulat millia paſſuũ tria· nec minus animum, quam corpus exercet· ſi adſunt amici honeſtiſſimi ſermones explicantur· Si non, liber legitur, interdum etiam præſentibus amicis, ſi tamen illi nõ grauantur deinde cõſidet, & liber rurſus, aut ſermo libro potior· mox uehiculum aſcẽdit, adſumit uxorẽ ſingularis exẽpli, uel aliquẽ amicorũ, ut me proxime· Quã pulchrũ illud, quam dulce ſecretũ, quãtũ ibi antiquitatis, quæ facta, quos uiros audias, quibus præceptis ibuare· Quamuis ille hoc tempe-

ramentum modeſtiæ ſuæ indixerit, ne præcipere uideatur. peractis ſeptem millibus paſſuum, iterũ ambulat mille, iterũ reſidet, uel ſe cubiculo, ac ſtylo reddit. ſcribit enim, & quidem utraq; lingua lyrica doctiſſima. mira illis dulcedo, mira ſuauitas, mira hilaritas, cuius gratiã cumulat ſanctitas ſcribentis. ubi hora balinei nuntiata eſt, eſt autem hyeme nona, æſtate octaua, in ſole, ſi caret uento, ambulat nudus. Deinde mouetur pila uehementer, & diu. nam hoc quoque exercitationis genere pugnat cum ſenectute. lotus accubat, & pauliſper cibum differt. interim audit legentem remiſſius aliquid, & dulcius, per hoc omne tempus liberum eſt amicis uel eadem agere, uel alia, ſi malint. apponitur cœna nõ minus nitida, quam frugi, in argento puro, & antiquo. ſunt in uſu & corinthia, quibus delectatur, & adficitur. Frequẽter comœdis cœna diſtinguitur, ut uoluptates quoq; ſtudiis condiantur. ſumit aliquid de nocte & æſtate. nemini hoc longum eſt, tanta comitate conuiuium trahitur. Inde illi poſt ſeptimum, & ſeptuageſimum annum aurium, oculorumq́; uigor integer, inde agile, & uiuidum corpus, ſoláq; ex ſenectute prudentia. Hanc ego uitam uoto, & cogitatione præſumo, ingreſſurus auidiſſime ut primum ratio ætatis receptui canere permiſerit. interi mille laboribus conteror, quorum mihi & ſolatium, & exemplum eſt idem Spurinna. nam ille quoq; quoad honeſtum fuit, obiit officia, geſſit magiſtratus, prouincias rexit, multoq; labore hoc ocium meruit. Igitur eundem mihi curſum, eundem terminum ſtatuo, idq; iã nunc apud te ſubſigno, ut

ſigno, ut ſi me longius euehi uideris, in ius uoces ad hanc epiſtolam meam, & quieſcere iubeas, cum inertiæ crimen effugero. Vale.

C. PL. MAXIMO SVO SAL.

Q Vod ipſe amicis tuis obtuliſſem, ſi mihi eadẽ materia ſuppeteret, id nũc iure uideor a te meis petiturus. Arrianus Maturus Altinatium eſt princeps. Cum dico prĩceps, nõ de facultatibus loquor, quæ illi large ſuperſunt, ſed de caſtitate, iuſtitia, grauitate, prudentia. Huius ego conſilio in negocijs, iudicio, in ſtudijs utor. Nam plurimũ fide, plurimũ ueritate, plurimum ĩtelligentia præſtat. Amat me, (nihil poſſum ardentius dicere) ut tu. caret ambitu, ideo ſe in equeſtri gradu tenuit, cum facile poſſet aſcendere altiſſimũ. Mihi tamen ornandus, excolendusq́; ẽ. itaq; magni æſtimo dignitati eius aliquid adſtruere inopinantis, neſcientis, immo etiã fortaſſe nolentis, adſtruere autem, quod ſit ſplendidum, nec moleſtum, cuius generis quæ prima occaſio tibi, conferas in eum rogo, habebis me, habebis ipſum gratiſſimum debitorem. Quãuis enim iſta non adpetat, tam grate tamen excipit, quãſi concupiſcat. Vale.

C. PL. CORELLIAE HISPVLLAE SALVTEM.

C Vm patrem tuum grauiſſimum, & ſanctiſſimum uirum ſuſpexerim magis, an amauerim, dubitem, teq́; in memoriã eius, & in honorem tuum unice diligam, cupiam, neceſſe eſt,

atq; etiam, quantum in me fuerit, enitar, ut filius tuus auo ſimilis exiſtat, equidem malo materno, q̃q̃ illi paternus etiam clarus, ſpectatusq; contigerit, pater quoq;, & patruus illuſtri laude conſpicui, quibus omnibus ita demum ſimilis adoleſcet, ſi imbutus honeſtis artibus fuerit, quas plurimum refert, a quo potiſſimum accipiat. adhuc illum pueritiæ ratio intra cõturbernium tuum tenuit. præceptores domi habuit, ubi eſt erroribus modica, uel etiam nulla materia, iam ſtudia eius extra limen proferenda ſunt. iam circũſpiciẽdus rhetor latinus, cuius ſcholæ ſeueritas, pudor in primis, caſtitas conſtet. Adeſt enim adoleſcenti noſtro cum cæteris naturæ, fortunæq; dotibus, eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico ætatis nõ præceptor modo, ſed cuſtos etiam, rectorq; quærẽdus eſt. Videor ergo demonſtrare tibi poſſe Iulium Genitorem, amatur a me, iudicio tamẽ meo non obſtat caritas hominis, quæ ex iudicio nata eſt. uir eſt emẽdatus, & grauis, paulo etiã horridior, & durior, ut in hac licentia temporum quantum eloquentia ualeat, pluribus credere potes, nam dicendi facultas aperta, & expoſita ſtatim cernitur. Vita hominũ altos receſſus, magnasq; latebras habet, cuius pro Genitore me ſponſorem accipe. nihil ex hoc uiro filius tuus audiet, niſi profuturum. nihil diſcet, quod neſciſſe rectius fuerit, nec minus ſæpe ab illo, quam a te, meq; admonebitur quibus imaginibus oneretur, quæ nomina, & quanta ſuſtineat. Proinde fauentibus Diis, trade eum præceptori, a quo mores primum, mox eloquẽtiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur. Vale.

C·PL· MACRINO SVO SAL·

Quamuis & amici, quos præſentes habebã & ſermones hominum factum meum comprobaſſe uideantur, magni tamen æſtimo ſcire, quid ſentias tu · nam cuius integra re conſilium exquirere optaſſem, huius etiam peracta iudicium noſſe mire concupiſco · Cum publicum opus mea pecunia inchoaturus, i Thuſcos excucurriſſem, accepto ut præfectus ærarii cõmeatu · Legati prouĩciæ Bæticæ quæſturi de proconſulatu Cæcilii Claſſici, aduocatum me a Senatu petierunt · Collegæ optimi, meiq; amantiſſimi de communis officii neceſſitatibus prælocuti, excuſare me, & eximere tentarunt · factum eſt ſenatuſconſultum perquam honorificum, ut darer prouincialibus patronus, ſi ab ipſo me impetraſſent · Legati rurſus inducti, iterum me iã præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meã, quam eſſent cõtra Maſſam Bæbium experti, adlegantes patrocinii fœdus · ſecuta eſt Senatus clariſſima adſenſio, q̃ ſolet decreta præcurrere · Tum ego, deſino, inq̃ · P · C · putare me iuſtas excuſationis cauſſas adtuliſſe · placuit & modeſtia ſermonis & ratio · Cõpulit autẽ me ad hoc conſilium nõ ſolum conſenſus ſenatus (quanquam hic maxime) uerum etiam alii quidẽ, minoris, ſed tamẽ numeri · Veniebat in mentem priores noſtros etiã ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus uoluntariis exſecutos, quo deformius arbitrabar publici hoſpicii iura neglegere · Præterea cum recordarer, quãta pro iiſdem Bæticis priore aduocatione, etiam peri-

cula ſubiſſem, conſeruandum ueteris officii meritum nouo uidebatur. Eſt enim ita comparatum, ut antiquiora beneficia ſubeuertas, niſi illa poſterioribus cumules. Nã quilibet ſæpe obligati, ſi quid unum neges, hoc ſolũ meminerũt, quod negatum eſt. ducebar etiã quod deceſſerat Claſſicus, amotumq; erat, quod in eiuſmodi cauſſis ſolet eſſe triſtiſſimum periculum Senatoris. Videbam ergo aduocationi meæ non minorẽ gratiam, quã ſi uiueret ille propoſitam, inuidiam nullam. In ſumma cõputabam, ſi munere hoc tertio fungerer, faciliorem mihi excuſationem fore, ſi quis incidiſſet, quem non deberem accuſare. Nam cum eſt omnium officiorũ finis aliquis, tum optime libertati uenia, obſequio præparatur. Audiſti cõſilii mei motus. ſupereſt alterutra ex parte iudiciũ tuum. In quo mihi æque iucunda erit ſimplicitas diſſentientis, quàm comprobantis autoritas. Vale.

C. PL. MACRO SVO SAL.

PErgratũ eſt mihi, quod tã diligenter libros auunculi mei lectitas, ut habere omnes uelis, quæraſq;, qui ſint oẽs. fungar indicis partibus, atq; etiam, quo ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam. Eſt enim hæc quoq; ſtudioſis non iniucunda cognitio. De iaculatione equeſtri unus, hunc cum præfectus Alæ militaret, pari ĩgenio, curáq; compoſuit. De uita Pomponii Secundi duo, à quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus exoluit. Bellorum Germaniæ uiginti, quibus omnia, quæ cũ Germanis geſſimus bella, collegit.

Inchoauit, cũ in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſime uictor ibi periit. commẽdabat memoriam ſuam, orabatq́; ut ſe ab iniuria obliuionis adſereret. Studioſi tres in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſi, quibus oratorem ab incunabulis inſtituit, & perficit. Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis annis, cum omne ſtudiorum genus paulo liberius, & erectius periculoſum ſeruitus feciſſet. A fine Aufidii Baſſi trigintaunus. Naturæ hiſtoriarum triginta ſeptem opus diffuſum, eruditum, nec minus uarium, q̃ ipſa natura. Miraris, quod tot uolumina, multaq́; in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit, magis miraberis, ſi ſcieris, illum aliquandiu cauſſas actitaſſe, deceſſiſſe anno ſexto et quinquageſimo. medium tempus diſtentũ, impeditumq́; qua officiis maximis, qua amicitia principum egiſſe. Sed erat acre ingenium, incredibile ſtudium, ſumma uigilantia. lucubrare uulcanalibus incipiebat nõ auſpicandi cauſſa, ſed ſtudendi, ſtatim á nocte multa, hyeme uero ab hora ſeptima, uel cũ tardiſſime, octaua, ſæpe ſexta, erat ſanè ſomni paratiſſimi, nonnũquam etiam inter ipſa ſtudia inſtantis, et deſerentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem, nam ille quoq́; noctibus utebatur, inde ad delegatum ſibi officium, reuerſus domum, quod reliquum temporis ſtudiis reddebat. poſt cibũ ſæpe, quẽ interdiu leuem & facilem ueterum more ſumebat. Aeſtate ſiquid otii, iacebat i ſole, liber legebatur, adnotabat, excerpebatq́; nihil enim legit, quod nõ ex-

cerperet. Dicere etiam ſolebat, nullum eſſe librum tam malum, ut non aliqua parte prodeſſet. Poſt ſolem plerunq; frigida lauabatur, deinde guſtabat, dormiebat'q; minimum. Mox quaſi alio die ſtudebat in cœnæ tempus. ſuper hāc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim Memini quendam ex amicis cum lector quædam perperam pronuntiaſſet, reuocaſſe, & repeti cœgiſſe, huic auunculum meum dixiſſe, intellexeras nempe? cum ille adnuiſſet, Cur ergo reuocabas? decem amplius uerſus hac tua interpellatione perdidimus tanta erat parſimonia temporis. Surgebat æſtate à cœna, luce, hyeme intra primam noctis, & tanquam aliqua lege cogente hæc inter medios labores, urbis'q; fremitum in ſeceſſu. ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor. Nam dum deſtringitur, tergitur'q;, audiebat aliquid, aut dictabat. In itinere quaſi ſolutus cæteris curis, huic uni uacabat. ad latus notarius cum libro, & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebātur, ut ne cœli quidem aſperitas ullum ſtudii tēpus eriperet, qua ex cā Romæ quoq; ſella uehebatur. Repeto me correptum ab eo cur ambularem poteras, īquit, has horas nō perdere nam perire omne tempus arbitrabatur quod ſtudiis non impertiretur. Hac intentione tot iſta uolumina peregit. & lectorum'q; cōmentarios centum ſexaginta mihi reliquit opiſtographos quidem, & minutiſſimis ſcriptos, qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipſe potuiſſe ſe, cum procuraret in Hiſpania, uēdere hos cōmētarios Lartio Lycinio quadringētis

millibus numum, & tunc aliquãto pauciores erant· Nónne uidetur tibi recordanti quãtum legerit, quantũ ſcripſerit, nec in officiis ullis, nec in amicitia principum fuiſſe? rurſus cum audis quid officiorũ ſtudiis laboris impenderit, nec ſcripſiſſe ſatis nec legiſſe? Quid eſt enim, quod non, aut ille occupationes impedire, aut hæc inſtantia non poſſit efficere? Itaq; ſoleo ridere cum me quidam ſtudioſum uocant, qui ſi comparer illi, ſum deſidioſiſſimus· Ego autem tantũ, quem partim publica, partim amicorum officia diſtringunt· Quis ex iſtis, q tota uita literis adſident, collatus illi, non quaſi ſomno & inertiæ deditus erubeſcat? Extendi epiſtolam, cum hoc ſolum, quod requirebas ſcribere deſtinaſſem, quos libros reliquiſſet· Confido tamen hæc quoq; tibi non minus grata, quã ipſos libros futura, quæ te non tantum ad legendos eos, uerum etiam ad ſimile aliquid elaborãdum poſſunt æmulationis ſtimulis excitare· Vale·

C·PL·SEVERO SVO SAL·

Ex hæreditate, quæ mihi obuenit, emi proxime Corinthium ſignum, modicum quidem, ſed feſtiuum, & expreſſum, quantum ego, ſapio, qui fortaſſe in omni re, in hac certe perquã exiguum ſapio· Hoc tamen ſignum ego quoq; intellego· Eſt enim nudum, nec aut uitia, ſi qua ſunt, celat, aut laudes parum oſtentat· Effingit ſenem ſtantem· oſſa, muſculi, nerui, uenæ, rugæ, etiã ut ſpirantis apparent· rari, & cedentes capilli, lata frons, contracta facies, exile collum, pẽdent lacerti, papillæ iacent, re

ceſſit uenter· A tergo quoq; eadem ætas,ut à tergo æs ipſum quantũ uerus color indicat,uetus,et antiquũ· talia denique omnia,ut poſſint artificum oculos tenere,delectare imperitorũ,quod me,quanquã tyrunculum,ſollicitauit ad emendũ·Emi autem,non,ut haberem domi,neq; enim ullum adhuc Corinthiũ domi habeo,uerũ,ut in Patria noſtra celebri loco ponerẽ, ac potiſſimum in Iouis templo· Videtur enim dignũ templo,dignum deo donũ· Tu ergo,ut ſoles, omnia, quæ à me tibi iniũguntur,ſuſcipe hanc curã· Et iam nũc iube baſim fieri,ex quo uoles marmore,quæ nomen meũ,honoresq́; capiat,ſi hos quoq; putabis addẽdos· Ego ſignum ipſum,ut primum inuenero aliquẽ qui non grauetur,mittam tibi,uel ipſe, quod mauis adferam mecum·deſtino enim,ſi tamen officii ratio permiſerit,excurrere iſtò·Gaudes quod me uenturũ eſſe polliceor,ſed contrahes frontem,cum adiecero,ad paucos dies,neq; enim diutius abeſſe me eadẽ hæc, quæ nondum exire,patiuntur·Vale·

C·PL·CANNIO SVO SALVTEM·

m Odo nuntiatus eſt Sylius Italicus in Neapolitano ſuo inedia uitam finiſſe·Cauſſa mortis,ualetudo·erat illi natus inſanabilis clauus,cuius tædio ad mortem irreuocabili cõſtantia decucurrit,uſq; ad ſupremum diem beatus, & felix, niſi quod minorem è liberis duobus amiſit,ſed maiorem,meliorem,florentemq́;,etiam Conſularem reliquit·læſerat famam ſuã ſub Nerone·credebatur ſpõte accuſaſſe· Sed in Vitelii amicitia ſapiẽter ſe, & co

miter geſſerat·Ex proconſulatu Aſiæ gloriam reportauerat·maculam ueteris induſtriæ laudabili otio abluerat Fuit inter principes ciuitatis ſine potentia, ſine inuidia· Salutabatur, colebatur, multumq́; in lectulo iacens, cubiculo ſemper non ex fortuna frequẽti·Doctiſſimis ſermonibus dies trãſigebat·cũ adſcribẽdo uacaret, ſcribebat carmina maiore cura, quã in ingenio· nonnunquam iudicia hominum recitationibus experiebatur·Nouiſſime ita ſuadẽtibus annis ab urbe ſeceſſit, ſeq́; in Campania tenuit, ac ne aduẽtu quidem noui principis, inde cõmotus eſt·Magna Cæſaris laus, ſub quo hoc liberum fuit, magna illius, q̃ hac libertate auſus ẽ uti erat φιλόκαλος uſq; ad emacitatis reprehẽſionem·plureis iiſdẽ in locis uillas poſſidebat, adamatisq́; nouis, priores neglegebat, multũ ubiq; librorũ, multũ ſtatuarũ, multum imaginũ, quas non habebat modo, uerumetiã uenerabatur. Vergilii ante omneis·cuius natalem religioſius, quam ſuũ celebrabat·Neapoli maxime, ubi monimentum eius adire, ut tẽplum, ſolebat·In hac tranquillitate annũ quintum et ſeptuageſimũ exceſſit, delicato magis corpore, q̃ infirmo·Vtq; nouiſſimus à Nerone factus eſt conſul, ita poſtremus ex omnibus, quos Nero conſules fecerat, deceſſit·Illud etiã notabile, ultimus ex Neronianis cõſularibus obiit, quo conſule Nero periit· Quod me recordantẽ, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit·Quid enĩ tam circunciſum, tam breue, q̃ hominis uita longiſſima? An non uidetur tibi Nero modo fuiſſe, cũ interim ex iis, qui ſub illo geſſerant cõſulatum, nemo iam ſupereſt, quã quã q̃d hoc miror? nu-

per Lucius Piſo, pater Piſonis illius, qui à Valerio Feſto: per ſummũ facinus in Africa occiſus eſt, dicere ſolebat neminẽ ſe uidere in ſenatu, quẽ conſul ipſe ſententiá rogauiſſet. Tá anguſtis terminis tantæ multitudinis uiuacitas ipſa concluditur, ut mihi non uenia ſolum digna, uerum etiam laude uideantur illæ regiæ lacrymæ. Nam ferunt Xerxem, cum imenſum exercitum oculis obiſſet, illacrymaſſe, quod tot millibus tã breuis immineret occaſus. ſed tanto magis hoc quicquid eſt temporis futilis et caduci ſi non datur factis. Nam horũ materia in aliena manu, certe ſtudiis proferamus. et quatenus nobis denegatur diu uiuere, reliquamus aliquid, quo nos uixiſſe teſtemur. Scio te ſtimulis non egere, me tamen tui caritas euocat, ut currẽtem quoq; inſtigem, ſicut tu ſoles me ἀγαθὴ [illegible] cum inuicem ſe mutuis exhortationibus amici ad amorem imortalitatis exacuunt. Vale.

C. PL. TRANQVILLO SVO SAL.

facis pro cætera reuerẽtia, quam mihi præſtas, quod tam ſolicite petis, ut tribunatum, quem à Neratio Marcello clariſſimo uiro impetraui tibi, in Cæſennium Syluanũ propinquũ tuum transferam. Mihi autem, ſicut iucundiſſimum, ipſum te tribunum, ita non minus gratum, aliũ per te uidere. neq; enim eſſe congruens arbitror, quẽ augere honoribus cupias, huic pietatis titulis inuidere, qui ſunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cũ ſit egregiũ et mereri beneficia, et dare. utrãq; te laudem ſimul aſſecuturum, ſi quod ipſe meruiſti,

alii tribuas· Prætereа intellego mihi quoq; gloriæ fore, ſi ex hoc tuo facto nõ fuerit ignotũ amicos meos nõ gerere tm̃ tribunatus poſſe, uerũetiã dare· quare ego uero honeſtiſſimæ uolũtati tuæ pareo· Neq; enim adhuc nomen in numeros relatũ eſt· Ideoq; liberum eſt nobis Syluanũ in locum tuũ ſubdere, cui cupio tam gratũ eſſe munus tuum, quam tibi meum eſt· Vale·

C·PL· MINITIANO SVO SAL.

Poſſum iam perſcribere tibi quantum in publica, prouinciæ Bæticæ cauſſa laboris exhauſerim, nã fuit multiplex, actaq; eſt ſæpius cum magna uarietate· Vnde uarietas? unde plures actiões? Cæcilius Claſſicus homo fœdus, & aperte malus proconſulatum in ea non minus uiolenter, quam ſordide geſſerat eodẽ anno, quo in Africa Marius Priſcus· Erat autẽ Priſcus ex Bætica, ex Africa Claſſicus, inde dictũ Bæticorũ, ut plerũq; dolor etiã uenuſtos facit, non illepidum ferebatur· Dedi malum & accepi, ſed Mariũ una ciuitas publice, multiq; priuati reum peregerunt, in Claſſicum tota prouincia icubuit· ille accuſationem uel fortuita, uel uoluntaria morte præuertit· Nam fuit mors eius infamis, ambigua tamen· Vt enim credibile uidebatur uoluiſſe exire de uita cum defendi non poſſet, ita mirum, pudorem damnationis morte fugiſſe, quem non puduiſſet damnanda committere· Nihilominus Bætica etiã in defuncti accuſatione perſtabat prouiſum hoc legibus, intermiſſum tamen, & poſt longam intercapedinem tũc reductum addiderunt Bætici, quot ſimul

ſocios, miniſtroſq́; Claſſia detulerunt, nominatimq́; in eos inquiſitionem poſtulauerunt· aderam Bæticis, mecumq́; Lucius Albinus, uir in dicendo copioſus, ornatus, quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officii ſocietate, amare ardentius cœpi · Habet quidē gloria in ſtudiis, præſertim quiddam ἀκοινώνητον, nobis tamen nullum certamen, nulla cōtentio, cum uterq; pari iugo, nō pro ſe, ſed pro cauſſa niteretur· Cuius et magnitudo, & utilitas uiſa eſt poſtulare, ne tantū oneris ſingulis actionibus ſubiremus· Verebamur, ne nos dies, ne uox, ne latera deficerent, ſi tot crimina, tot reos uno uelut faſce complecteremur· Deinde ne iudicū intentio multis nominibus, multisq́; cauſſis non laſſaretur modo, uerumetiam confunderetur· Mox ne gratia ſingulorum collata, atq; permiſta, pro ſingulis quoq; uires omnium acciperet· poſtremo ne potentiſſimi, uiliſſimo quoq; quaſi piaculari dato, alienis pœnis elaberentur· Etenim tum maxime fauor, & ambitio dominatur, cum ſub aliqua ſpecie ſeueritatis delitescere poteſt· Erat in conſilio ſertorianum illud exēplum, qui robuſtiſſimum, & infirmiſſimum militē iuſſit caudam equi, reliqua noſti · Nam nos quoq; tam numeroſum agmen reorum ita demum uidebamus poſſe ſuperari, ſi per ſingulos carperetur· placuit in primis ipſum Claſſicum oſtendere nocētem, hic aptiſſimus ad ſocios eius, & miniſtros tranſitus erat, quia ſocii, miniſtriq́; probari, niſi illo nocente, nō poterāt· Ex quibus duos ſtatim Claſſico iunximus, Bæbium Probum, & Fabium Hiſpanum, utrunq; gratia, Hiſpanum etiam facundia ualidū· Et circa Claſ-

ſicum quidem breuis, & expeditus labor, ſua manu reliquerat ſcriptum, quid ex quaq; re, quid ex quaq; cauſſa accepiſſet. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam iactanteis, & glorioſas, his quidem uerbis · io io, liber ad te uenio, iam ſeſtertiū quadragies redegi, parte uendita Bæticorum. Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris. Horum ante, quam crimina ingrederer, neceſſarium credidi elaborare, ut conſtaret miniſterium crimen eſſe, quod niſi effeciſſem, fruſtra miniſtros probaſſem. Neq; eni ita defendebantur, ut negarēt, ſed ut neceſſitati ueniam precarentur. Eſſe enim ſe prouincialeis, & ad omne proconſulum imperium metu cogi. Solet dicere Claudius Reſtitutus, qui mihi reſpondit, uir exercitatus, et uigilans, & quanlibet ſubitis paratus, nunq̄ ſibi tantum caliginis, tantum perturbationis effuſum, quam cum ea prærepta, & extorta defenſioni ſuæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat. Cōſilii noſtrī exitus fuit, bona Claſſici, quæ habuiſſet ante prouinciam, placuit Senatui, à reliquis ſeperari? Illa filiæ, hæc ſpoliatis reliqui. Additum eſt, ut pecuniæ, quas creditoribus ſoluerat, reuocarētur. Hiſpanus, & Probus in quinquēnium relegati. Adeo graue uiſum eſt, quod initio dubitabatur, an omnino crimē eſſet. Poſt paucos dies Clauium Fuſcum Claſſici generum, & Stillonium Priſcum, qui tribunus cohortis ſub Claſſico fuerat, accuſauimus, diſpari euentu, Priſco in biennium Italia interdictum, abſolutus eſt Fuſcus. Actione tertia commodiſſimum putauimus pluresis congregare, ne ſi longius eſſet extracta cognitio, ſatietate, et

tædio quodam iuſtitia cognoſcentiū,ſeueritasq; languesceret,alioqui ſupererant minores rei,data opera hunc in locum reſeruati,excepta tamen Claſſici uxore,quæ ſicut implicita ſuſpicionibus,ita non ſatis côuinci probationibus uiſa ē·nam Claſſici filia, quæ et ipſa inter reos erat,ne ſuſpicionibus quidē hærebat itaq; cum ad nomen eius in extrema actione ueniſſem neq; enim ut initio,ſic etiam in fine· Verēdum erat, ne per hoc totius accuſationis autoritas minueretur, honeſtiſſimum credidi non premere immerētem,idq; ipſum dixi & libere et uarie Nam modo legatos interrogabam,docuiſſent ne me aliquid , quod reprobari poſſe conſidererat,modo conſilium à ſenatu petebam,putarēt ne debere me,ſi quam haberem in dicendo facultatem,in iugulum innocentis,quaſi telum aliquod intendere·poſtremo totum locum hoc fine concluſi·Dicet aliquis iudicas ergo?Ego uero non iudico·Memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum,hic numeroſiſſimæ cauſæ terminus fuit quibuſdam abſolutis,pluribus damnatis,atq; etiam relegatis, aliis in tempus,aliis in perpetuum · Eodem ſenatuſconſulto induſtria,fides,conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt,dignum,ſolumq; par pretiū tanti laboris·Concipere animo potes,q̄ ſimus fatigati,qui bus toties agendum,toties altercandum,tam multi teſtes īterrogandi,ſubleuandi,refutandi·Iam illa quā ardua,quam moleſta,tot reorum amicis ſecreto rogātibus negare,aduerſantibus palàm obſiſtere? Referam unum aliquid ex iis,quæ dixi·Cum mihi quidam è iudicibus ipſis pro reo gratioſiſſimo reclama-

rent, non minus inq̃ hic innocens erit, ſi ego omnia dixero· Coniectabis ex hoc quantas contentiones, quantas etiam offenſas ſubierimus, duntaxat ad breue tẽpus· Nam fides in præſentia eos, quibus reſiſtit, offendit, deinde ab illis ipſis ſuſpicitur, laudaturq́;· Nõ potui magis te in rem præſentem perducere, dices nõ fuit tanti, quid enim mihi cũ tam longa epiſtola? Nolito ergo identidẽ quærere, quid Romæ geratur, et tamen memẽto eſſe non epiſtolam longam, quæ tot dies, tot cognitiones, tot deniq; reos, cauſſasq́; complexa ſit· Quæ omnia uideor mihi non minus breuiter quam diligenter perſecutus· Temere dixi diligenter, ſuccurrit, quod prætertieram, & quidem ſero, ſed quanq̃ præpoſtere, reddetur· facit hoc Homerus, multiq; illius exemplo· Eſt alioqui perdecorum, à me tamen nõ ideo fiet· E teſtibus quidã ſiue iratus, ꝙ euocatus eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo reorum, ut accuſationem exarmaret, Norbanum Licinianum legatum & inquiſitorem, reum poſtulauit, tanquam in cauſſa Caſtæ (uxor hæc Claſſici) præuaricaretur· Eſt lege cautum, ut reus ante peragatur, tunc de præuaricatore quæratur, uidelicet quia optime ex accuſatione ipſa accuſatoris fides æſtimatur· Norbano tamen nõ ordo legis, non legati nomen, non inquiſitionis officiũ præſidio fuit, tanta conflagrauit inuidia, homo alioqui flagitioſus, & Domitiani temporibus uſus, ut multi, electusq́; tunc à prouincia ad inquirendũ nõ tanquam bonus, & fidelis, ſed tanquam Claſſici inimicus· Erat ab illo relegatus, dari ſibi diem ad diluẽda crimina poſtulauit· Neutrum impetrauit, coa-

ctus eſt ſtatim reſpondere, reſpondit (malum, prauumq; ingenium hominis facit,) Vt dubitem conſidenter, an conſtanter, certe paratiſſime. Obiecta ſunt multa, quae magis, quàm praeuaricatio nocuerunt. Quinetiam duo conſulares Pomponius Rufus et Libo Frugi laeſerunt eum teſtimonio, tanquam apud iudicē ſub Domitiano Saluii Liberalis accuſatoribus adfuiſſet, damnatus, & in iſulam relegatus eſt. Itaq; cum Caſtam accuſarem, nihil magis preſſi, quàm q accuſator eius, praeuaricatiõis crimine corruiſſet. preſſi tamen fruſtra. Accidit enim res contraria, & noua ut accuſatore praeuaricationis damnato, rea abſolueretur. quaeris quid nos dum haec aguntur, indicauimus ſenatui ex Norbano didiciſſe nos publicam cauſſam, rurſúſq; debere ex integro diſcere, ſi ille praeuaricator probaretur. Atq; ita dum ille peragitur reus, ſedimus. Poſtea Norbanus omnibus diebus cognitionis interfuit, eandemq; uſq; ad extremum uel cōſtantiam, uel audaciam pertulit. Interrogo ipſe me, an aliquid omiſerim, rurſus et rurſus penè omiſi, Summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter increpuit, tanquā non omneis, quos mandaſſet prouincia reos, peregiſſent. Atq; ut eſt uehemens, & diſertus, in diſcrimen adduxit. protexi uiros optimos, eoſdemq; grauiſſimos, mihi certe debere ſe praedicant, quod illū turbinem euaſerint. hic erit epiſtolae finis, re uera finis, literam nō addam, etiam ſi adhuc aliquid praeteriſſe me ſenſero. Vale.

C. PL.

C·PL· SPVRINNAE SVO ET COTTIAE·S·

Compoſuiſſe me quædam de filio ueſtro non dixi uobis, cũ proxime apud uos fui. Primũ quia nõ ideo ſcripſerã, ut dicerẽ, ſed ut meo amori, meo dolori ſatiſfacerẽ, Deinde quia te Spurinna, cũ audiſſes recitaſſe me, ut mihi ipſe dixiſti, qd recitaſſem, ſimul audiſſe credebã, præterea ueritus ſum, ne uos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam grauiſſimi luctus reduxiſſem. Nunc quoq; pauliſper hæſitaui id ſolum, quod recitaui, mitterem exigentibus uobis, an adiicerem, quæ in aliud uolumen cogito reſeruare. Neq; enim affectibus meis uno libello cariſſimam mihi & ſanctiſſimam memoriam proſequi ſatis eſt, cuius famæ latius conſuletur, ſi diſpenſata et digeſta fuerit. Verum hæſitanti mihi, omnia, quæ iã compoſui, uobis exhiberem, an adhuc aliqua differrem, ſimplicius, & amicius uiſum eſt, omnia, præcipue cum affirmetis intra uos futura, donec placeat, emittere. Quod ſupereſt, rogo, ut pari ſimplicitate, ſi qua exiſtimabitis addenda, commutanda, omittenda indicetis. Mihi difficile eſt hucuſq; intendere animũ in dolore, difficile, ſed tamẽ, ut ſculptorem, ut pictorem, qui filii ueſtri imaginem faceret, admoneretis, qd exprimere, quid emẽdare deberet, ita me quoq; formate, regite, qui non fragilem, et caducam, ſed immortalem, ut uos putatis, effigiem conor efficere, quæ hoc diuturnior erit, quo uerior, melior, abſolutior fuerit. Vale.

C. PL. IVLIO GENITORI SVO S.

e St omnino Artemidori noſtri tam benigna natura, ut officia amicorum in maius extol lat, inde etiam meum meritum, ut uera; ita ſupra meritum prædicatione circunfert. Equidem cum eſſent philoſophi ab urbe ſummoti, fui apud il= lum in ſuburbano, & quo notabilius, hoc eſt, pericu loſius eſſet, fui prætor. pecuniam etiam, qua tunc illi ampliore opus erat, ut æs alienum exſolueret contra ctũ ex pulcherrimis cauſſis muſſantibus magnis qui- buſdam, & locupletibus amicis, mutuatus ipſe, gra- tuitam dedi. Atq; hæc feci cũ ſeptem amicis meis aut occiſis, aut relegatis, occiſis Senecione, Ruſtico, Helui= dio, relegatis Mauricо, Gratilla, Arria, Fannia. Tot circa me iactis fulminibus, q̃ſi ambuſtus, mihi quoq; impendêre idem exitium certis quibuſdam notis au= gurarer. Nõ ideo tamen eximiam gloriam meruiſſe me, ut ille prædicat, credo, ſed tantum effugiſſe flagi- tium. Nam et C. Muſonium ſocerum eius, quantum licitum eſt per ætatem, cum admiratione dilexi, & Artemidorum ipſum, iam tum cum in Syria tribu- nus militarem, arcta familiaritate complexus ſum, idq; primum nonnullius indolis dedi ſpecimen, quod uirum aut ſapientem, aut proximum, ſimillimumq; ſapienti intellegere ſum uiſus. Nam ex omnibus, qui nunc ſe philoſophos uocant, uix unum, aut alterum inuenies tanta ſinceritate, tanta ueritate. Mitto qua pa tientia corporis, hyemes iuxta, et æſtates ferat, ut nul lis laboribus cedat, ut nihil in cibo, in potu uolupta-

tibus tribuat, ut oculos, animumq; cõtineat. Sunt hæc magna, ſed in alio, in hoc uero minima, ſi cæteris uirtutibus comparentur. quibus meruit, ut à C. Muſonio ex omnibus omnium ordinum aſſectatoribus gener adſumeretur. Quæ mihi recordanti eſt quidem iucundum, quod me cum apud alios, tum apud te tantis laudibus cumulat. uereor tamen, ne modum excedat, quem benignitas eius (illuc enim, unde cœpi reuertor) non ſolet tenere. Nam in hoc uno iterdum uir alioqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamẽ errore uerſatur, quòd plures amicos ſuos, quàm ſunt, arbitratur. Vale.

C. PL. CATILIO SVO SAL.

u Eniam ad cœnam, ſed iam nunc paciſcor ſit expedita, ſit parca Socraticis tantum ſermonibus abundet, in his quoq; teneat modum. Erunt officia antelucana, in quæ icidere impune, ne Catoni quidem licuit. Quem tamen C. Cæſar ita reprehendit, ut laudet. Deſcribit enim eos, quibus obuius fuerit, cum caput ebrii retexiſſent, erubuiſſe, deinde adiicit, putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos. Potuit ne plus autoritatis tribui Catoni, quã ſi ebrius quoq; tã uenerabilis erat? Noſtræ tamen cœnæ, ut apparatus & impendii, ſic temporis modus conſtet. neq; enim ii ſumus, quos uituperare ne inimici quidem poſſint, niſi ut ſimul laudent. Vale.

C·PLI·ROMANO SVO SAL·

l Ibrum, quo nuper optimo principi Cõſul gratias egi, miſi exigenti tibi, miſſurus, et ſi nõ exegiſſes. In hoc conſyderes ueli, ut pulchritudinem materiæ, ita difficultatem. in cæteris eni lectorẽ nouitas ipſa intentum habet, in hac nota, uulgata dicta ſunt omnia. quo fit, ut quaſi otioſus, ſecurus'q; lector tãtum elocutioni uacet. in qua ſatiſfacere difficilius eſt, cum ſola æſtimatur. Atq; utinam ordo ſaltem, & tranſitus, et figuræ ſimul ſpectarentur. Nam inuenire præclare, enuntiare magnifice interdum etiam barbari ſolent, diſponere apte, figurare uarie, niſi eruditis, negatum eſt. Nec uero affectanda ſunt ſemper elata, & excelſa. Nam ut in pictura lumen nõ alia res magis, quàm umbra commendat, ita orationẽ tam ſummittere, quã adtollere decet. Sed qd ego hæc doctiſſimo uiro? Quin potius illud adnota, quæ putaueris corrigenda. Ita enim magis credam cætera tibi placere, ſi quædam diſplicuiſſe cognouero. Vale.

C·PL·ACILIO SVO SAL·

r Em atrocem, nec tantum epiſtola dignam Largius Macedo uir prætorius à ſeruis ſuis paſſus eſt, ſuperbus alioqui dominus, et ſæuus, & qui ſeruiſſe patrem ſuum parum, immo minimum meminiſſet. Lauabatur in uilla Formiana. repente eum ſerui circunſiſtunt, alius fauces inuadit, alius os uerberat, alius pectus, et uentrem, atq; etiam

fœdum dictu uerenda contundit, & cum exanimē putarent, abiiciunt in feruens pauimentum, ut experirentur, an uiueret ille, ſiue quia non ſentiebat, ſiue quia non ſentire ſimulabat, immobilis, et extentus fidem peractæ mortis impleuit, tum demum quaſi æſtu ſolutus effertur, excipiunt ſerui fideliores · concubinæ cum ululatu & clamore concurrunt Ita et uocibus excitatus, et recreatus loci frigore ſublatis oculis, agitatoq́; corpore, uiuere ſe (& iam tutum erat) confitetur · Diffugiunt ſerui, quorum magna pars comprehenſa eſt, cæteri requiruntur, ipſe paucis diebus ægre refocillatus, nõ ſine ultionis ſolatio deceſſit, ita uiuus uindicatus, ut occiſi ſolent · Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxii, nec eſt ꝙ quiſquam poſſit eſſe ſecurus, quia ſit remiſſus, & mitis · Non enim iudicio domini, ſed ſcelere perimuntur, uerum hæc hactenus · Quid præterea noui · Quidē nihil, alioqui ſubiungerem · Nam et charta adhuc ſuperest, & dies feriatus patitur, plura contexi Addã, quod opportune de eodem Macedone ſuccurrit · Cũ in publico Romæ lauaretur, notabilis, atq; etiam, ut exitus docuit, ominoſa res accidit · Eques Romanus à ſeruo eius, ut tranſitum daret, manu leuiter admonitus, conuertit ſe, nec ſeruum, a quo erat tactus, ſed ipſum Macedonē tam grauiter palma percuſſit, ut penè concideret · Ita balneũ illi, quaſi per gradus quoſdam primũ cõtumeliæ locus, deĩde exitii fuit · Vale ·

C · PL · PROCVLO SVO SAL ·

P Etis ut libellos tuos in ſeceſſu legam, examinem, an editione ſint digni · adhibes pre-

ces, adlegas exemplum. Rogas enim, ut aliquid ſubſiciui temporis ſtudiis meis ſubtrahã, impertiã tuis. Adiicis M. Tullium mira benignitate poetarum ingenia fouiſſe. Sed ego nec rogãdus ſum, nec hortandus. nam et poeticen ipſam religioſiſſime ueneror, & te ualdiſſime diligo. Faciam ergo, quod deſyderas tam diligenter, quam libenter. Videor autem iam nunc poſſe reſcribere eſſe opus pulchrum, nec ſupprimendum, quantum æſtimare licuit ex iis, quæ me præſente recitaſti ſi modo mihi nõ impoſuit recitatio tua. legis enim ſuauiſſime, et peritiſſime. Confido tamen, me non ſic auribus duci, ut omnes aculei iudicii mei illarum delinimentis refringantur, hebetẽtur fortaſſe, et paululum retundantur, reuelli quidem, extorqueri'q; non poſſunt. igitur non temere iam nunc de uniuerſitate pronuntio, de partibus experiar legendo. Vale.

C. PL. NEPOTI SVO SAL.

Dnotaſſe uideor facta, dicta'q; uirorum, fœminarum'q;, alia clariora eẽ, alia maiora, confirmata eſt opinio mea heſterno Fanniæ ſermone. neptis hæc Arriæ illius, quæ marito et ſolatium mortis, et exẽplum fuit. Multa referebat auiæ ſuæ, non minora hoc, ſed obſcuriora, quæ tibi exiſtimo tam mirabilia legenti fore, quàm mihi audienti fuerunt. Aegrotabat Cæcinna Pætus maritus eius, ægrotabat et filius uterq; mortifere, ut uidebatur, filius deceſſit exima pulchritudine, pari uerecundia, & parentibus non minus ob alia carus, quam quod

filius erat·huic illa ita funus parauit,ita duxit exe quias,ut ignoraret maritus · quinimmo et quoties cubiculum eius ītraret,uiuere filium, atq; etiam cō modiorem eſſe ſimulabat· Ac perſæpe interroganti, quid ageret puer,reſpondebat,bene quieuit,libenter cibū ſumpſit· Deinde cū diu cohibitæ lacrymæ uincerent,prorumperentq́;,egrediebatur,tunc ſe dolori dabat·ſatiata ſiccis oculis,cōpoſito uultu redibat tanquam orbitatem foris reliquiſſet· Præclarum quidē illud eiuſdē,ferrum ſtringere,, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito,addere uocē immortalem,ac penè diuinam·Pæte non dolet· Sed tamen iſta facienti,dicenti gloria, & æternitas ante oculos erant,quo maius eſt ſine præmio æternitatis, ſine præmio gloriæ abdere lacrymas,operire luctū, amiſſoq́; filio matrem adhuc agere·Scribonianus arma Illyrico contra Claudium mouerat,fuerat Pætus in partibus, occiſo Scriboniano, Romam trahebatur· Erat aſcenſurus nauē· Arria milites orabat, ut ſimul imponeretur· Nempe enim,inquit, daturi eſtis conſulari uiro ſeruulos aliquos,quorum è manu cibum capiat,a quibus ueſtiatur,a quibus calcietur·omnia ſola præſtabo,non impetrauit· Conduxit piſcatoriam nauiculam, ingensq́; nauigium minimo ſecuta eſt· Eadem apud Claudium, uxori Scriboniani,cum illa profiteretur indicium,ego inquit te audiam, cuius in gremio Scribonianus occiſus eſt,et uiuis?Ex quo manifeſtum eſt,ei conſilium pulcherrimæ mortis non ſubitum fuiſſe· Quin etiā cum Thraſea gener eius deprecaretur,ne mori pergeret,iterq́;

alia dixiſſet, tu uis ergo filiam tuam, ſi mihi pereundum fuerit, mori mecum? reſpõdit, ſi tandiu, tantaq; concordia uixerit tecum, quam ego cum Pæto, uolo· auxerat hoc reſponſo curam ſuorum· Attentius cuſtodiebatur, ſenſit, & nihil agitis, inquit· poteſtis enim efficere, ut male moriar, ne moriar, nõ poteſtis· Dum hæc dicit, exiluit cathedrã, aduerſoq; parieti, caput ingenti impetu impegit, et corruit, focillata dixeram, inquit, uobis, inuenturam me quanlibet duram ad mortem uiam, ſi uos facilem negaſſetis· Videtur ne hæc tibi maiora illo? Pæte nõ dolet, ad quod per hæc peruentum eſt· Cum interim illud quidem ingens fama, hæc nulla circumfert. Vnde colligitur, quod initio dixi, alia eẽ clariora, alia maiora· Vale

C·PL·SERVIANO SVO SAL·

Recte ne omnia, quod iam pridem epiſtolæ tuæ ceſſant, an nõ oĩa, recte, ſed occupatus es tu? An tu non occupatus, ſed occaſio ſcribẽdi uel rara uel nulla? Exime hũc mihi ſcrupulum, cui par eſſe non poſſum· Exime autem uel data opera Tabellario miſſo, ego uiaticum, ego etiam præmiũ dabo, nũtiet modo, quod opto· Ipſe ualeo, ſi ualere eſt ſuſpenſum, et anxium uiuere, expectantem in horas, timentemq; pro capite amiciſſimo, quicquid accidere homini poteſt· Vale.

C· PL· SERVO SVO SAL·

Officium conſulatus iniunxit mihi, ut Reip· nomine principi gratias agerem, quod ego

in ſenatu cum ad rationem et loci et tẽporis ex more feciſſem, bono ciui conueniẽtiſſimum credidi, eadẽ illa ſpatioſius, et uberius uolumine amplecti, primũ, ut imperatori noſtro uirtutes ſuæ ueris laudibus cõmendarentur, deinde ut futuri principes, non quaſi a magiſtro, ſed tamẽ ſub exemplo præmonerẽtur, qua potiſſimum uia poſſent ad eandem gloriam niti. Nã præcipere, qualis eſſe debeat princeps, pulchrum q̃dem, ſed oneroſum, ac prope ſuperbum eſt, laudare uero optimum principem, ac per hoc poſteris, uelut e ſpecula lumen, quod ſequantur, oſtendere, idem utilitatis habet, adrogantiæ nihil. Cepi autem non mediocrem uoluptatem, quod hunc librum cum amicis recitare uoluiſſem, non per codicillos, non per libellos, ſed ſi commodum, et ſi ualde uacaret, admoniti (nunquam porro, aut ualde uacat Romæ, aut commodum eſt audire recitantem, fœdiſſimis inſuper tempeſtatibus) per biduum conuenerunt. Cumq; modeſtia mea finem recitationi facere uoluiſſet, ut adiicerem, tertium diem exegerunt. Mihi hunc honorem habitum putem, an ſtudiis? ſtudiis malo, quæ prope extincta refouentur. At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterunt? Nempe quam in ſenatu quoq;, ubi perpeti neceſſe erat, grauari tamen uel puncto temporis ſolebamus, eadem nunc et qui recitare, et qui audire triduo uelint, inueniuntur, non quia eloquentius quã prius, ſed quia Liberius, ideoq; libentius ſcribitur. Accedet ergo hoc quoq; laudibus pricipis noſtri, quod res antea tam inuiſa, quàm falſa, nunc ut uera, ita amabilis facta eſt. Sed ego cum ſtudium audientium,

ũ iudiciũ mire probaui. Animaduerti enim ſeueriſſima quæque uel maxime ſatiſfacere. Memini quidẽ me non multis recitaſſe, quod omnibus ſcripſi, nihilominus tamen tanquam ſit eadem omnium futura ſententia, hac ſeueritate auriũ lætor. Ac ſicut olim theatra male muſicos canere docuerunt, ita nunc in ſpem adducor poſſe fieri, ut eadem theatra bene canere muſicos doceant. Omnes enim qui placendi cã ſcribunt, qualia placere uiderint, ſcribent. Ac mihi quidem cõfido in hoc genere materiæ lætioris ſtili cõſtare rationẽ, cum ea potius, q̃ preſſius, et adſtrictius, quam illa, quæ hilarius, et quaſi exultãtius ſcripſi, poſſint uideri accerſita, et inducta. Non ideo tamen ſegnius precor, ut quandoq; ueniat dies, utinã́q; iam uenerit, quo auſteris illis, ſeuerisq; dulcia hæc, blandáq;, uel iuſta poſſeſſione decedant. Habes acta mea tridui, quibus cognitis uolui tantum te uoluptatis abſentem, et ſtudiorũ nomine et meo capere, quantum præſens percipere potuiſſes. Vale.

C. PL. CALVISIO RVFO SVO. S.

D ſumo te in conſilium rei familiaris, ut ſoleo. Prædia agris meis uicina, atq; etiam inſerta uenalia ſunt, ĩ his me multa ſolicitãt aliqua, nec minora deterrent. Solicitat primum ipſa pulchritudo iungendi. Deinde quod non minus utile, quam uoluptuoſum poſſe utráq; eãdem opera, eodem uiatico inuiſere, ſub eodem procuratore, ac penè iiſdem actoribus habere, unam uillam colere et ornare, alteram tãtum tueri. Ineſt huic cõputationi ſum-

ptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium, topiariorum, fabrorum, atq; etiam uenatorii inſtrumenti, quæ plurimum refert, unum in locum conferas, an in diuerſa diſpergas. Contra, uereor, ne ſit incautum, rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus, iiſdem caſibus ſubdere. Tutius uidetur incerta fortunæ poſſeſſionum uarietatibus experiri habet etiam multum iucunditatis ſoli, cœliq; mutatio, ipſaq; illa peregrinatio interſita. Iam, quod deliberationis noſtræ caput eſt, agri ſunt fertiles, pingues, aquoſi. Conſtant campus, uineis, ſyluis, quæ materiã, et ex ea redditum, ſicut modicum, ita ſtatutum præſtant. Sed hæc felicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur. Nam poſſeſſor prior ſæpius uendidit pignora, & dum reliqua colonorum minuit ad tempus, uires in poſterum exhauſit, quarum defectione, rurſus reliqua creuerunt. Sunt ergo iſtruendi eo plures, quod frugi mancipiis, nam nec ipſe uſquam uinctos habeo, nec ibi quiſquã ſupereſt, ut ſcias quanti uideantur poſſe emi. Seſtertio tricies, non quia non aliquando quinquagies fuerint, uerum et hac penuria colonorum, et communi temporis iniquitate, ut redditus agrorum, ſic etiam pretiũ retro abiit. Quæris an hoc ipſum tricies facile colligere poſſimus. Sum quidem prope totus in prædiis, aliquid tamẽ fœnore, nec moleſtum erit mutuari. accipiam à ſocru, cuius arca non ſecus, ac mea utor. Proinde hoc te non moueat ſi cætera non refragantur, quæ uelim quamdiligentiſſime examines. Nam cum in omnibus rebus, tum in diſponendis facultatibus plurimum tibi & uſus, & prouidentiæ ſupereſt. Vale.

C.PL. MAXIMO SVO SAL.

m Eminiſti ne te ſæpe legiſſe, quantas contentiones excitarit lex tabellaria, quantumq; ipſi latori uel gloriæ, uel repræhenſionis attulerit? At nunc in ſenatu ſine ulla diſſenſione hoc idē, ut optimum placuit. omnes comitiorum die tabellas poſtulauerūt. Excęſſeramus ſanè manifeſtis illis, apertisq; ſuffragiis licentiam concionum. non tempus loquendi, non tacendi modeſtia, non denuq; ſedenti dignitas cuſtodiebatur. Magni undiq;, diſſoniq; clamores. procurrebant omnes cum ſuis candidatis, multa agmina in medio, multiq; circuli, & indecora confuſio. Adeo deſciueramus à cōſuetudine parentū, apud quos omnia diſpoſita, moderata, tranquilla, maieſtatem loci, pudoremq; retinebant. ſuperſunt ſenes, ex quibus audire ſoleo, hunc ordinem comitiorum. Citato nomine Candidati, ſilentium ſummū. Dicebat ipſe pro ſe, uitā ſuam explicabat, teſtes, et laudatores dabat, uel eū ſub quo militauerat, uel eū, cui quæſtor fuerat, uel utrunq; ſi poterat. Addebat quoſdam ex ſuffragatoribus, illi grauiter & paucis loquebantur. plus hoc, quàm preces proderat. nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiā mores arguebat. Audiebat ſenatus grauitate cēſoria, ita ſæpius digni, quàm gratioſi præualebant. quæ nunc immodico fauore corrupta ad taciti ſuffragia, quaſi ad remedium decurrerunt, quod interim planè remedium fuit. erat enim nouum, & ſubitū. Sed uereor, ne procedente tempore ex ipſo remedio uitia

naſcantur·Eſt enim periculum, ne tacitis ſuffragis ĩpudentia irrepat·Nam quoto cuiq; eadem honeſtatis cura ſecreto, quæ palàm·Multi famam, conſcientiam pauci uerentur Sed nimis cito de futuris, interim beneficio tabellarum habebimus magiſtratus, qui maxime fieri debuerunt·Nam ut in recuperatoriis iudiciis, ſic nos in his comitiis quaſi repente apprehenſi ſinceri iudices fuimus·Hæc tibi ſcripſi primum, ut aliquid noui ſcriberem, deinde ut nonnunquam de Rep· loquerer, cuius materiæ nobis quanto rarior, quam ueteribus, occaſio tanto minus omittenda eſt· Et Hercule quouſq; illa uulgaria? quid agis? Eho, ecquid commode uales? habeant noſtræ quoq; literæ aliquid nõ humile, nec ſordidum, nec priuatis rebus iclusum, ſunt quidem cuncta ſub unius arbitrio, qui pro utilitate communi ſolus omnium curas, laboresq; ſuſcepit·quĩdam tamẽ ſalubri temperamento, ad nos quoq;, uelut riui ex illo benigniſſimo fonte decurrunt, quos et haurire ipſi, & abſentibus amicis, quaſi miniſtrare epiſtolis poſſumus·Vale·

C·PL·PRISCO SVO SALVTEM·

a *Vdio Valerium Martialẽ deceſſiſſe·Et moleſte fero·Erat homo ĩgenioſus, acutus, acer, & qui plurimum in ſcribendo & ſalis haberet, et fellis, nec candoris minus·Proſecutus eram uiatico ſecedentem, dederam hoc amicitiæ, dederam etiam uerſiculis, quos de me compoſuit·Fuit moris antiqui eos, qui uel ſingulorum laudes, uel urbium ſcrĩpſerãt, aut honoribus, aut pecunia ornare, noſtris ue-*

ro temporibus,ut alia ſpecioſa,& egregia,ita hoc in primis exoleuit. Nam poſtquã deſiimus facere laudanda,laudari quoq; ineptum putamus. Quæris, qui ſint uerſiculi,quibus gratiam retulerim. Remitterem te ad ipſum uolumen,niſi quoſdam tenerẽ. Tu ſi placuerint hi,cæteros in libro requires. Alloquitur muſam.mandat,ut domum meam exquiliis quærat, adeat reuerenter.

Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria ianuam uideto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ
Dum centum ſtudet auribus uirorum,
Hoc,quod ſecula,poſteriq; poſſint
Arpinis quoq; comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas,
Hæc hora eſt tua cum furit Lyæus.
Cum regnat roſa,cum madent capilli,
Tunc me uel rigidi legant Catones.

Meritó ne eũ,q hæc de me ſcripſit, et tũc dimiſi amiciſſime,& nunc ut amiciſſimum defunctum eſſe doleo? Dedit enim mihi quantum maximũ potuit,daturus amplius ſi potuiſſet,tametſi quid homini poteſt dari maius,quàm gloria,& laus, et æternitas? At non erunt æterna,quæ ſcripſit. Non erunt fortaſſe, ille tamen ſcripſit tanquam eſſent futura.

Vale.

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVARTVS·

C·PL· FABATO PROSOCERO SVO SAL·

Vpis poſt lógum tempus neptem tuá, meq́; unà uidere, gratú eſt utriq; noſtrum, quod cupis, mutuo mehercule. nam inuicem nos incredibili quodam deſyderio ueſtri tenemur, quod nó ultra differemus. Atq; adeo iam ſarcinulas alligamus feſtinaturi, quantum itineris ratio permiſerit. Erit una, ſed breuis mora. deflectemus in Thuſcos, non ut agros, remq́; familiaré oculis ſubiiciamus, id enim poſtponi poteſt, ſed ut fungamur neceſſario officio. Oppidú eſt prædiis noſtris uicinú, nomen Tifernium Tyberinum, quod me penè adhuc puerú patronum cooptauit, tanto maiore ſtudio, quá to minore iudicio aduentus meos celebrat, profectioni bus angitur, honoribus gaudet. In hoc ego ut referré gratiam, (nam uinci in amore turpiſſimum eſt,) Templum pecunia mea extruxi, cuius dedicationem cum ſit paratum, differre longius irreligioſum eſt, erimus ergo ibi dedicationis die, quem epulo celebrare conſtitui. Subſiſtemus fortaſſe, & ſequenti die, ſed tanto magis uiam ipſam corripiemus contingat modò te, filiáq; tuam forteis inuenire, nam hilareis certum eſt, ſi nos incolumeis receperitis. Vale.

C·PL· CLEMENTI SVO SAL·

r Egulus filium amiſit, hoc uno malo indignus, quod neſcio, an malū putet· Erat puer acris ingenii, ſed ambigui, qui tamen poſſet recta ſectari, ſi patrem non referret· hunc Regulus emancipauit, ut hæres matris exiſteret· Mancipatum (ita uulgo ex moribus hominis loquebantur,) fœda, & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione, captabat· incredibile, ſed Regulum cogita· Amiſſum tamen luget inſane· Habebat puer manulos multos, & iunctos, et ſolutos, habebat canes maiores, minoresq; · habebat luſcinias, pſittacos, merulas, omnes Regulus circa rogum trucidauit, nec dolor erat ille, ſed oſtentatio doloris· Conuenitur ad eum mira celebritate· Cuncti deteſtantur, oderunt, & quaſi probent, quaſi diligant, curſant, frequentant· Vtq; breuiter, quod ſentio, enuntiem, in Regulo demerēdo, Regulum imitantur· Tenet ſe trans Tyberim in hortis, ī quibus latiſſimum ſolum porticibus immenſis, ripam ſtatuis ſuis occupauit, ut eſt in ſumma auaritia ſumptuoſus in ſumma infamia glorioſus· Vexat ergo ciuitate in ſaluberrimo tempore, et quod uexat ſolacium putat, dicit ſe uelle ducere uxorem· hoc quoq;, ſicut alia perverſe· audies breui nuptias lugētis, nuptias ſenis, quorum alterum immaturum, alterum ſerum eſt· Vnde hoc augurer quæris? nō quia adfirmat ipſe, quo mēdacius nihil eſt, ſed quia certum eſt Regulum eſſe facturum, quicquid fieri non oportet· Vale.

C·PL·

C·PL· HADRIANO SVO SAL·

Vod ſemel, atq; iterum conſul fuiſti, ſimilis a antiquis, quod procóſul Aſiæ, qualis ante te, qualis poſt te, uix unus, aut alter, non ſinit enim me uerecundia tua dicere nemo, quod ſanctitate, quod autoritate, ætate quoq; princeps ciuitatis, eſt quidem uenerabile, & pulchrum, ego tamẽ te uel magis in remiſſionibus miror· Nam ſeueritatem iſtã pari iucunditate condire, ſummæq; grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile, quam magnum eſt, id tu cum incredibili quadam ſuauitate ſermonum, tum uel præcipue ſtylo adſequeris· nam & loquenti tibi illa Homerici ſenis mella profluere, & quæ ſcribis complere apes floribus, et innectere uidentur· Ita certe ſum refectus ipſe, cum græca epigrãmata tua, cũ iambos proxime legerem · quantum ibi humanitatis, uenuſtatis, quam dulcia illa? quam antiqua, quam arguta, quam recta? Callimachum me, uel Heroden, uel ſiquid his melius, tenere credebã· Quorum tamen neuter utrunq; aut abſoluit, aut attigit. Hominem ne Romanum tam græce loqui? Non medius fidius ipſas Athenas tã Atticas dixerim· Quid multa? inuideo græcis, quod illorum lingua ſcribere maluiſti· neq; enim cóiectura eget, quid ſermone patrio exprimere poſſis, cum hoc inſititio, & inducto, tam præclara opera perfeceris· Vale·

C·PL· SOSSIO SVO SAL·

c Aluiſium nepotem ualidiſſime diligo, uirũ induſtrium, rectum, diſertum, quod apud

me uel potentiſſimum eſt, Idem Caluiſium contubernalem meum, amicum tuum arcta propinquitate complectitur. eſt enim filius ſororis· Hunc rogo ſemenſtri tribunatu ſplendidiorem, et ſibi et auunculo ſuo facias· obligabis me, obligabis Caluiſium noſtrum, obligabis ipſum non minus idoneum debitorē, quam nos putas· Multa beneficia in multos contuliſti, auſim contendere nullum te melius, æq; bene unum, aut alterum conlocaſſe· Vale·

C·PL· SPARSO SVO SAL·

a Eſchinen aiūt petētibus Rhodiis legiſſe orationem ſuam, deinde Demoſthenis ſummis utranq; clamoribus· Quod tantorum uirorum contigiſſe ſcriptis non miror, cum orationem meam proxime doctiſſimi homines hoc ſtudio, hoc adſenſu, hoc etiam labore per biduum audierint· quamuis intentionem eorum nulla hinc, & inde collatio nullum quaſi certamen accenderet· Nam Rhodii cum ipſis orationum uirtutibus, tum etiā comparationis aculeis excitabantur, noſtra oratio ſine æmulationis gratia probabatur· an merito, ſcies, cum legeris librum, cuius amplitudo non ſinit me longiore epiſtola præloqui· oportet enim nos in hac arte, in qua poſſumus breueis eſſe, quo ſit excuſatius, quod librū ipſum nō tamen ultra cauſſæ amplitudinem extēdimus· Vale·

C·PL· NASONI SVO SAL·

t Huſci grandine excuſſi, in regione tranſpadana, ſūma abundātia, ſed par uilitas nū-

tiatur·ſolum mihi Laurentinum meum in reditu, nihil quidem ibi poſſideo, præter tectum, & hortum, ſtatimq́; arenas·ſolum tamẽ mihi in reditu·ibi enim plurimum ſcribo, nec agrum, quem non habeo, ſed ipſum me ſtudiis excolo, ac iam poſſum tibi, ut aliis in locis horreum plenum, ſic ibi ſcrinium oſtendere·Igitur tu quoq; ſi certa, et fructuoſa prædia concupiſcis, aliquid in hoc litore para· Vale·

C·PL· LEPIDO SVO SAL·

ſAepe tibi dico ineſſe uim Regulo, mirum eſt, quam effigiat, in quod incubuit·placuit ei lugere filium, luget ut nemo·placuit ſtatuas eius, & imagines quamplurimas facere, hoc omnibus officinis agit·illum coloribus, illũ cera, illum ære, illum argento, illum auro, ebore, marmore effingit·Ipſe uero & nuper adhibito ingenti auditorio librum de uita eius recitauit·Tamen eundem librum in exemplaria trãſcriptum mille per totam Italiã, prouinciasq́; dimiſit·Scripſit publice, ut à decurionibus eligeretur uocaliſſimus aliquis ex ipſis, qui legeret eum populo, factum eſt·Hanc ille uim, ſeu quo alio nomine uocanda eſt intentio, quidquid uelis optinendi, ſi ad potiora uertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet, quã quam minor uis bonis, quã malis ineſt, ac ſicut ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δ'ὄκνον φέρει, ita recta ingenia debilitat uerecundia, peruerſa confirmat audacia·Exemplo eſt Regulus, imbecillũ latus, os confuſum, hæſitans lingua, tardiſſima inuentio, memoria nulla, nihil deniq; præter ingenium inſanum,

~~& tamen eo impudẽtia,ipſoq; illo furore peruenit,~~ ut a plurimis orator habeatur· Itaq; Herennius. Senecio mirifice Catonis illud de oratore in hunc e contrario uertit· Orator eſt uir malus dicẽdi imperitus· Nõ me Hercule Cato ipſe tam bene uerũ oratorem, quã hic Regulũ expreſſit· Habẽs ne,quo tali epiſtolæ parem gratiam referas?habes ſi ſcripſeris,num aliquis in municipio ueſtro ex ſodalibus meis,num etiã ipſe tu hunc luctuoſum Reguli librũ,ut circulator in foro legeris,ſcilicet ut ait Demoſthenes,τὴν φωνὴν γεγηθώς,καὶ λαρυγγίζων. eſt enim tam ineptus,ut riſum magis poſſit exprimere,quam gemitũ· credas nõ de puero ſcriptum,ſed a puero. Vale·

C·PL·ARRIANO SVO·S·

Gratularis mihi,quod acceperim auguratũ, iure gratularis, primum quod grauiſſimi principis iudicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt,deinde quod ſacerdotium ipſum cum priſcum et religioſum,tum hoc quoq; ſacrum plane et inſigne eſt,quod non adimitur uiuẽti· Nam cætera,quanquam dignitate propemodum paria,ut tribuũtur,ſic auferuntur,in hoc fortunæ hactenus licet,ut dari poſſit· Mihi uero etiam illud gratulatione dignum uidetur, quod ſucceſſi Iulio Frontino principi uiro,qui me nominationis die per hos continuos annos inter ſacerdotes nominabat,tanquã in locum ſuum cooptaret· quod nunc euentus ita cõprobauit,ut nõ fortuitũ uideretur· Te quidẽ (ut ſcribis)hoc maxime delectat auguratus meus,quod M·

Tullius augur fuit· Lætaris enim, quod honoribus eius inſiſtam, quem æmulari in ſtudiis cupio, ſed uti nam, ut ſacerdotium, idem et conſulatum, multo etiã iuuenior, quam ille ſum conſecutus, ita ſenex ſaltem ingenium eius aliqua ex parte aſſequi poſſim· Sed ni mirum, quæ ſunt in manu hominũ, & mihi, & mul tis contigerunt· Illud uero; ut adipiſci arduum, ſic etiam ſperare nimium eſt, quod dari non niſi à diis poteſt· Vale·

C·PL· VRSO SVO SAL·

e Auſſam per hos dies dixit Iulius Baſſus ho mo laborioſus, et aduerſis ſuis clarus· accu ſatus eſt ſub Veſpaſiano à priuatis duobus ad ſenatum remiſſus, diu pependit tandemq; abſolu tus, uídicatusq; eſt· Titũ timuit ut Domitiani amicus à Domitiano relegatus eſt, reuocatus a Nerua, ſorti tusq; Bithyniam, redit reus, accuſatus non minus acrĩ ter, quàm fideliter defenſus, uarias ſententias habu it, plureis tamen, quaſi mitioreis? Egit contra eum Põ ponius Rufus, uir paratus et uehemẽs, Ruſo ſucceſſit Theophanes unus ex legatis prĩceps, fax accuſationis et origo, reſpondi ego· nã mihi Baſſus iniunxerat, ut totius defenſionis fundamenta iacerem, dicerem de or= namentis ſuis, quæ illi et ex generis claritate, & ex periculis ipſis magna erant, dicerem de conſpiratione delatorum, quam in quæſtu habebant, dicerem cauſ- ſas, quibus factioſiſſimum quenq;, ut illũ ipſum Theo phanem offendiſſet, eundem me uoluerat occurrere crimini, quo maxime premebatur, ĩ aliis enim quã=

uis auditu grauioribus, non abſolutionem modo, uerumetiam laudem merebatur. Hoc illum onerabat, quod homo ſimplex, & incautus quædam à prouincialibus, ut amicus acceperat. Nam fuerat in prouincia eadem quæſtor. hæc accuſatores furta, ac rapinas ipſe munera uocabat. Sed lex munera quoq; accipi uetat. hic ego quid agerem? quod iter defenſionis ingrederer? negarem? uerebar, ne planè furtum uideretur, quod confiteri timerem, præterea rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen, nõ diluentis, præſertim cum reus ipſe nihil integrum aduocatis reliquiſſet. Multis enim, atq; etiam principi dixerat ſola ſe munuſcula duntaxat natali ſuo, aut ſaturnalibus accepiſſe, et pleriſq; miſiſſe. Veniam ergo peterem? iugularem reum, quem ita deliquiſſe concederem, ut ſeruari, niſi uenia, non poſſet. tanquam rectè factum tuerer? non illi profuiſſem, ſed ipſe impudẽs extitiſſem. In hac difficultate placuit medium quiddam tenere. Videor tenuiſſe actionem meam, ut prælia ſolet, nox diremit. egeram horis tribus, & dimidia. ſupererat ſeſquihora. Nam cum è lege accuſator ſex horas, nouem reus accepiſſet, ita diuiſerat tempora reus inter me, & eum, qui dicturus poſt erat, ut ego quinq; horis, ille reliquis uteretur. mihi ſucceſſus actionis ſilentium, finemq; ſuadebat. Temerarium eſt enim ſecũdis non eſſe contentum. Ad hoc uerebar, ne me corporis uires iterato labore deſererent, quem difficilius eſt repetere, quam iungere. Erat etiam periculum, ne reliqua actio mea, & frigus depoſita & tædium reſumpta pateretur, ut enim faces ignẽ adſidua concuſ-

ſione cuſtodiunt, demiſſum ægerrime reparant, ſic et dicentis calor, & audientis intentio, continuatione ſeruatur, intercapedine, et quaſi remiſſione langueſcit. Sed Baſſus multis precibus penè ēt lacrymis obſecrabat implerē meū tēpus parui, utilitatē q; eius prætuli meæ. Bene ceſſit, inueni ita erectos animos Senatus, ita recentes, ut priore actione incitati magis, quam ſatiati uiderentur. Succeſſit mihi Lucetius Albinus, tam apte, ut orationes noſtræ uarietatem duarū, cōtextum, unius habuiſſe credātur. Reſpondit Herennius Pallio inſtanter, et grauiter. Deinde Theophanes rurſus. fecit enim hoc quoq;, ut cætera, impudētiſſime, quod poſt duos, et conſulares, et diſertos, tēpus ſibi & quidē laxius uindicauit. Dixit in noctē, atq; etiam inlatis lucernis. Poſtero die egerunt pro Baſſo Homullus, et Fronto mirifice. quartum diē probationes occupauerunt. Cenſuit Bæbius Macer conſul deſignatus lege repetundarum Baſſum teneri. Cepio Hiſpo ſalua dignitate iudices dandos. uterq; recte. Qui fieri poteſt inquis, cum tam diuerſa cenſuerint? quia ſcilicet et Macro legem intuenti, conſentaneum fuit damnare eum, qui contra legem munera acceperat, & Cepio cum putaret licere ſenatui, ſicut licet, et mitigare leges, et intendere, non ſine ratione ueniā dedit facto, uetito quidē, non tñ inuſitato. præualuit ſententia Cepionis. Quinimo conſurgenti ei ad cēſendū adclamatum eſt, quod ſolet reſidētibus. Ex quo potes æſtimare, quanto conſenſu ſit exceptū, cum diceret, ꝙ tam fauorabile fuit, cum dicturus uideretur. Sunt tamen ut in ſenatu, ita in ciuitate duas partes hominū

iudicia diuiſa· Nam quibus ſententia Cepionis placu it, ſententiam Macri ut rigidam, duramq; reprehẽdunt, quibus Macri, illam alteram diſſolutam, atq; etiam incongruentem uocant. Negant enim congruẽs eſſe, retinere in ſenatu, cui iudices dederis· Fuit et tertia ſententia· Valerius Paulinus adſenſus Cepioni, hoc amplius cenſuit referendum de Theophane, cum legationem renuntiaſſet· Arguebatur enim multa in accuſatione feciſſe, quæ illa ipſa lege, qua Baſſum accuſauerat, tenerentur· Sed hanc ſententiam conſules, quanquam maximæ parti ſenatus mire probabatur, non ſunt perſecuti· Paulinus tamen et iuſtitiæ famã, et conſtantiæ tulit· Miſſo Senatu, Baſſus magna hominum frequentia, magno clamore, magno gaudio exceptus eſt· Fecerat eũ fauorabilem renouata diſcrimi num uetus fama, notumq; periculũ nomẽ, & in procero corpore mœſtæ, & ſqualida ſenectus· habebis hanc interim epiſtolam πρόδρομον, expectabis orationem plenã, onuſtamq;, expectabis diu, neq; enim leuiter, et curſim, ut de re tãta retractanda ẽ. Vale·

C·PL· SABINO SVO SAL·

Cribis, mihi Sabinam, quæ nos reliquit hæredes, Modeſtum ſeruum ſuum nuſquam liberũ eſſe iuſſiſſe, idem tñ ſic adſcripſiſſe, legatum Modeſto, quẽ liberũ eſſe iuſſi· Quæris quid ſentiam, contuli cum prudentibus, conuenit inter omneis, nec libertatem deberi, quia nõ ſit data, nec legatum, qa ſeruo ſuo dederit· Sed mihi manifeſtus error uidetur, ideoq; puto nobis quaſi ſcripſerit Sabi-

na faciendũ, quod ipſa ſcripſiſſe ſe credidit· Confido acceſſurum te ſententiæ meæ· Cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum uoluntatem, quam bonis hæredibus intellexiſſe pro iure eſt· Neq; enim minus apud nos honeſtas, quã apud alios neceſſitas ualet· moretur ergo in libertate ſinentibus nobis, fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſime cauerit· cauit enim, quæ hæredes bene elegit· Vale·

C·PL· MINICIANO SVO·S·

Vdiſti ne Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Nõ dum te puto audiſſe· Eſt enim recens nuntius prætorius, hic modo inter eloquentiſſimos cauſſarum actores habebatur· Nunc eo decidit, ut exul de ſenatore, rhetor de oratore fieret· Itaq; ipſe in præfatione dixit dolenter, & grauiter· Quos tibi fortuna ludos facis? Facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores· Cui ſententiæ tantum bilis, tantum amaritudinis ineſt, ut mihi uideatur, ideo profeſſus, ut hoc diceret· Idẽ cum græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ iure, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquã ſe cõpoſuit, circunſpexit'q; habitũ ſuum, latine, inquit, declamaturus ſum dicens triſtia & miſeranda· Dignũ tamen illum, qui hæc ipſa ſtudia inceſti ſcelere macularit· Cõfeſſus eſt quidem incæſtum, ſed incertum utrum quia uerũ erat, an quia grauiora metuebat, ſi negaſſet· Fremebat enim Domitianus, æſtuabat'q; ingenti inuidia, deſtitutus· nam cum Corneliam Maximillam ueſtalem defodere uiuam cupiſſet, ut qui

illuſtrari ſeculum ſuum eiuſmodi exemplo arbitraretur Pontifices maximi iure, ſeu potius imanitate tyranni, licentia domini, reliquos pontifices non in regiā, ſed in Albanam uillam conuocauit· nec minore ſcelere, quam quod ulciſci uidebatur, abſentem, inauditamq; damnauit incæſti, cum ipſe fratris filiam incæſto non polluiſſet ſolum, uerum etiam occidiſſet. Nam uidua abortu periit· miſſi ſtatim pontifices, qui defodiendam, necandamq; curarent· Illa nūc ad Veſtam, nunc ad cæteros deos manus tendens, multa, ſed hoc frequentiſſime clamitabat· Me Cæſar incæſtā putat, qua ſacra faciente uicit, triumphauit, blandiens hæc, an inridens ex fiducia ſui, an ex contemptu principis dixerit, dubium eſt, dixit donec ad ſupplicium neſcio an innocens, certe tanquam nocens ducta eſt· Quinetiam cum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, hæſiſſetq; deſcendenti ſtola, uertit ſe, ac recollegit· cūq; ei carnifex manū daret, auerſata eſt, et reſiluit, fœdūq; contagiū quaſi planè a caſto, puroq; corpore nouiſſima ſanctitate reiecit, omnibusq; numeris pudoris, πολλὴν πρόνοιαν ἔχεν εὐχήμων πεσεῖν· Præterea Celer eques romanus, cui Cornelia obiiciebatur, cum in comitio uirgis cæderetur, in hac uoce perſtiterat, quid feci? nihil feci· Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis, & iniquitatis infamia, arripit Licinianum, quod in agris ſuis occultaſſet Corneliæ libertam· Ille ab iis, quibus erat curæ, præmonetur, ſi comitium & uirgas pati nollet, ad confeſſionem confugeret, quaſi ad ueniam, fecit, locutus eſt pro abſente Herennius Senecio tale quiddam, quale eſt il-

lud, κεῖται πάτροκλος. Ait enim ex aduocato nuntius factus ſum. Receſſit Licinianus gratum hoc Domitiano, adeo quidem, ut gaudio proderetur, diceretq́; ab ſoluit nos Licinianus, adiecit etiam non eſſe uerecundiæ eius inſtandum, ipſi uero permiſit, ſi qua poſſit, ex rebus ſuis raperet ante, quam bona publicarentur, exiliumq́; molle, uelut præmium dedit. Ex quo tamen poſtea clementia Diui Neruæ tranſlatus eſt in Siciliam, ubi nunc profitetur, ſeq́; de fortuna præfationibus uindicat. Vides, quam obſequenter paream tibi, qui non ſolum res urbanas, uerumetiam peregrinas tam ſedulo ſcribo, ut altius repetā, et ſanè putabā te, quia tunc abfuiſti, nihil aliud de Liciniano audiſſe, quā relegatum ob inceſtum. Summam enim rerum nuntiat fama, non ordinem. Mereor, ut uiciſſim quid in oppido tuo, quid in finitimis agatur (ſolent enim notabilia quædam incidere,) perſcribas. Deniq; quidquid uoles, dummodo non minus longa epiſtola nunties. ego non paginas tantum, ſed etiam uerſus, ſyllabaſq́; numerabo. Vale.

C. PL. ARRIANO SVO S.

Mas Egnatium Marcellinum, atq; etiā mihi ſæpe commendas, amabis magis, commēdabiſq́;, ſi cognoueris recens eius factum. Cum in prouinciā quæſtor exiſſet, ſcribamq́;, qui ſorte obtigerat, ante legitimum ſalarii tempus amiſiſſet quod acceperat ſcribæ daturus, intellexit, & ſtatuit ſubſidere apud ſe nō oportere. Itaq; reuerſus, Cæſarem, deīde Cæſare autore, ſenatum conſuluit, quid

fieri de ſalario uellet· parua quæſtio, ſed tamẽ quæſtio. Hæredes ſcribæ ſibi, præfecti ærario, populoq́; uindicabant, acta cauſſa eſt. dixit hæredum aduocatus, deinde populi, uterq; percommode. Cælius Strabo ærario cenſuit inferendum, Bæbius Macer hæredibus dandum, obtinuit Strabo. Tu lauda Marcellinum, ut ego ſtatim feci, quamuis enim abunde ſufficiat illi, ꝙ eſt & à principe, & a ſenatu probatus, gaudebit tamẽ teſtimonio tuo. Omnes eni, qui gloria, famaq́; ducuntur, mirum in modum aſſenſio, & laus à minoribus etiam profecta delectat. Te uero Marcellinus ita ueretur, ut iudicio tuo plurimum tribuat. accedit his, quod ſi cognouerit factum ſuum iſto uſq; penetraſſe, neceſſe eſt laudis ſuæ ſpatio, & curſu, & peregrinatione lætetur. Eteni neſcio quo pacto uel magis homines iuuat gloria lata, quã magna. Vale.

C. PL. TACITO SVO SAL.

S Aluum te in urbem ueniſſe gaudeo, ueniſti autem ſiquando alias, nunc maxime mihi deſyderatus. ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor, ut opuſculum, quod eſt in manibus, abſoluam. Vereor enim, ne ſi hanc intentionẽ iam in finẽ laxauero, ægre reſumã, interim neq́ feſtinationi meæ pereat, quod ſum præſens petiturus, hac quaſi præceptoria epiſtola rogo. ſed prius accipe cauſſas rogandi, deinde ipſum, quod peto. Proxime cum in patria mea fui, uenit ad me ſalutandum municipis mei filius prætextatus, huic ego ſtudes inquam? reſpondit etiam. ubi? Mediolani. cur non hic? & pa-

ter eius,(erat enim unà, atq; etiam ipſe adduxerat puerum, quia nullos hic præceptores habemus · quare nullos? nam uehementer intererat ueſtra, qui patres eſtis, & opportune, cum plures patres audiebãt, liberos ueſtros hic potiſſimum diſcere · Vbi enim aut iucundius morarentur, quàm in patria, aut pudicius continerentur, q̃ ſub oculis parentum, aut minore ſumptu, quam domi? quantulum eſt ergo collata pecunia conducere præceptores? quod'q; nunc in habitationes, in uiatica, in ea, quæ peregre emuntur, impendi tis, adiicere mercedibus, atq; ego, qui nondum liberos habeo, paratus ſum pro Rep· noſtra, quaſi pro filia, uel parente tertiam partem eius, quod conferre uobis placebit, dare· Totum etiam pollicerer, niſi timerem, ne hoc munus meum quandoq; ambitu corrumperetur, ut accidere multis in locis uideo, in quibus præceptores publice conducuntur, huic uitio uno remedio occurri poteſt, ſi parentibus ſolis ius conducẽdi relinquatur · iiſdem'q; religio recte iudicandi neceſſitate collationis addatur · Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt · dabunt'q; operã ne eam pecuniam non niſi dignus accipiat, ſi accepturus, et ab ipſis erit · proi de conſentite, conſpirate, maiore'q; animum ex meo ſumite, qui cupio eſſe quamplurimum, quod debeam conferre · Nihil honeſtius præſtare liberis ueſtris, nihil gratius patriæ poteſtis · educentur hic, qui hic naſcuntur ſtatim'q; ab infantia natale ſolum amare, frequentare conſueſcant · atq; utinam tam claros præceptores inducatis, ut in finitimis oppidis ſtudia hinc petantur · ut'q; nunc liberi ueſtri

aliena in loca, ita mox alieni in hunc locum cõfluãt· Hæc putaui altius, & quaſi à fonte repetenda, quo magis ſcires, quàm gratum mihi foret, ſi ſuſciperes, quod iniungo·iniungo autem, & pro rei magnitudine rogo, ut ex copia ſtudiorum, quæ ad te ex admiratione ingenii tui conuenit, circunſpicias præceptores, quos ſollicitare poſſimus, ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam·omnia enim libera parẽtibus ſeruo·Illi iudicent, illi eligant, ego mihi curam tantum, & impendiũ uindico·Proinde, ſiquis fuerit repertus, qui ingenio ſuo fidat, eat illuc, ea lege, ut hinc nihil aliud certũ, quã fiduciã ſuã ferat·Vale·

C·PL· PATERNO SVO SAL·

T*V fortaſſe orationem, ut ſoles, et flagitas, et expectas, at ego quaſi ex aliqua peregrina, delicataq; merce luſus meos tibi prodo·Accipies cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros·quibus nos in uehiculo, in balineo, inter cœnam oblectamus, otium temporis his iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, iraſcimur, deſcribimus aliquid modo preſſius, modo altius, atq; ipſa uarietate tentamus efficere, ut alia aliis, quædã fortaſſe omnib· placeant·Ex quibus tamen ſi nõnulla tibi paulo petulantiora uidebũtur, erit eruditionis tuæ cogitare ſummos illos, & grauiſſimos uiros, qui talia ſcripſerunt, nõ modo laſciuia rerum, ſed ne uerbis quidem nudis abſtinuiſſe, quæ nos refugimus, nõ quia ſeueriores, unde enim? ſed quia timidiores ſumus·Scimus alioq huius opuſculi illam eſſe ueriſſimam legem, quam Ca-*

tullus expreſſit·

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, uerſiculos nihil neceſſe eſt,
Qui tunc deniq; habent ſalem, et leporem,
Si ſunt molliculi, et parũ pudici·

Ego quanti faciam iudicium tuum, uel ex hoc potes æſtimare, quod malui omnia a te penſitari, quam electa laudari· Et ſane, quæ ſunt commodiſſima, deſinunt uideri, cum paria eſſe cœperunt· Præterea ſapiens, ſubtilisq; lector debet non diuerſis cõferre diuerſa, ſed ſingula expendere, nec deterius alios putare, quod eſt in ſuo genere perfectũ· Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione uel excuſare, uel commendare ineptias ineptiſſimum eſt· Vnum illud prædicẽdum uidetur, cogitare me has nugas meas inſcribere Hẽdecaſyllabi, qui titulus ſola metri lege conſtringitur· Proinde ſiue epigrãmata, ſiue edullia, ſiue eclogas, ſiue (ut multi) poemata, ſeu quod aliud uocare malueris, licebit uoces· Ego tantum Hẽdecaſyllabos præſto· A ſimplicitate tua peto, quod de libello meo dicturus es aliis, mihi dicas· neq; ẽ difficile, quod poſtulo· Nam ſi hoc opuſculum noſtrum, aut potiſſimũ eſſet, aut ſolum, fortaſſe poſſet durum uideri dicere· quære quod agas, Molle et humanũ eſt· habes quod agas· Vale·

C·PL·FVNDANO SVO·S·

Iquid omnino, hoc certe iudicio facio, quod Aſinium Rufum ſingulariter amo· Eſt homo eximius, & bonorũ amantiſſimus· Cur

enim non me quoq; inter bonos numerem? Idem Cornelium Tacitum, ſcis quem uirum, arcta familiaritate complexus eſt. proinde ſi utrunq; noſtrum probas, de Rufo quoq; neceſſe eſt idem ſentias, cum ſit ad connectendas amicitias uel tenaciſſimum uinculum morum ſimilitudo. Sunt ei liberi plures. Nam in hoc quoq; functus eſt optimi ciuis officio, quod fœcunditate uxoris large frui uoluit eo ſeculo, quo pleriſq; etiã ſingulos filios orbitatis præmia graueis faciũt, quibus ille deſpectis, aui quoq; nomen adſumpſit. Eſt enim auus et quidem ex Saturio Firmo, quem diliges, ut ego, ſi ut ego propius inſpexeris. Hæc eo pertinent, ut ſcias, quam copioſam, quam numeroſam domum uno beneficio ſis obligaturus, ad quod petendũ, uoto primum, deinde bono quodam omine adducimur. Optamus enim tibi, ominamurq; in proximum annum Conſulatũ. Ita nos uirtus tua et iudicia Principis augurari uolunt. Concurrit autem, ut ſi eodem anno quæſtor maximus ex liberis Rufi Aſinius Baſſus iuuenis, neſcio an dicã, quod me pater, et ſentire, & dicere cupit, adoleſcentis uerecundia uetat, ipſo patre melior. Difficile eſt, ut mihi de abſente credas, quanquam credere ſoles omnia. tantum in illo induſtriæ, probitatis, eruditionis, ingenii, ſtudii, memoriæ deniq; eſſe, quantum expertus inuenies. Vellem tam ferax ſeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Baſſo præferre deberes. Tum ego te primus hortarer, moneremq;, circũferres oculos, ac diu pẽſitares, quẽ potiſſimum eligeres. Nũc uero, ſed nihil uolo de amico meo adrogantius dicere, hoc ſolum dico, dignũ eſſe

iuuenem,

iuuenem, quem more maiorum in filii locum adſumas· Debent autem ſapientes uiri, ut tu, tales, a repub· liberos accipere, quales a natura ſolemus optare· Decorus erit tibi Conſuli quæſtor patre prætorio, propinquis cõſularibus, quibus iudicio ipſorum, quanquam aduleſcentulus adhuc, iam tamen inuicẽ ornamento eſt· Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio, et ante omnia, ſi feſtinare uideor, ignoſce, primũ quia uotis ſuis amor plerunq; præcurrit, deinde, quod in ea ciuitate, in qua omnia, quaſi ab occupantibus aguntur, quæ legitimum tempus expectant, non matura, ſed ſera ſunt· In ſumma, quod rerum, quas adſequi cupias, præſumptio ipſa iucunda eſt· Reuereatur iam te Baſſus ut conſulem· Tu dilige illum, ut quæſtorem· Nos deniq; utriuſq; ueſtrũ amãtiſſimi, duplici lætitia perfruamur· Etenim cũ ſic te, ſic Baſſum diligamus, ut & illum cuiuſcunq;, et tuum quẽcunq; quæſtorem in petẽdis honoribus omni ope, omni labore, gratia ſimus iuuaturi, perquam iucundum nobis erit, ſi in eundem iuuenem ſtudiũ noſtrum et amicitiæ meæ, & conſulatus tui ratio contulerit· ſi deniq; precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius ſenatus et ſuffragio libentiſſime indulgeat, et teſtimonio plurimum credat· Vale·

C·PL· VALERIO PAVLINO SVO ·S·

g Aude meo, gaude tuo, gaude etiam publico noīe· Adhuc honor ſtudiis durat, proxime cum dicturus apud Cẽtumuiros eſſem, adeundi mihi locus, niſi a tribunali, niſi per ipſos iudi-

ces non fuit, tanta ſtipatione cætera tenebantur. Ad hoc quidam ornatus aduleſcēs, ſciſſis tunicis, utin fre quentia ſolet, ſola uelatus toga, perſtitit, et quidem horis ſeptem. Nam tandiu dixi, magno cum labore, ſed maiore cum fructu. Studeamus ergo, nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienā. Sunt qui audiant, ſunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus.

C. PL. GALLO SVO SAL.

e T admones, et rogas, ut ſuſcipiam abſentis Corelliæ cauſſam contra C. Cæcilium cōſulem deſignatum. Quod admones, gratias ago, quod rogas, queror. admoneri enim debeo, ut ſciam. rogari non debeo, ut faciam, quod mihi nō facere turpiſſimum eſt. An ego tueri Corelli filiā dubitem? Eſt quidem mihi cum iſto, contra quem me aduocas, non planè familiaritas, ſed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis, atq; hic ipſe, cui deſtinatus eſt honor. Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia eſt, quod iam illo functi ſumus. Naturale eſt enim, ut ea, quæ quis adeptus eſt, ipſe quamampliſſima æſtimari uelit. Sed mihi cogitanti adfuturum me Corelli filiæ, omnia iſta, frigida, & inania uidentur. Obuerſatur oculis ille uir, quo neminem ætas noſtra grauiorem, ſanctiorem, ſuptiliorem deniq; tulit, quem ego, cum ex admiratione diligere cœpiſſem, quod euenire contra ſolet, magis admiratus ſum, poſtquam penitus inſpexi. Inſpexi enim penitus. nihil a me ille ſecretum non ioculare, nō ſerium, non triſte, non lætum. Adu-

leſcentulus eram, etiam mihi ab illo honor, atq; etiã audebo dicere reuerentia, ut æquali habebatur · ille meus in petendis honoribus ſuffragator, & teſtis · ille in inchoandis deductor, & comes · ille in gerendis cõſiliator, & rector · ille deniq; in omnibus officiis noſtris · quanquam & imbecillus, et ſenior, quaſi iuuenis, et ualidus conſpiciebatur · Quantũ ille famæ meæ domi, in publico, quantum etiam apud principem adſtruxit? Nam cum forte de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem ſermo incidiſſet, & plerią; me laudibus ferrent, pauliſper ſe intra ſilentium tenuit, quod illi plurimum autoritatis addebat, deinde grauitate, quam noras, neceſſe eſt, inquit, parcius laudem Secundum, quia nihil, niſi ex conſilio meo, facit · Qua uoce tribuit mihi, quantum petere uoto, immodicum erat, nihil me facere non ſapientiſſime, cum omnia ex conſilio ſapientiſſimi uiri facerem · Quinetiam moriens, filiæ ſuæ (ut ipſa ſolet prædicare) multos quidem amicos tibi in longiore uita paraui, præcipuos tamẽ Secundũ, & Cornutum · Quod dum recordor intelligo mihi laborandũ, nequa parte uidear hãc de me fiduciam prouidentiſſimi uiri deſtituiſſe · Quare ego uero Corelliæ adero promptiſſime, nec ſubire offenſas recuſabo · quanquam non ſolum ueniã me, uerũ etiam laudem apud iſtum ipſum, a quo, ut ais, noualis fortaſſe ut fœminæ intenditur, arbitror conſecuturum, ſi hæc eadem in actione latius ſcilicet, & uberius, quam epiſtolarum anguſtiæ ſinunt, contigerit mihi uel in excuſationem, uel etiam in commendationem meam dicere · Vale ·

C. PL. ANTONINO SVO S.

Q Vemadmodum magis approbare tibi poſſum, quantopere miror Epigrammata tua græca, quã quod quædam æmulari latine & exprimere tentaui? In deterius quidem accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia, ac potius, ut Lucretius ait, egeſtate patrii ſermonis. Quod ſi hæc, & quæ ſunt latina, & mea, habere tibi aliquid uenuſtatis uidebuntur, quantũ putas ineſſe eis gratiæ, quæ et a te, et græce proferũtur? Vale.

C. PL. HISPVLLAE SVAE S.

C Vm ſis pietatis exemplum, fratremq; optimum, & amantiſſimum tui pari caritate dilexeris, filiamq; eius, ut tuam diligas, nec tantum amitæ eius, uerumetiam patris amiſſi effectum repræſentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoueris dignam patre, dignam te, dignã auo euadere. Summum eſt acumẽ, ſumma frugalitas. amat me, quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his ſtudium literarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediſcit etiam. Qua illa ſolicitudine, cum uideor acturus, quanto cum egi, gaudio afficitur? Diſponit, qui nunciẽt ſibi, quem adſenſum, quos clamores excitarim, quem euentum iudicii tulerim. Eadem, ſiquando recito, in proximum diſcreta uelo ſedet, laudesq; noſtras auidiſſimis auribus excipit. uerſus quidem meos cantat, formatq; cithara, nõ artifice aliquo docẽte, ſed amore, qui magiſter eſt optimus. His ex cauſſis i ſpem certiſſimam adducor, per-

petuam nobis, maioremq; in dies futuram eſſe concordiam. Non *enim ætatem meam, aut corpus, quæ paulatim occidunt, ac ſeneſcunt, ſed gloriam diligit.* Nec *aliud decet tuis manibus educatam, tuis præceptis inſtitutam, quæ nihil in contubernio tuo uiderit, niſi ſanctum, honeſtumq́;* Q*uæ deniq; amare me ex tua prædicatione conſueuerit.* Nam *cum matrem meam parẽtis loco uenerere, me à pueritia ſtatim formare, laudare, talemq́; qualis nunc uxori meæ uideor, ominari ſolebas.* C*ertatim ergo tibi gratias agimus.* E*go, quod illam mihi, illa, quod me ſibi dederis, quaſi inuicem elegeris.* V*ale.*

C. PL. MAXIMO SVO SAL.

q V*id ſenſerim de ſingulis libris tuis, notum tibi, ut quenq; perlegerã, feci.* A*ccipe nunc quid de uniuerſis generaliter iudicem.* E*ſt opus pulchrum, ualidum, acre, ſublime, uarium, elegans, purum, figuratum, ſpatioſum etiam, & cũ magna tua laude diffuſum.* I*n quo tu ingenii ſimul, doloriſq́; uelis latiſſime uectus es, et horum utrunq; inuicem adiumento fuit.* N*am dolori ſublimitatem, & magnificentiam ingenium, ingenio uim, & amaritudinẽ dolor addidit.* V*ale.*

C. PL. VELIO CEREALI SVO. S.

t R*iſtem, & acerbum caſum* H*eluidiarum ſororum, utraq; à partu, utraq; filiam enixa deceſſit, afficior dolore, (nec tamen ſupramodũ doleo,)* I*ta mihi luctuoſum uidetur, quod puellas honeſtiſſimas in ore primo fœcunditas ab-*

ſtulit· Angor infantium ſorte, quæ ſunt parẽtibus ſta tim, & dum naſcuntur, orbatæ · Angor optimorum maritorum· angor etiam meo nomine · Nam patrem illarum defunctum quoq; perſeuerantiſſime diligo, ut actione mea, libris'q; teſtatum eſt· Cui nunc unus ex tribus liberis ſupereſt, domum'q; pluribus admini culis paulo ãte fundatam deſolatus fulcit, ac ſuſtinet, Magno tamen fomento dolor meus acquieſcet, ſi hunc ſaltem fortem, & incolumem, parem'q; illi patri, illi auo fortuna ſeruauerit· Cuius ego pro ſalute, pro mo ribus hoc ſum magis anxius, quod unicus factus eſt. noſti in amore mollitiã animi mei, noſti metus, Quo minus te mirari oportebit, quod plurimum timeam, de quo plurimum ſpero· Vale·

C·PL· SEMPRONIO RVFO SVO·S.

I Nterfui principis optimi cognitioni in conſi lium adſumptus· Gymnicus agon apud Viẽ nẽſeis ex cuiuſdã teſtamento celebrabatur· Hunc Trebonius Rufinus, uir egregius, nobis'q; ami cus in duumuiratu ſuo tollendum, abolendum'q; cu rauit· Negabatur ex autoritate publica feciſſe · Egit ip ſe cauſſam nõ minus feliciter, quam diſerte· Commẽ dabat actionẽ, quod tanq̃ homo romanus, et bonus ci uis in negocio ſuo mature, et grauiter loquebatur · Cũ ſententiæ perrogarẽtur, dixit Iunius Mauricus, quo uiro, nihil firmius, nihil uerius, non eſſe reſtituendũ Viennenſibus agona, adiecit, uellem etiã Romæ tolli poſſet · cõſtanter inquis, et fortiter · Quid ni? Sed hoc Maurico nouum non eſt · Idem apud Neruam Impe=

ratorē nō minus fortiter. Cœnabat Nerua cū paucis. Veiento proximus, atq; etiā in ſinu recūbebat. Dixi omnia, Cum hominem nominaui. Incidit ſermo de Catulo Meſſalino, qui luminibus orbatus, ingenio ſæuo mala cæcitatis addiderat non uerebatur, nō erū beſcebat, non miſerebatur. ſæpius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca, et improuida feruntur, in optimū quenq; cōtorquebatur. De huius nequitia, ſanguinariis'q; ſentētiis in commune omnes ſuper cœnam loquebātur. Tum ipſe Imperator. Quid putamus paſſurū fuiſſe, ſi uiueret et Mauricus nobiſcū cœnaret? Longius abii, libens tamen. Placuit agona tolli, qui mores Vienenſium īfecerat, ut noſter hic omnium. Nam Viennenſium uitia intra ipſos reſidunt, noſtra late uagantur. Vt'q; in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur. Vale.

C. PL. POMPONIO BASSO SVO. S.

Magnam cepi uoluptatem, cum ex communibus amicis cognoui, te, ut ſapientia tua dignum eſt, et diſponere ocium, & ferre, habitare amœniſſime, et nunc terra, nunc mari corpus agitare, multum diſputare, multum audire, multum lectitare, cum'q; plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere. Ita ſeneſcere oportet uirum, qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit, exercitus rexerit, totum'q; ſe reip. quā diu decebat, optulerit. Nam et prima uitæ tēpora, et media patriæ, extrema nobis impertire debemus, ut ipſæ leges monent, quæ maiorem

fieri de ſalario uellet· parua quæſtio, ſed tamē quæſtio. Hæredes ſcribæ ſibi, præfecti ærario, populoq; uindicabant, acta cauſſa eſt· dixit hæredum aduocatus, deinde populi, uterq; percommode· Cælius Strabo ærario cenſuit inferendum, Bæbius Macer hæredibus dandum, obtinuit Strabo· Tu lauda Marcellinum, ut ego ſtatim feci, quamuis enim abunde ſufficiat illi, ꝙ eſt & à principe, & a ſenatu probatus, gaudebit tamē teſtimonio tuo Omnes eni, qui gloria, fama q; ducuntur, mirum in modum aſſenſio, & laus à minoribus etiam profecta delectat· Te uero Marcellinus ita ueretur, ut iudicio tuo plurimum tribuat· accedit his, quod ſi cognouerit factum ſuum iſto uſq; penetraſſe, neceſſe eſt laudis ſuæ ſpatio, & curſu, & peregrinatione lætetur· Etenī neſcio quo pacto uel magis homines iuuat gloria lata, quā magna. Vale.

C·PL· TACITO SVO SAL·

Aluum te in urbem ueniſſe gaudeo, ueniſti autem ſiquando alias, nunc maxime mihi deſyderatus· ipſe pauculis adhuc diebus in Tuſculano commorabor, ut opuſculum, quod eſt in manibus, abſoluam· Vereor enim, ne ſi hanc intentionē iam in finē laxauero, ægre reſumā, interim neqd feſtinationi meæ pereat, quod ſum præſens petiturus, hac quaſi præceptoria epiſtola rogo· ſed prius accipe cauſſas rogandi, deinde ipſum, quod peto· Proxime cum in patria mea fui, uenit ad me ſalutandum municipis mei filius prætextatus, huic ego ſtudes ínquam? reſpondit etiam· ubi? Mediolani· cur non hic? & pa-

ter eius, (erat enim unà, atq; etiam ipſe adduxerat puerum, quia nullos hic præceptores habemus · quare nullos? nam uehementer intererat ueſtra, qui patres eſtis, & opportune, cum plures patres audiebãt, liberos ueſtros hic potiſſimum diſcere · Vbi enim aut iucundius morarentur, quàm in patria, aut pudicius continerentur, q̃ ſub oculis parentum, aut minore ſumptu, quam domi? quantulum eſt ergo collata pecunia conducere præceptores? quodq́; nunc in habitationes, in uiatica, in ea, quæ peregre emuntur, impendĩtis, adiicere mercedibus, atq; ego, qui nondum liberos habeo, paratus ſum pro Rep· noſtra, quaſi pro filia, uel parente tertiam partem eius, quod conferre uobis placebit, dare· Totum etiam pollicerer, niſi timerem, ne hoc munus meum quandoq; ambitu corrumperetur, ut accidere multis in locis uideo, in quibus præceptores publice conducuntur, huic uitio uno remedio occurri poteſt, ſi parentibus ſolis ius conducẽdi relinquatur· iiſdemq́; religio recte iudicandi neceſſitate collationis addatur· Nam qui fortaſſe de alieno negligentes, certe de ſuo diligentes erunt· dabuntq́; operã ne eam pecuniam non niſi dignus accipiat, ſi accepturus, et ab ipſis erit· proìde conſentite, conſpirate, maioreq́; animum ex meo ſumite, qui cupio eſſe quamplurimum, quod debeam conferre· Nihil honeſtius præſtare liberis ueſtris, nihil gratius patriæ poteſtis· educentur hic, qui hic naſcuntur ſtatimq́; ab infantia natale ſolum amare, frequentare conſueſcant· atq; utinam tam claros præceptores inducatis, ut in finitimis oppidis ſtudia hinc petantur· utq́; nunc liberi ueſtri

aliena in locũ, ita mox alieni in hunc locum cõfluãt. Haec putaui altius, & quaſi à fonte repetenda, quo magis ſcires, quàm gratum mihi foret, ſi ſuſciperes, quod iniungo. iniungo autem, & pro rei magnitudine rogo, ut ex copia ſtudiorum, quae ad te ex admiratione ingenii tui conuenit, circunſpicias praeceptores, quos ſollicitare poſſimus, ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam. omnia enim libera parẽtibus ſeruo. Illi iudicent, illi eligant, ego mihi curam tantum, & impendiũ uindico. Proinde, ſi quis fuerit repertus, qui ingenio ſuo fidat, eat illuc, ea lege, ut hinc nihil aliud certũ, quã fiduciã ſuã ferat. Vale.

C. PL. PATERNO SVO SAL.

Tu fortaſſe orationem, ut ſoles, et flagitas, et expectas, at ego quaſi ex aliqua peregrina, delicataq; merce luſus meos tibi prodo. Accipies cum hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros. quibus nos in uehiculo, in balineo, inter coenam oblectamus, otium temporis his iocamur, ludimus, amamus, dolemus, querimur, iraſcimur, deſcribimus aliquid modo preſſius, modo altius, atq; ipſa uarietate tentamus efficere, ut alia aliis, quaedã fortaſſe omnib. placeant. Ex quibus tamen ſi nõnulla tibi paulo petulantiora uidebũtur, erit eruditionis tuae cogitare ſummos illos, & grauiſſimos uiros, qui talia ſcripſerunt, nõ modo laſciuia rerum, ſed ne uerbis quidem nudis abſtinuiſſe, quae nos refugimus, nõ quia ſeueriores, unde enim? ſed quia timidiores ſumus. Scimus alioq huius opuſculi illam eſſe ueriſſimam legem, quam Ca-

tullus expreſſit·

Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum, uerſiculos nihil neceſſe eſt,
Qui tunc deniq; habent ſalem, et leporem,
Si ſunt molliculi, et parũ pudici·

Ego quanti faciam iudicium tuum, uel ex hoc potes æſtimare, quod malui omnia a te penſitari, quam electa laudari· Et ſane, quæ ſunt commodiſſima, deſinunt uideri, cum paria eſſe cœperunt· Præterea ſapiens, ſubtiliſq; lector debet non diuerſis cõferre diuerſa, ſed ſingula expendere, nec deterius alios putare, quod eſt in ſuo genere perfectũ· Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione uel excuſare, uel commendare ineptias ineptiſſimum eſt· Vnum illud prædicẽdum uidetur, cogitare me has nugas meas inſcribere Hẽdecaſyllabi, qui titulus ſola metri lege conſtringitur· Proinde ſiue epigrãmata, ſiue edullia, ſiue eclogas, ſiue (ut multi) poemata, ſeu quod aliud uocare malueris, licebit uoces· Ego tantum Hẽdecaſyllabos præſto· A ſimplicitate tua peto, quod de libello meo dicturus es aliis, mihi dicas· neq; ẽ difficile, quod poſtulo· Nam ſi hoc opuſculum noſtrum, aut potiſſimũ eſſet, aut ſolum, fortaſſe poſſet durum uideri dicere· quære quod agas, Molle et humanũ eſt· habes quod agas· Vale·

C· PL· FVNDANO SVO ·S·

I quid omnino, hoc certe iudicio facio, quod Aſinium Rufum ſingulariter amo· Eſt homo eximius, & bonorũ amantiſſimus· Cur

enim non me quoq; inter bonos numerem? Idem Cornelium Tacitum, ſcis quem uirum, arcta familiaritate complexus eſt. proinde ſi utrunq; noſtrum probas, de Ruſo quoq; neceſſe eſt idem ſentias, cum ſit ad connectendas amicitias uel tenaciſſimum uinculum morum ſimilitudo. Sunt ei liberi plures. Nam in hoc quoq; functus eſt optimi ciuis officio, quod fœcunditate uxoris large frui uoluit eo ſeculo, quo pleriſq; etiã ſingulos filios orbitatis præmia graueis faciũt, quibus ille deſpectis, aui quoq; nomen adſumpſit. Eſt enim auus et quidem ex Saturio Firmo, quem diliges, ut ego, ſi ut ego propius inſpexeris. Hæc eo pertinent, ut ſcias, quam copioſam, quam numeroſam domum uno beneficio ſis obligaturus, ad quod petendũ, uoto primum, deinde bono quodam omine adducimur. Optamus enim tibi, ominamurq; in proximum annum Conſulatũ. Ita nos uirtus tua et iudicia Principis augurari uolunt. Concurrit autem, ut ſi eodem anno quæſtor maximus ex liberis Ruſi Aſinius Baſſus iuuenis, neſcio an dicã, quod me pater, et ſentire, & dicere cupit, adoleſcentis uerecundia uetat, ipſo patre melior. Difficile eſt, ut mihi de abſente credas, quanquam credere ſoles omnia. tantum in illo induſtriæ, probitatis, eruditionis, ingenii, ſtudii, memoriæ deniq; eſſe, quantum expertus inuenies. Vellem tam ferax ſeculum bonis artibus haberemus, ut aliquos Baſſo præferre deberes. Tum ego te primus hortarer, moneremq;, circũferres oculos, ac diu pẽſitares, quẽ potiſſimum eligeres. Nũc uero, ſed nihil uolo de amico meo adrogantius dicere, hoc ſolum dico, dignũ eſſe iuuenem,

iuuenem, quem more maiorum in filii locum adſumas. Debent autem ſapientes uiri, ut tu, tales, a repub. liberos accipere, quales a natura ſolemus optare. Decorus erit tibi Conſuli quæſtor patre prætorio, propinquis cóſularibus, quibus iudicio ipſorum, quanquam aduleſcentulus adhuc, iam tamen inuicē ornamento eſt. Proinde indulge precibus meis, obſequere conſilio, et ante omnia, ſi feſtinare uideor, ignoſce, primū quia uotis ſuis amor plerunq; præcurrit, deinde, quod in ea ciuitate, in qua omnia, quaſi ab occupantibus aguntur, quæ legitimum tempus expectant, non matura, ſed ſera ſunt. In ſumma, quod rerum, quas adſequi cupias, præſumptio ipſa iucunda eſt. Reuereatur iam te Baſſus ut conſulem. Tu dilige illum, ut quæſtorem. Nos deniq; utriuſq; ueſtrū amātiſſimi, duplici lætitia perfruamur. Etenim cū ſic te, ſic Baſſum diligamus, ut & illum cuiuſcunq;, et tuum quēcunq; quæſtorem in petēdis honoribus omni ope, omni labore, gratia ſimus iuuaturi, perquam iucundum nobis erit, ſi in eundem iuuenem ſtudiū noſtrum et amicitiæ meæ, & conſulatus tui ratio contulerit. ſi deniq; precibus meis tu potiſſimus adiutor acceſſeris, cuius ſenatus et ſuffragio libentiſſime indulgeat, et teſtimonio plurimum credat. Vale.

C. PL. VALERIO PAVLINO SVO. S.

Gaude meo, gaude tuo, gaude etiam publico noīe. Adhuc honor ſtudiis durat, proxime cum dicturus apud Cētumuiros eſſem, adeundi mihi locus, niſi a tribunali, niſi per ipſos iudi-

cies non fuit, tanta ſtipatione cætera tenebantur. Ad hoc quidam ornatus aduleſcẽs, ſciſſis tunicis, ut in frequentia ſolet, ſola uelatus toga, perſtitit, et quidem horis ſeptem. Nam tandiu dixi, magno cum labore, ſed maiore cum fructu. Studeamus ergo, nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienã. Sunt qui audiant, ſunt qui legant, nos modo dignum aliquid auribus, dignum chartis elaboremus.

C. PL. GALLO SVO SAL.

E T admones, et rogas, ut ſuſcipiam abſentis Corelliæ cauſſam contra C. Cæcilium cõſulem deſignatum. Quod admones, gratias ago, quod rogas, queror. admoneri enim debeo, ut ſciam. rogari non debeo, ut faciam, quod mihi nõ facere turpiſſimum eſt. An ego tueri Corelli filiã dubitem? Eſt quidem mihi cum iſto, contra quem me aduocas, non planè familiaritas, ſed tamen amicitia. Accedit huc dignitas hominis, atq; hic ipſe, cui deſtinatus eſt honor. Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia eſt, quod iam illo functi ſumus. Naturale eſt enim, ut ea, quæ quis adeptus eſt, ipſe quamampliſſima æſtimari uelit. Sed mihi cogitanti adfuturum me Corelli filiæ, omnia iſta, frigida, & inania uidentur. Obuerſatur oculis ille uir, quo neminem ætas noſtra grauiorem, ſanctiorem, ſuptiliorem deniq; tulit, quem ego, cum ex admiratione diligere cœpiſſem, quod euenire contra ſolet, magis admiratus ſum, poſtquam penitus inſpexi. Inſpexi enim penitus. nihil a me ille ſecretum non ioculare, nõ ſerium, non triſte, non lætum. Adu-

leſcentulus eram, etiam mihi ab illo honor, atq; etiã audebo dicere reuerentia, ut æquali habebatur · Ille meus in petendis honoribus ſuffragator, & teſtis · ille in inchoandis deductor, & comes · ille in gerendis cõſiliator, & rector · ille deniq; in omnibus officiis noſtris · quanquam & imbecillus, et ſenior, quaſi iuuenis, et ualidus conſpiciebatur · Quantũ ille famæ meæ domi, in publico, quantum etiam apud principem adſtruxit? Nam cum forte de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem ſermo incidiſſet, & pleriq; me laudibus ferrent, pauliſper ſe intra ſilentium tenuit, quod illi plurimum autoritatis addebat, deinde grauitate, quam noras, neceſſe eſt, inquit, parcius laudem Secundum, quia nihil, niſi ex conſilio meo, facit · Qua uoce tribuit mihi, quantum petere uoto, immodicum erat, nihil me facere non ſapientiſſime, cum omnia ex conſilio ſapientiſſimi uiri facerem · Quin etiam moriens, filiæ ſuæ (ut ipſa ſolet prædicare) multos quidem amicos tibi in longiore uita paraui, præcipuos tamẽ Secundũ, & Cornutum · Quod dum recordor intellego mihi laborandũ, ne qua parte uidear hãc de me fiduciam prouidentiſſimi uiri deſtituiſſe · Quare ego uero Corelliæ adero promptiſſime, nec ſubire offenſas recuſabo · quanquam non ſolum ueniã me, uerũ etiam laudem apud iſtum ipſum, a quo, ut ais, noualis fortaſſe ut fœminæ intenditur, arbitror conſecuturum, ſi hæc eadem in actione latius ſcilicet, & uberius, quam epiſtolarum anguſtiæ ſinunt, contigerit mihi uel in excuſationem, uel etiam in commendationem meam dicere · Vale ·

C. PL. ANTONINO SVO S.

Q Vemadmodum magis approbare tibi poſſum, quantopere miror Epigrammata tua græca, quã quod quædam æmulari latine & exprimere tentaui? In deterius quidem accidit hoc primum imbecillitate ingenii mei, deinde inopia, ac potius, ut Lucretius ait, egeſtate patrii ſermonis. Quod ſi hæc, & quæ ſunt latina, & mea, habere tibi aliquid uenuſtatis uidebuntur, quantũ putas ineſſe eis gratiæ, quæ et a te, et græce proferũtur? Vale.

C. PL. HISPVLLAE SVAE S.

C Vm ſis pietatis exemplum, fratremq́; optimum, & amantiſſimum tui pari caritate dilexeris, filiamq́; eius, ut tuam diligas, nec tantum amitæ eius, uerumetiam patris amiſſi effectum repræſentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoueris dignam patre, dignam te, dignã auo euadere. Summum eſt acumẽ, ſumma frugalitas. amat me, quod caſtitatis indicium eſt. Accedit his ſtudium literarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediſcit etiam. Qua illa ſolicitudine, cum uideor acturus, quanto cum egi, gaudio afficatur? Diſponit, qui nuntiẽt ſibi, quem adſenſum, quos clamores excitarim, quem euentum iudicii tulerim. Eadem, ſiquando recito, in proximum diſcreta uelo ſedet, laudesq́; noſtras auidiſſimis auribus excipit. uerſus quidem meos cantat, formatq́; cithara, nõ artifice aliquo docẽte, ſed amore, qui magiſter eſt optimus. His ex cauſſis i ſpem certiſſimam adducor, per-

petuam nobis, maioremq́; in dies futuram eſſe concor diam. Non enim ætatem meam, aut corpus, quæ pau latim occidunt, ac ſeneſcunt, ſed gloriam diligit. Nec aliud decet tuis manibus educatam, tuis præceptis in- ſtitutam, quæ nihil in contubernio tuo uiderit, niſi ſan ctum, honeſtumq́;, Quæ deniq; amare me ex tua præ dicatione conſueuerit. Nam cum matrem meam parẽ tis loco uenerere, me à pueritia ſtatim formare, lauda re, talemq́;, qualis nunc uxori meæ uideor, ominari ſolebas. Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego, quod illam mihi, illa, quod me ſibi dederis, quaſi inuicem elegeris. Vale.

C. PL. MAXIMO SVO SAL.

q Vid ſenſerim de ſingulis libris tuis, notum tibi, ut quenq; perlegerã, feci. Accipe nunc quid de uniuerſis generaliter iudicem. Eſt opus pulchrum, ualidum, acre, ſublime, uarium, ele gans, purum, figuratum, ſpatioſum etiam, & cũ ma- gna tua laude diffuſum. In quo tu ingenii ſimul, dolo risq́; uelis latiſſime uectus es, et horum utrunq; inui- cem adiumento fuit. Nam dolori ſublimitatem, & ma gnificentiam ingenium, ingenio uim, & amaritudinẽ dolor addidit. Vale.

C. PL. VELIO CEREALI SVO. S.

t Riſtem, & acerbum caſum Heluidiarum ſororum, utraq; à partu, utraq; filiam eni xa deceſſit. afficior dolore, (nec tamen ſu- pramodũ doleo,) Ita mihi luctuoſum uidetur, quod puellas honeſtiſſimas in ore primo fœcunditas ab-

ratorē nō minus fortiter· Cœnabat Nerua cū paucis· Veiento proximus, atq; etiā in ſinu recūbebat· Dixi omnia, Cum hominem nominaui· Incidit ſermo de Catulo Meſſalino, qui luminibus orbatus, ingenio ſæuo mala cæcitatis addiderat non uerebatur, nō erubeſcebat, non miſerebatur· ſæpius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca, et improuida feruntur, in optimū quenq; cōtorquebatur· De huius nequitiā, ſanguinariiſq; ſentētiis in commune omnes ſuper cœnam loquebātur· Tum ipſe Imperator· Quid putamus paſſurū fuiſſe, ſi uiueret et Mauricus nobiſcū cœnaret? Longius abii, libens tamen· Placuit agona tolli, qui mores Viēnenſium īfecerat, ut noſter hic omnium· Nam Viennenſium uitia intra ipſos reſidunt, noſtra late uagantur· Vtq; in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur· Vale.

C· PL· POMPONIO BASSO SVO· S·

Agnam cepi uoluptatem, cum ex communibus amicis cognoui, te, ut ſapientia tua dignum eſt, et diſponere ocium, & ferre, habitare amœniſſime, et nunc terra, nunc mari corpus agitare, multum diſputare, multum audire, multum lectitare, cumq; plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere· Ita ſeneſcere oportet uirum, qui magiſtratus ampliſſimos geſſerit, exercitus rexerit, totumq; ſe reip· quā diu decebat, optulerit· Nam et prima uitæ tēpora, et media patriæ, extrema nobis impertire debemus, ut ipſæ leges monent, quæ maiorem

annis·lx·ocio reddunt· Quando mihi licebit? quãdo per ætatẽ honeſtũ erit imitari iſtud pulcherrimæ qe tis exemplum? quando ſeceſſus mei nõ deſidiæ nomẽ, ſed tranquilitatis accipient? Vale·

C.PL·VALENTI SVO·S·

P Roxime cũ apud cẽtũuiros ĩ quadruplici iudicio dixiſſem, ſubit recordatio egiſſe me iuuenẽ, æque ĩ quadruplici· proceſſit animus, ut ſolet, longius·cœpi reputare, quos in hoc iudicio, quos in illo ſocios laboris habuiſſem·Solus erã, qui ĩ utroq; dixiſſem·tãtas cõuerſiones, aut fragilitas mortalitatis, aut fortunæ mobilitas facit· Quidã ex iis, qui tunc egerãt, deceſſerũt, exulãt alii·huic ætas, & ualetudo ſilentium ſuaſit, hic ſponte beatiſſimo ocio fruitur, alius exercitum regit, illum ciuilibus officiis principis amicitia exemit·Circa noſipſos, quàm multa mutata ſunt, ſtudiis proceſſimus, ſtudiis periclitati ſumus·Rurſusq; proceſſimus·profuerunt nobis bonorum amicitiæ, bonorum obfuerunt, iterumq; proſunt·Si computes annos, exiguum tempus·ſi uices rerum, æuum putes· Quod poteſt eſſe documẽto, nihil deſperare, nulli rei fidere, cum uideamus tot uarietates tam uolubili orbe circumagi· Mihi autem familiare eſt, omneis cogitationes meas tecum communicare, iiſdemq; te uel præceptis, uel exẽplis monere, quibus ipſe me moneo, q̃ ratio huius epiſtolæ fuit·Vale.

C·PL· MESIO MAXIMO SVO·S·

S Cripſeram tibi uerẽdum eſſe, ne extractis ſuffragiis uitium aliquod exiſteret; factũ

eſt proximis comitiis, in quibuſdam tabellis multa io cularia, atq; etiam fœda dictu, in una uero pro can didatorum nominibus ſuffragatorum nomina in- uenta ſunt. Excanduit ſenatus, magnoq́; clamore ei, qui ſcripſiſſet iratum principem eſt cōprecatus. ille ta men fefellit, et latuit, fortaſſe etiam iter indignanteis fuit. Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tēpore, tam ſcurriliter ludat? Qui deniq; omnino in ſenatu dicax, et urbanus, et bellus eſt. Tā= tum licentiæ prauis ingeniis adiicit illa fiducia. Quis enim ſciet? popoſcit tabellas, ſtylum accepit, demiſit ca put, neminē ueretur, ſe cōtemnit. Inde iſta ludibria, ſcena, & pulpito digna. Quo te uertas, quæ remedia conquiras? ubiq; uitia remediis fortiora ἀλλὰ ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς, ἄλλῳ μελήσει. Cui multum quotidie uigiliarum, multũ laboris adiicit hæc noſtra iners, ſed tamen effrenata petulantia. Vale.

C. PL. NEPOTI SVO. S.

PEtis, ut libellos meos, quos ſtudioſiſſime cō paraſti, recognoſcendos, emendandosq́; cu= rem, faciam. quid enim ſuſcipere libentius debeo, te præſertim exigente? Nam cum uir grauiſſi= mus, doctiſſimus, diſertiſſimus ſuper hæc occupatiſſi- mus, maximæ prouinciæ præfuturus tanti putes ſcri- pta noſtra circunferre tecum, quantopere mihi proui= dendum eſt, ne te hæc pars ſarcinarum tanquam ſu= peruacua offendat? Adnitar ergo primum, ut comi- tes iſtos quā commodiſſimos habeas, deinde, ut reuer ſus inuenias, quos iſtis addere uelis. Neq; eni medio-

criter me ad noua opera tu lector hortaris. Vale.

C. PL. FALCONI SVO. S.

Ertius dies eſt, quod audiui recitantem Sentium Augurinũ cum ſumma mea uoluptate, immo etiam admiratione (poemata appellat) multa tenuiter, multa ſublimiter, multa uenuſte, multa tenere, multa dulciter, multa cum bile. Aliquot annis puto nihil generis eiuſdem abſolutius ſcriptum, niſi forte me fallit aut amor eius, aut quod me ipſum laudibus uexit. Nã lemma ſibi ſumpſit, quod ego interdum uerſibus ludo. Atq; adeo iudicii mei te iudicem faciam, ſi mihi ex hoc ipſo lemmate ſecũdus uerſus occurrerit, nã cæteros teneo, & iam explicui.

Canto carmina uerſibus minutis
His olim quibus & meus Catullus,
Et Caluus, ueteresq;. Sed quid ad me,
Vnus Plinius eſt mihi priores,
Mauult uerſiculos foro relicto,
Et quærit, quod amet, putatq; amare.
Ille Plinius ille, quod Catones.
I nunc qui ſapias amare noli.

Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expreſſa? Ad hunc guſtum totum librum repromitto, quem tibi, ut primũ publicauerit, exhibebo. Interim ama iuuenem, et temporibus noſtris gratulare pro ingenio tali, quod ille moribus adornat. Viuit cum Spurinna, uiuit cum Antonino, quorum alteri adfinis, utriq; contubernalis eſt. Poſſis ex hoc facere coniecturam, quã ſit emẽdatus aduleſcens, qui a grauiſſimis

ſenibus ſic amatur· Eſt·n illud uerisſimū· γιγνώσκων
ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷς περ ἥδεται ξυνῶν· Vale·

C·PL·SEVERO SVO·S·

Erēnius Seuerus uir doctiſſimus, magni æſti
h mat in bibliotheca ſua ponere imagines
municipum tuorū Cornelii Nepotis et Titi
Caſſii, petitq; ſi ſunt iſtic, ut eſſe credibile eſt, exſcrī
bēdas, pingendaſq; delegem· Quā curam tibi potiſ
ſimū iniūgo, primū, quia deſyderiis meis amiciſſime
obſequeris, deinde, quia tibi ſtudiorū ſumma reuerē
tia, ſummus amor ſtudioſorum, poſtremo, ꝙ patriam
tuam, omneſq;, qui nomē eius auxerūt, ut patriam
ipſam uenerariſ, et diligis· Peto autē ut pictorē quā
diligentiſſimū aſſumas· Nam cum eſt arduū ſimilitu
dinē effingere ex uero, tum longe difficillima eſt imi
tationis imitatio· a qua rogo, ut artificem, quem ele-
geris, ne in melius quidem ſinas aberrare· Vale·

C·PL·ROMANO SVO·S·

Ia tu cum proxime res agentur, quoquo mo
e do ad iudicandum ueni· Nihil eſt, ꝙ in de-
xtram aurem fiducia mei dormias· non im
pune ceſſatur· Ecce Licinius nepos, prætor acer, & for
tis uir, multam dixit etiam Senatori· Egit ille in ſena
tu cauſſam ſuam, egit autem ſic, ut deprecaretur, re
miſſa eſt multa, ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus ue-
nia fuit· dices nō omnes prætores tam ſeueri, falleris·
Nam uel iſtituere, uel reducere eiuſmodi exemplum,
non niſi ſeueri inſtitutum, reductūmue exercere, etiā

leuiſſimi poſſunt. Vale.

C. PL. LICINIO SVRAE SVO. S.

Attuli tibi ex patria mea pro munuſculo quæſtionē altiſſima iſta eruditione digniſſimam. Fons oritur in monte, per ſaxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta. Ibi paululū retētus, in Lariū lacum decidit. huius mira natura. Ter in die ſtatis auctibus, ac diminutionibus creſcit, decreſcitq́;. Cernitur id palā, et cū ſumma uoluptate deprehēditur. Iuxta recūbis, et ueſceris. Atq; etiā ex ipſo fonte (nam eſt frigidiſſimus) potas. interim ille certis, dimenſisq́; momentis uel ſubtrahitur, uel aſſurgit. Annulum, ſeu quid aliud ponis in ſicco, alluitur ſenſim, ac nouiſſime operitur, detegitur rurſus, paulatimq́; deſeritur. Si diutius obſerues utrunq; iterum, ac tertio uideas. Spiritus ne aliquis occultior os fontis, et fauces modo laxat, modo includit, prout in latus incurrit, aut deceſſit expulſus? Quod in ampullis, cæteriſq́; generis eiuſdem uidemus accidere, quibus non hians, nec ſtatim patens exitus. Nā illa quoq; quanquam prona, et uergentia, per quaſdam obluctātes animæ moras crebris quaſi ſingultibus ſiſtūt, quod effundūt. An quæ Oceano natura, fonti quoq;? quáq; ille ratione, aut impellitur, aut reſorbetur, hac modicus hic humor uicibus alternis ſupprimitur, uel geritur? An ut flumina, quæ ī mare deferūtur, aduerſantibus uētis, obuioq́; æſtu retorquētur, ita eſt aliqd, quod huius fontis excurſum per momēta repercutiat? An latētibus uenis certa menſura, quæ dū colli-

git, quod exhauſerat, minor riuus eſt, & pigrior, cũ collegit, agilior, maiorq; profertur? An neſcio quod libramẽtũ abditũ, et cæcũ, quod cũ exinanitũ eſt ſuſcitat & elicit fontem, cũ repletur, moratur, & ſtrãgulat? Scrutare tu cauſſas, potes enim quæ tantũ miraculum efficiunt· mihi abunde eſt, ſi ſatis expreſſi, quod efficiatur· Vale·

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER QVINTVS·

C·PL·SEVERO SVO·S·

Legatum mihi obuenit modicum, ſed ampliſſimo gratius· Cur ampliſſimo gratius? Pomponia Galla exhæredato filio Aſſudio Curiano, hæredem reliquerat me, dederat cohæredes Sertorium Seuerum prætoriũ uirum, aliosq; equites romanos ſplendidos· Curianus orabat, ut ſibi donarem portionẽ meã, ſeq; præiudicio iuuarem, eandem tacita conuentionẽ ſaluam mihi pollicebatur· Reſpondebam non conuenire moribus meis aliud palàm, aliud agere ſecreto· Præterea non eſſe ſatis honeſtum donare et locupleti, et orbo· In ſumma non profuturum ei, ſi donaſſem, profuturum, ſi ceſſiſſem· eſſe autẽ me paratũ cedere, ſi iniq; exhæredatum mihi liqueret· Ad hoc ille· rogo cognoſcas· Cunctatus paulum, faciam inquã · Neq; enim uideo, cur ipſe me minorem putem, quam tibi uideor·

Sed iam nunc memento, non defuturam mihi conſtantiam, ſi ita fides duxerit ſecundum matrem tuã pronuntiãdi· Vt uoles ait. Voles enim quod æquiſſimũ· Adhibui in conſilium duos, quos tunc ciuitas noſtra ſpectatiſſimos habuit, Correlium, et Frontinum· his circundatus, in cubiculo meo ſedi· Dixit Curianus, quæ pro ſe putabat· Reſpondi paucas ego· Neq; enim aderat alius, qui defunctæ pudorem tueretur· Deinde ſeceſſi, et ex cõſilii ſentẽtia, uidetur inquã Curiane mater tua iuſtas habuiſſe cauſſas iraſcẽdi tibi· Poſt hoc ille, cum cæteris ſubſcripſit centumuirale iudicium, mecum non ſubſcripſit· Adpetebat iudicii dies. Cohæredes mei componere, & tranſigere cupiebant, non diffidentia cauſſæ, ſed metu temporum· Verebantur, quod uidebant multis accidiſſe, ne ex centumuirali iudicio capitis rei exirent· Et erant quidam in illis, quibus obiici, & Gratillæ amicitia et Ruſtici poſſet· Rogant me, ut cum Curiano loquar· Cõuenimus in ædem Cõcordiæ· Ibi ego ſi mater inquã te ex parte quarta ſcripſiſſet hæredẽ, num queri poſſes? Quid ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, ut nõ amplius apud te· quàm quarta remaneret? Igitur ſufficere tibi debet, ſi exhæredatus a matre, quartam partem ab hæredibus eius accipias, quam tamen ego augebo · ſcis te non ſubſcripſiſſe mecum, & biennium tranſiſſe, omniaq; me uſucepiſſe. Sed ut te cohæredes mei tractabiliorem experiãtur, utq; tibi nihil abſtulerit reuerentia mei, offero pro mea parte tantundẽ· Tuli fructum nõ cõſcientiæ modo, uerum etiã famæ· ille ergo Curianus legatũ mihi

reliquit,& factum meum(niſi forte blandior mihi) antiquorum notabili honore ſignauit· Hæc tibi ſcripſi,quia de omnibus ,quæ me uel delectant,uel angunt·non aliter tecum,quam mecum loqui ſoleo·De inde,quod durum exiſtimabam,te amantiſſimũ mei fraudare uoluptate,quam ipſe capiebam·Neq; enim ſum tam ſapiens,ut nihil mea interſit,an iis,quæ ho=neſte feciſſe me credo,teſtificatio quædã,et quaſi præmium accedat.Vale·

C·PL· FLACCO SVO·S·

Ccepi pulcherrimos turdos,cum quibus pa
a rem calculũ ponere nec urbis copiis ex Lau
rentino,nec maris tam turbidis tẽpeſtatibus poſſum·recipies ergo epiſtolas ſteriles,& ſimpliciter ingratas,ac ne illam quidem ſolertiam Diomedis in permutando munere imitantes · Sed,quæ facilitas tua hoc magis dabis ueniam,quod ſe non mereri fatentur·Vale·

C·PL· ARISTONI SVO ·S·

Vm plurima officia tua mihi grata,et iucũ
c da ſunt,tum uel maxime quod me cælandũ
non putaſti,fuiſſe apud te de uerſiculis meis multum,copioſumq; ſermonem,eumq; diuerſitate iudiciorum longius proceſſiſſe,extitiſſe etiam quoſdam,qui ſcripta quidem ipſa non improbarẽt,me tamen amice,ſimpliciterq; reprehenderent,q̧ hæc ſcriberem,recitaremq;·Quibus ego,ut augeam meã culpam,ita reſpondeo·facio nonnunquam uerſiculos ſe-

ueros parum facio. nam & comœdias audio, et ſpecto mimos, et Lyricos lego, et Socraticos intellego. aliquando præterea rideo, iocor, ludo, utq; omnia innoxiæ remiſſionis genera breuiter amplectar, hō ſum. Nec uero moleſte fero hanc eſſe de moribus meis exiſtimationem. Vt, qui neſciūt talia doctiſſimos, grauiſſimos, ſanctiſſimos homines ſcriptitaſſe, me ſcribere mirentur. Ab illis autem, quibus notum eſt, quos, quantosq; autores ſequar, facile impetrari poſſe confido, ut errare me, ſed cum illis ſinant, quorum non ſeria modo, uerumetiam luſus exprimere, laudabile eſt. An ego uerear (neminem uiuentium, nequam in ſpeciem adulationis incidam, nominabo.) Sed ego uerear ne me non ſatis deceat, quod decuit M. Tullium. C. Caluum, Aſiniū Pollionem. M. Meſſalam. Q. Hortenſium. M. Brutum. L. Syllam. Q. Catulū. Q. Scæuolam. Ser. Sulpitium, Varronem, Torquatū, immo Torquatos. C. Memmium, Lentulum, Gætulicum, Annæum Senecam et proxime Verginium Rufum, & ſi non ſufficiunt exempla priuata, Diuum Iuliū, Diuum Auguſtum, Diuum Neruam. Ti. Cæſarem. Neronem enim tranſeo, quamuis ſciam, non corrūpi in deterius, quæ aliquādo etiam à malis, ſed honeſta manere, quæ ſæpius à bonis fiūt, inter quos uel præcipue numerandus eſt P. Verglius, Cornelius nepos, & prius Ennius, Acciuſq;. Non quidem hi ſenatores, ſed ſanctitas morum non diſtat ordinibus. Recito tamen. quod illi, an fecerint, neſcio. ſed illi iudicio ſuo poterant eſſe contenti, mihi modeſtior conſtātia eſt, quam ut ſatis abſolutum putem, quod à me probetur

probetur·Itaq; has recitandi cauſſas ſequor·Primum ꝙ ipſe, qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reuerentia intendit, deinde, ꝙ de quibus dubitat, quaſi ex conſilii ſententia ſtatuit· Multa etiam a multis admonetur, & ſi non admoneatur, quid quiſq; ſentiat, perſpicit ex uultu, oculis, nutu, manu, murmure, ſilẽtio· quæ ſatis apertis notis iudicium ab humanitate diſcernunt· Atq; adeo, ſi cui forte eorum qui interfuerunt, curæ fuerit eadem illa legere, intelliget me, quædam aut commutaſſe, aut præteriſſe, fortaſſe etiam ex ſuo iudicio, quamuis ipſe nihil dixerit mihi· Atq; hæc ita diſputo, quaſi populũ in auditorium, non in cubiculum amicos aduocarim, quos plures habere, multis glorioſum, reprehenſioni nemini fuit· Vale·

C·PL· VALERIANO SVO ·S·

r *Es parua, ſed initium non paruum· A uir Prætorius Solers, a ſenatu petiit, ut ſibi iſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur· Contradixerunt Veſcetinorum legati, adfuit Tuſcilius Nominatus, dilata cauſſa eſt, alio ſenatu· Veſceti ni ſine aduocato intrauerunt·dixerunt ſe deceptos, lapſi ne uerbo, an quia ita ſentiebant· Interrogati à Nepote prætore, quem docuiſſent·reſponderunt, quẽ prius· Interrogati, an tunc gratis adfuiſſet· reſponderunt, Sex millibus nummum·an rurſus aliquid dediſſent·dixerũt mille denarios·Nepos poſtulauit, ut Nominatus induceretur·Hactenus illo die·Sed quantum auguror longius res procedet· Nã pleraq; tacita tã=*

tum,& omnino commota, latiſſime ſerpunt· Erexi aureis tuas, quandiu nunc oportet, quam blande roges, ut reliqua cognoſcas, ſi tamen non ante ob hæc ipſa ueneris Romam, ſpectatorq́; malueris eſſe, quam lector· Vale·

C·PL· MAXIMO SVO ·S·

n Vntiatur mihi·C·Fannium deceſſiſſe, qui nũtius graui me dolore confudit· primum, quod amaui hominem elegantem, & diſertum, deinde, quod iudicio eius uti ſolebam· Erat enim natura acutus, uſu exercitatus· ueritate propiſſimus· Angit me ſuper iſta, caſus ipſius· Deceſſit ueteri teſtamẽto· omiſit quos maxime diligebat, proſecutus eſt, q̄bus offenſior erat· Sed hoc utcunq; tolerabile, grauius illud, quod pulcherrimũ opus imperfectũ reliquit· Quamuis enim agendis cauſſis diſtringeretur, ſcribebat tamen exitus occiſorum, aut relegatorum á Nerone, & iam treis libros abſoluerat ſubtileis, et diligenteis, et Latinos· atq; inter ſermonem, hiſtoriamq́; medios· Ac tanto magis reliquos perficere cupiebat, quanto frequentius hi lectitabantur· Mihi autem uidetur acerba ſemper, et immatura mors eorum, qui ĩmortale aliquid parant· Nam qui uoluptatibus dediti, quaſi in diem uiuunt, uiuendi cauſſas quotidie finiunt, qui uero poſteros cogitant, et memoriam ſuĩ operibus extendunt, his nulla mors nõ repentina eſt, ut quæ ſemper inchoatum aliquid abrumpat· Caius quidem Fannius, quod accidit, multo ante præſenſit· Viſus eſt ſibi per nocturnã quietem iacere in lectu-

lo ſuo compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcriniũ (ita ſolebat·) Mox imaginatus eſt ueniſſe Neronem, in toro ſediſſe· prompſiſſe primum librum, quem de ſceleribus eius ediderat, eumq; ad extremũ reuoluiſſe· idem in ſecundo, ac tertio feciſſe· tunc abiſſe· expauit· & ſic interpretatus eſt, tanquam idem ſibi futurus eſſet ſcribēdi finis, qui fuiſſet illi legendi, et fuit idem· Quod me recordantē miſeratio ſubit, quãtum uigiliarum, quãtum laboris exhauſerit fruſtra· occurſant animo mea mortalitas, mea ſcripta· Nec dubito te quoq; eadem cogitatione terreri pro iſtis, quæ inter manus habes· Proinde dum ſuppetit uita, enitamur, ut mors quampauciſſima, quæ abolere poſſit, inueniat· Vale·

C·PL· APOLLINARI SVO ·S·

a Maui curam, et ſolicitudinem tuam, quod cum audiſſes me æſtate Tuſcos meos petiturum, ne facerem, ſuaſiſti, dum putas inſalubres· Eſt ſanè grauis, et peſtilens ora Tuſcorũ, quæ per litus extēditur· Sed hi procul à mari receſſerũt· quinetiã Apennino ſaluberrimo montiũ ſubiacent· Atq; adeo, ut omnē pro me metũ ponas, accipe tēperiē cœli, regionis ſitum, uillæ amœnitatē, quæ et tibi audìtu, et mihi relatu iucunda erunt· Cœlum eſt hyeme frigidum, & gelidum· myrtos, oleas, quæq; alia æſtiuo tēpore lætantur, aſpernatur, ac reſpuit· Laurum tamen patitur, atq; etiam nitidiſſimam profert· interdum, ſed non ſæpius, quàm ſub urbe noſtra, necat· Aeſtatis mira clementia· ſemper aer ſpiritu ali-

quo mouetur, frequentius tamen auras, quàm uentos habet, hinc ſenes multi uideas auos, proauosq;. Iam iuuenũ audias fabulas ueteres, ſermonesq; maiorũ. Cũq; ueneris illò, putes alio te ſeculo natũ. Regionis forma pulcherrima. imaginare Amphitheatrum aliquod immenſum, et quale ſola rerum natura poſſit effingere. Lata, et diffuſa planicies montibus cingitur. Montes ſumma ſui parte procera nemora, & antiqua habent. frequens ibi, & uaria uenatio. Inde cæduæ ſyluæ cum ipſo monte deſcendunt, has inter pingues, terrenıq; colles, (neq; enim facile uſquã ſaxum, etiam ſi quæratur, occurrit,) planiſſimis cãpis fertilitate non cedunt, opimamq; meſſem ſerius tãtum, ſed non minus percoquunt. Sub his per latus omne uineæ porriguntur. Vnamq; faciem longe, lateq; contexunt. Quarum à fine, imoq;, quaſi margine arbuſta naſcuntur. prata inde, campiq;. Campi, quos non niſi ingentes boues, et fortiſſima aratra perfringunt, tantis glebis tenaciſſimum ſolum cum primum proſecatur, aſſurgit, ut nono demum ſulco perdometur. Prata florida, & gemmea. trifolium, aliaſq; herbas, teneras ſemper et molles, et quaſi nouas alunt. Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur. Sed ubi aquæ plurimum, palus nulla, quia deuexa terra, quidquid liquoris accepit, nec abſorbuit effundit in Tyberim. Medios ille agros ſecat. nauium patiens, omneſq; fruges deuehit in urbem, hyeme dũtaxat, & Vere. æſtate ſummittitur, immenſiq; fluminis nomen arenti alueo deſerit, Autumno reſumit. Magnã capies uoluptatem, ſi hũc regionis ſitum ex mõte pro-

ſpexeris·Neq; enim terras tibi, ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictam uideberis cerne re, ea uarietate, ea deſcriptione, quocunq; inciderint oculi, reficientur·Villa in colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo, ita leuiter, et ſenſim cliuo fallente conſurgit, ut cum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe·A tergo Appenninum, ſed longius habet·Accipit ab hoc auras quanlibet ſereno, et placido die, non tamen acres, et immodicas, ſed ſpatio ipſo laſſas, & infractas·magna ſui parte meridiē ſpectat, æſtiuū́q; ſolem ab hora ſexta, hybernum aliquanto maturius, quaſi inuitat in porticum latam, et pro modo longā·Multa in hac membra, atrium etiam ex more ueterum·ante porticum Xyſtus conciſus in plurimas ſpecies, diſtinctuśq; buxo, demiſſus inde, pronuśq; puluinus, cui beſtiarum effigies inuicem aduerſas buxus iſcripſit·Acanthus in plano mollis, & penè dixerim liquidus·ambit hunc ambulatio preſſis, ua rieq; tonſis uiridibus ĩcluſa·ab his geſtatio in modū circi, quæ buxum multiformē, humileśq;, et retentas manu arbuſculas circūit·omnia maceria muniūtur, hác gra data buxus operit, & ſubtrahit·Pratum inde nō minus natura, quam ſuperiora illa, arte uiſendum·Cāpi deinde·porro multáq; alia prata et arbuſta·A capite porticus Triclinium excurrit, ualuis Xyſtum deſinentem, & protinus pratum, multuḿq; ruris uidet feneſtris·Hac latus Xyſti, et quod proſilit uillæ, ac adiacētis hippodromi nemus, comaśq; proſpectat·Cōtra mediam ferè porticum diæta paulū recedit, cingit areolam, quæ quatuor platanis inumbratur, In-

ter has marmoreo labro aqua exūdat, circūiectasq́; platanos, et ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. Eſt in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſonum excludit, iunctaq́; ei quotidiana, amicorumq́; cœnatio. Areolam illam porticus alia, eademq́; omnia, quæ porticus, aſpicit. Eſt et aliud cubiculum à proxima platano, uiride, et umbroſum, marmore excultum podio tenus, nec cedit gratiæ marmoris, ramos, inſidētesq́; ramis aueis imitata pictura, fonticulus. In hoc fonte crater, circa ſipunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur. In cornu porticus ampliſſimum cubiculum triclinio occurrit, aliis feneſtris xyſtum, aliis deſpicit pratum. Sed ante piſcinam, quæ feneſtris ſeruit, ac ſubiacet, ſtrepitu, uiſuq́; iucunda. Nam ex edito deſiliens aqua, ſuſcepta marmore albeſcit. Idem cubiculum hyeme tepidiſſimum, quia plurimo ſole perfunditur. Cohæret hypocauſton, et ſi dies nubilus, immiſſo uapore, ſolis uicē ſupplet. Inde apodyterium Balinei laxū, et hilare, excipit cælla frigidaria, in qua baptiſteriū amplum atq; opacū. Si natare latius, aut tepidius uelis, in proximo puteus, ex quo poſſis rurſus aſtringi, ſi pœniteat teporis, frigidariæ cællæ cōnectitur media, cui ſol benigniſſime præſto eſt caldariæ magis, prominet enim. in hac tres deſcenſiones. duæ in ſole, tertia a ſole. Nō longius, apodyterio, ſuperpoſitū eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluresq́; circulos capit. Nec procul à balineo ſcalæ, quæ in cryptoporticum ferunt, prius ad diætas tres. harum alia areolæ illi, in qua platani quatuor, alia prato, alia uineis

iminent, diuerſasq; cœli partes, ut proſpectus habet: in ſumma cryptoporticu cubiculum ex ipſa cryptoporticu excaſum, quod hippodromum, uineas, montes intuetur. Iungitur cubiculum obuium ſoli maxime hyberno. hinc oritur diæta, quæ uillæ hippodromum adnectit. hæc facies, hic uſus a fronte. A latere æſtiua cryptoporticus in edito poſita, quæ non aſpicere uineas, ſed tangere uidetur. In media Tricliniũ ſaluberrimum afflatum ex Appenninis uallibus recipit. Poſt, latiſſimis feneſtris uineas, ualuis æque uineas, ſed per cryptoporticum quaſi admittit a latere Triclinii, quod feneſtris caret. Scalæ conuiuio utilia, ſecretiore ambitu ſuggerunt. In fine cubiculum, cui nõ minus iucundum proſpectum cryptoporticus ipſa, quam uineæ præbent. Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ ſimilis, æſtate, icluſo frigore riget, cõtentáq; aere ſuo nec deſyderat auras, nec admittit. poſt utrãq; cryptoporticum, unde triclinium deſinit, icipit porticus, ante medium diem, hyberna, inclinato die, æſtiua. hac adeuntur diætæ duæ, quarum in altera cubicula quatuor, altera tria, ut circuit ſol, aut ſole utũtur, aut umbra. Hanc diſpoſitionem, amœnitatemq́; tectorum late, lõgéq; præcedit hippodromus, medius pateſcit, ſtatimq́; intrantiũ oculis totus offertur, platanis circuitur. Illæ hedera ueſtiuntur. utq́; ſummæ ſuis, ita imæ alienis frõdibus uirent. Hederá truncũ et ramos pererrat, uicinasq́; platanos tranſitu ſuo copulat. has buxus, interiacet. Exteriores buxos circũuenit Laurus, Vmbræq; platanorum ſuam confert. Rectus hic hippodromi limes, in extrema parte he-

micyclio frāgitur,mutatq; faciem,cupreſſis ambitur,
et tegitur denſiore umbra.opacior,nigriorq; īteriori
bus circulis(ſunt enim plures.)puriſſimum diem reci
pit·Inde etiam roſas effert,umbrarumq; frigus non
ingrato ſole diſtinguit·Finito uario illo, multiplicíq;
curuamine recto limiti redditur,nec huic uni· Nam
uiæ plures intercedentibus buxis,diuiduntur , alibi
pratulum,alibi ipſa buxus īteruenit in formas mille
deſcripta,literis interdum,quæ modo nomen domini
dicunt,modo artificis,alternis metulæ ſurgunt,alter-
nis inſerta ſunt poma,et in opere urbaniſſimo ſubita
uelut illati ruris imitatio,medium in ſpacium bre-
uioribus utrinq; platanis adornatur·Poſt has acan-
thus hinc,inde lubricus, et flexuoſus,deinde plures
figuræ,pluráq; nomina·in capite ſtibadium candi-
do marmore,uite protegitur·Vitem quatuor columel
læ caryſtiæ ſubeunt·E ſtibadio aqua uelut expreſſa
cubantium pondere , ſipunculis effluit, cauato lapi=
de ſuſcipitur,gracili marmore continetur,atq; ita oc=
culte temperatur,ut impleat,nec redundet· Guſtato
rium,grauiorq; cœnatio margini īponitur,leuior na-
uicularum & auium figuris innatans circuit,contra
fons egerit aquam,et recipit,nam expulſa in altum
in ſe cadit,iunctiſq; hiatibus et abſorbetur,et tollitur
è regione ſtibadii aduerſum cubiculum tantum ſtiba
dio reddit ornatus,quantum accipit ab illo· a marmo
re ſplendet,ualuis in uiridia prominet,et exit, alia
uiridis ſuperioribus,īferioribuſq; feneſtris ſuſpicit,
deſpicitq; ·Mox diætula refugit quaſi ī cubiculū idē,
atq; aliud·lectus hic,et undiq; feneſtræ,et tamen lu=

men obſcurum umbra premente· Nam lætiſſima uitis per omne tectum in culmen nititur, et aſcendit· Nõ ſecus ibi, quàm in nemore iaceas, imbrẽ tantum tanquam in nemore non ſentias· hic quoq; fons naſcitur, ſimulq́; ſubducitur· Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore, quæ ambulatione feſſos, ut cubiculũ ipſum iuuant, fonticuli ſedilibus adiacent, per totũ hippodromum inductis fiſtulis ſtrepunt riui, et qua manus duxit, ſequuntur· his nunc illa uiridia, nunc hæc, interdum ſimul omnia iuuantur· Vitaſſem iam dudum, ne uiderer argutior, niſi propoſuiſſem omnes angulos tecum epiſtola circumire· Neq; enim uerebar· ne laborioſum eſſet legenti tibi, quod uiſenti, non fuiſſet, præſertim cum interquieſcere, ſi liberet, depoſitaq́; epiſtola, quaſi reſidere ſæpius poſſes· præterea indulſi amori meo· amo enim, quæ maxima ex parte ipſe ichoaui, aut inchoata percolui· In ſumma (cur enim non aperiam tibi uel iudicium meum, uel errorem?) Primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat, atq; identidem interroget ſe, quid cœperit ſcribere, ſciatq́;, ſi materiæ immoratur, non eſſe longum, longiſſimum, ſi aliquid accerſit, atq; attrahit· Vides, quot uerſibus Homerus, quot Vergilius arma, hic Aeneæ, Achillis ille deſcribat, breuis tamẽ uterq; eſt, q̃a facit quod inſtituit· Vides, ut Aratus minutiſſima etiam ſydera conſectetur, & colligat modum tamẽ ſeruat· Non enim excurſus hic eius, ſed opus ipſum eſt. Similiter nos, ut parua magnis, cum totam uillam oculis tuis ſubiicere conamur, ſi nihil inductum, & quaſi deuium loquimur, non epiſtola,

quæ deſcribit, ſed uilla, quæ deſcribitur magna eſt· Verum illuc, unde cœpi· ne ſecundum legem meam iure reprehendar, ſi longior fuero in hoc, in quod exceſſi· habes cauſſas cur ego Tuſcos meos Tuſculanis Tyburtinis, Præneſtinisq; meis præponam· Nam ſuper illa, quæ retuli, altius ibi ocium, et pinguius, eoq; ſecurius, nulla neceſſitas togæ· nemo accerſitor ex proximo· Placida omnia, & quieſcentia, quod ipſum ſalubritate regionis, ut purius cœlum, ut aer liquidior accedit, ibi animo, ibi corpore maxime ualeo· Nam ſtudiis animum, uenatu corpus exerceo· Mei quoq; nuſquam ſalubrius degunt, uſq; adhuc certe neminem ex iis, quos eduxeram mecum (uenia ſit dicto) ibi amiſi· Dii modo in poſterum hoc mihi gaudium, hanc gloriam loco ſeruent. Vale.

· C·PL· CALVISIO SVO ·S·

Nec hæredem iſtitui, nec præcipere poſſe Rēpu· conſtat· Saturninus autem, qui nos reliquit hæredes quadrantem Reip, noſtræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit· hoc, ſi ius aſpicias, irritum, ſi defuncti uoluntatē, ratum et firmum eſt· Mihi autem defuncti uoluntas (uereor quam in partem Iuriſconſulti, quod ſum dicturus, accipiant,) antiquior iure eſt, utiq; in eo, quod ad communem patriam uoluit peruenire, an cui de meo, Seſtertium ſedecies cōtuli, huic quadringentorum millium paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegem· Scio te quoq; à iudicio meo non abhorrere, cum eandem Remp· ut ciuis optimus diligas· Velim ergo, cum proxime decurio-

nes contrahentur, quid ſit iuris, indices, parce tamen,
& modeſte, deinde ſubiungas nos quadringenta mil
lia offerre ſicut præceperit Saturninus· illius hoc mu
nus, illius liberalitas noſtrum tantum obſequium uo
cetur· hæc ego ſcribere publice ſuperſedi· primum,
quod memineram pro neceſſitudine amicitiæ noſtræ,
pro facultate prudentiæ tuæ et debere te, et poſſe perī
de meis, ac tuis partibus fungi, deinde, quia uerebar
ne modum quem tibi in ſermone cuſtodire facile eſt,
tenuiſſe in epiſtola non uiderer· Nam ſermonem uul
tus, geſtus, uox ipſa moderatur, epiſtola omnibus cō
mendationibus deſtituta malignitati interpretantium
exponitur· Vale·

C·PL· CAPITONI SVO·S·

Vades, ut hiſtoriam ſcribam, et ſuades nō
ſolus, multi hoc me ſæpe monuerunt, et ego
uolo, non quia commode facturum eſſe con=
fido (id enim temere credas, niſi expertus) Sed quia
mihi pulchrum in primis uidetur, non pati occidere,
quibus æternitas debeatur, aliorumq; famam cū ſua
extēdere· Me autē nihil æque, ac diuturnitatis amor
et Cupido ſolicitat, res eo homine digniſſima, præſer
tim qui nullius ſibi conſcius culpæ, poſteritatis memo
riā nō reformidet, Itaq; diebus, ac noctibus cogito, ſi-
qua me quoq; poſſim tollere humo· Id enim uoto meo
ſufficit, illud ſupra uotum, uictorq; uirum uolitare
per ora, quanquam o· Sed hoc ſatis eſt, quod prope
ſola hiſtoria polliceri uidetur. orationi enim, et carmi
ni, eſt parua gratia niſi eloquentia eſt ſumma· hiſto-

ria quoquo modo ſcripta delectat. Sunt enim homines natura curioſi, & quálibet nuda, rerum cognitione capiuntur, ut qui ſermũculis etiam, fabellisq; ducantur. me uero ad hoc ſtudium impellit domeſticum quoq; exemplum. Auonculus meus, idemq; per adoptionem, pater, hiſtorias, et quidẽ religioſiſſime ſcripſit. Inuenio autem apud ſapienteis, honeſtiſſimum eſſe, maiorũ ueſtigia ſequi, ſi modo recto itinere præceſſerint. Cui ergo cunctor? Egi magnas, & graueis cauſſas. Has (etiam ſi mihi tenuis ex eis ſpes) deſtino retractare, ne tantus ille labor meus, niſi hoc, quod reliquum eſt ſtudii, addidero, mecum pariter intercidat. Nam ſi rationem poſteritatis habeas, quidquid non eſt peractum, pro non inchoato eſt, dices. potes ſimul et reſcribere actiones, et cõponere hiſtoriam. Vtinã. Sed utrunq; tam magnum eſt, ut abunde ſit alterum efficere. Vndeuiceſimo ætatis anno dicere in foro cœpi, et nũc demum, quid præſtare debeat orator, adhuc tamen per caliginẽ uideo. quid ſi huic oneri nouum acceſſerit. habet quidem oratio & hiſtoria multa communia, ſed plura diuerſa in his ipſis, quæ communia uidentur. Narrat illa, narrat hæc. ſed aliter. huic pleraq; humilia, et ſordida, et ex medio petita. illi omnia recondita, ſplendida, excelſa conueniunt. hanc ſæpius oſſa, muſculi, nerui, illam tori quidam, et quaſi tubæ decent. Hæc uel maxime ui, amaritudine, inſtantia, illa tractu, et ſuauitate, atq; etiã dulcedine placet. Poſtremo alia uerba, alius ſonus. alia cõſtructio. Nam plurimum refert, ut Thucydides ait, κτῆμα ſit, an ἀγώνισμα, quorum alterum oratio, al-

terum hiſtoria eſt· his ex cauſſis non adducor, ut duo diſſimilia, et hoc ipſo diuerſa, ꝙ maxima confundã, miſceamq́;, ne tanta quaſi colluuione turbatus, ibi faciam, quod hic debeo· Ideoq; interim ueniam (ut ne a forenſibus uerbis recedam) aduocandi peto· Tu tamen iam nunc cogita, quæ potiſſimum tempora adgrediar. Vetera et ſcripta aliis, parata ĩquiſitio, ſed oneroſa collatio· intacta, et noua, graues offenſæ, leuis gratia· Nam præterii, ꝙ in tantis uitiis hominũ, plura culpanda ſunt, quã laudanda, tum ſi laudaueris parcus, ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris· quãuis illud pleniſſime· hoc reſtrictiſſime feceris· ſed hæc me non retardant· eſt enim mihi pro fide, ſatis animi· Illud peto præſternas, ad quod hortaris, eligasq́; materiam, ne mihi iam ſcribere parato, alia rurſus cũctationis, et more iuſta ratio naſcatur· Vale·

C·PL· SATVRNINO SVO·S·

u Arie me adfecerũt literæ tuæ· nam partim læta, partim triſtia continebant· Læta, ꝙ te in urbe teneri nuntiabant, nollem, inquis, ſed ego uolo, præterea, quod recitaturũ ſtatim, ut ueniſſem, pollicebãtur· Ago gratias, quod expector, Triſte illud, quod Iulius Valens grauiter iacet, quanq̃ ne hoc quidẽ triſte, ſi illius utilitatibus æſtimetur, cuius ĩtereſt quãmaturiſſime iexplicabili morbo liberari· Illud planè nõ triſte ſolum, uerum etiã luctuoſum, quod Iulius Auitus deceſſit, dũ ex quæſtura redit, deceſſit aũt in naui procul a fratre amãtiſſimo, procul a matre, a ſororibus, nihil iſta ad mortuũ pertinẽt,

ſed pertinuerunt, cum moreretur. pertinent ad hos, qui ſuperſunt, iam quidē in flore primo tantæ idolis iuuenis extinctus eſt, ſumma cōſecuturus, ſi uirtutes eius maturuiſſent, quo ille ſtudiorum amore flagrabat? quantum legit? quantum etiam ſcripſit? quæ nunc omnia cum ipſo ſine fructu poſteritatis abierunt. Sed quid ego indulgeo dolori, cui ſi frenos remittas, nulla materia non maxima eſt. finem epiſtolæ faciam, ut facere poſſim etiam lacrymis, quas epiſtola expreſſit. Vale.

C. PL. ANTONINO SVO. S.

Cum uerſus tuos æmulor, tum maxime, quã ſint boni, experior. Vt enim pictores pulchram, abſolutamq́; faciem raro, niſi in peius effingunt, ita ego ab hoc archetypo labore decido. Quo magis hortor, ut quamplurima proferas, quæ imitari omnes concupiſcant, nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

C. PL. TRANQVILLO SVO. S.

Libera tandem Hendecaſyllaborum meorum fidem, qui ſcripta tua cōmunibus amicis ſpoponderunt. appellantur quotidie, & flagitantur, ac iam periculum eſt, ne cogãtur ad exhibendum formulam accipere. Sum et ipſe in edēdo hæſitator, tu tamen meam quoq; cunctationem, tarditatemq́; uiciſti. Proinde, aut rumpe iam moras, aut caue, ne eoſdem illos libellos, quos tibi Hendecaſyllabi noſtri blãditiis elicere nō poſſunt, conuitio ſcazon-

tes extorqueant· perfectum opus, abſolutū́q; eſt, nec iam ſplendeſcit lima, ſed atteritur· patere me uidere titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi, uenire uolumina Trā quilli mei· æquum eſt, nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te uoluptatē, qua tu perfrueris ex nobis· Vale·

C·PL·FABATO PROSOCERO SVO·S·

r Ecepi literas tuas, ex quibus cognoui ſpecioſiſſimā te porticum ſub tuo, filiiq; tui noīe dedicaſſe, ſequēti die in portarū ornatū pecuniam promiſiſſe, ut initiū nouæ liberalitatis eſſet conſumatio prioris· gaudeo primum tua gloria, cuius ad me pars aliqua pro neceſſitudine noſtra redūdat· Deinde, ꝙ memoriam Soceri mei pulcherrimis operibus uideo proferri· Poſtremo, ꝙ patria noſtra floreſcit, quam mihi a quocunq; excoli iucundum, a te uero lætiſſimum eſt· Quod ſupereſt, deos precor, ut animum iſtum tibi, animo iſti tempus quā longiſſimum tribuant· Nam liquet mihi futurū, ut peracto, quod proxime promiſiſti, inchoes aliud· Neſcit enim ſemel incitata liberalitas ſtare, cuius pulchritudinem uſus ipſe cōmendat· Vale·

C·PL·SCAVRO SVO·S·

r Ecitaturus oratiunculam, quam publicare cogito, aduocaui aliquos, ut uererer paucos, ut uerum audirē· Nam mihi duplex ratio recitādi· Vna, ut ſolicitudinē īcendar, altera, ut admonear, ſiquid forte me, ut meum fallit, tuli quod

petebam, inueni, qui mihi copiam conſilii ſui faceret. Ipſe præterea quædã emendãda annotaui. emendaui librum, quem miſi tibi. materiam ex titulo cognoſces, cætera liber explicabit, quẽ iam nunc oportet cõſueſcere, ut ſine præfatione itelligatur. Tu uelim qd de uniuerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Ero enim uel cautior in continendo, uel conſtantior in edendo, ſi huc, uel illuc autoritas tuã acceſſerit. Vale.

C. PL. VALERIANO SVO S.

ET tu rogas, et ego promiſi, ſi rogaſſes, ſcripturum me tibi, quem habuiſſet euẽtum poſtulatio Nepotis circa Tuſcilium Nominatum. iductus eſt Nominatus, egit ipſe pro ſe nullo accuſante. etenim legati Vicetinorũ, nõ modo nõ preſſerunt eum, uerum etiam ſubleuauerunt. ſumma defenſionis, non fidem ſibi in aduocatione, ſed conſtantiam defuiſſe, deſcendiſſe ut acturum, atq; etiã in curia uiſum. deide ſermonibus amicorũ perterritũ. receſſiſſe monitũ enim, ne deſyderio Senatoris nõ iã quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, præſertim in Senatu repugnaret, alioqui maiorem inuidiam, quam proxime paſſurus erat. Sane prius tamen a paucis adclamatũ exeunti. ſubiunxit preces, multumq; lacrymarũ. quin etiam tota actione homo in dicendo exercitatus operã dedit, ut deprecari magis (id enim et fauorabilius et tutius) quàm defendi uideretur. Abſolutus eſt ſententia deſignati conſulis Afrani Dextri, cuius hæc ſumma. Melius quidem Nominatum fuiſſe facturum, ſi cauſſam

cauſſam Vercetiorum eodem animo, quo ſuſceperat pertuliſſet, quia tamen in hoc genus culpæ non fraude incidiſſet, nihil'q; dignum animaduerſione admiſiſſe conuinceretur, liberandum ita, ut Vercetinis, quod acceperat, redderet. Aſſenſerũt omnes, præter Flauium Aprũ. Is interdicẽdum ei aduocationibus in quinquennium cenſuit, & quamuis neminem autoritate traxiſſet, conſtanter in ſententia manſit. quin etiam Dextrum, qui primũ diuerſum cenſuerat, prolata lege de ſenatu habẽdo, iurare coegit è Rep. eſſe, quod cenſuiſſet, cui quanquam legitime poſtulationi, a quibuſdam reclamatum eſt. exprobrare enim cenſenti ambitionem uidebatur. ſed priuſquã ſententiæ dicerentur, Nigrinus tribunus plebis recitauit libellum diſertum, et grauem, quo queſtus eſt uenire aduocationes, uenire etiã præuaricationes, in lites coiri, et gloriæ loco poni, ex ſpoliis ciuium magnos, et ſtatos reditus. recitauit capita legum, admonuit ſenatuſconſultorum, in fine dixit petendũ ab optimo principe, ut quia leges, quia ſenatuſconſulta contemnerentur, ipſe tantis uitiis mederetur. pauci dies, & liber principis ſeuerus, & tamen moderatus. leges ipſum. eſt in publicis actis. Quã me iuuat, ꝙ in cauſſis agẽdis non modo pactione, dono, munere, uerũ etiam Xeniis ſemper abſtinui. oportet quidem, quæ ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda uitare. Iucundum tamen ſi prohiberi publice uideas, quod nũquam tibi ipſe permiſeris. Erit fortaſſe, immo nõ dubie, huius propoſiti mei et minor laus, et obſcurior fama, cum omnes ex neceſſitate facient, quod ego ſponte

faciebam·interim fruor uoluptate, cum alii diuinum me, alii meis rapinis, meæ auaritiæ occurſum per ludum, ac iocum dictitant· Vale·

C·PL·PONTIO SVO·S.

Eceſſeram in municipium, cum mihi nun-
1 tiatū eſt, Cornutū Tertullū accepiſſe Aemi-
liæ uitæ curā· Exprimere nō poſſum, quanto ſim gaudio adfectus, et ipſius, et meo nomine· Ipſius, ꝙ ſit licet, ſicut eſt, ab omni ambitione longe remotus, debet tamen ei iucundus eſſe honor ultro datus, Meo, ꝙ aliquanto magis me delectat mandatum mihi officiū poſt, quā par Cornuto datum uideo· neq; enim augeri dignitate, quàm æquari bonis gratius· Cornuto autem quid melius? quid ſanctius? quid omni genere laudis ad exēplar antiqtatis expreſſius? quod mihi cognitū eſt nō fama, qua alioqui optima et meritiſſima fruitur, ſed lōgis, magniſq; experimētis· undè diligimus, undè dileximus oēis ferè, quos ætas noſtra utroq; ſexu æmulandos tulit, quæ ſocietas amicitiarum arctiſſima nos familiaritate coniunxit· Acceſſit uinculum neceſſitudinis publicæ· Idē enim mihi, ut ſcis, collega, quaſi uoto petitus, in præfectura ærarii fuit, fuit et in conſulatu· tum ego, qui uir, et quantus eſſet, altiſſime inſpexi, cum ſequerer, ut magiſtrum, ut parentem uererer, quod non tam ætatis maturitate, q̄ uitæ merebatur· His ex cauſſis, ut illi, ſic mihi gratulor, nec priuati magis, quàm publice, ꝙ tandem homines non ad pericula, ut prius, uerū ad honores uirtute perueniunt· In infinitum epiſtolā ex-

tendam, ſi gaudio meo indulgeam. Præuertor ad ea, quæ me agentem hic nuntius deprehendit. eram cum proſocero meo, eram cũ amita uxoris, eram cũ amicis diu deſyderatis, circũibam agellos, audiebam multum ruſticarum querelarum, rationes legebam inuitus et curſim (aliis enim chartis, aliis ſum literis initiatus) cœperam etiam itineri me præparare. nam includor anguſtiis cõmeatus, eoq; ipſo, ꝙ delegatũ Cornuto audio officium, mei admoneor. Cupio te quoq; ſub idem tempus Campania tua remittat, nequis, cũ in urbẽ rediero, cõtubernio noſtro dies pereat. Vale.

C. PL. MARCELLINO SVO .S.

t Riſtiſſimus hæc tibi ſcribo. Fundani noſtri filia minore defuncta, qua puella nihil unquã feſtiuius, amabilius, nec modo lõgiore uita, ſed prope immortalitate dignius uidi. Nondũ annos quatuordecim impleuerat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat, & tamen ſuauitas puellaris cum uirginali uerecundia. ut illa patris ceruicibus inhærebat? ut nos amicos paternos et amanter, et modeſte cõplectebatur? ut nutrices, et pedagogos, ut præceptores pro ſuo quẽq; officio diligebat? quã ſtudioſe, quã intellegẽter lectitabat? Vt parce, cuſtoditeq; ludebat? qua illa temperantia, qua patientia, qua etiam conſtantia nouiſſimam ualetudinem tulit? medicis obſequebatur, ſororem, patrẽ adhortabatur, ipſamq; ſe deſtitutam corporis ſui uiribus uigore animi ſuſtinebat, durauit hic illi uſq; ad extremum, nec aut ſpatio ualetudinis, aut metu mor-

tis īfractus eſt, quo plureis, grauioreisq́; nobis cauſſas relinqueret, et deſyderii, et doloris· O triſte planè, acerbumq́; funus, morte ipſa mortis tempus indignius· Iam deſtinata erat egregio iuueni· Iam electus nuptiarum dies, Iam nos uocati· Quod gaudiū, quo mœrore mutatum eſt? Non poſſum exprimere uerbis, quantum animo uulnus acceperim, cum audiui Fundanum ipſum, ut multa, luctuoſa dolor īuenit, præcipientem, quod in ueſteis, margaritas, gemmas fuerat erogaturus, hoc in tura, et unguenta, et odores impenderetur· Eſt quidem ille eruditus, & ſapiens, ut qui ſe ab ineunte ætate altioribus ſtudiis, artibusq́; dediderit, ſed nunc omnia, quæ audiit, ſæpeq́; dixit, aſpernatur, expulſisq́; uirtutibus aliis, pietatis eſt totus· Ignoſces, laudabis etiam, ſi cogitaueris quid amiſerit· Amiſit enim filiam, quæ non minus mores eius, quàm os, uultumq́; referebat, totumq́; patrem mira ſimilitudine exſcripſerat· Proīde ſiquas ad eū de dolore tam iuſto literas mittes, memento adhibere ſolatium, nō quaſi caſtigatorū, et nimis forte, ſed molle, et humanum· Quod ut facilius admittat, multū faciet medii temporis ſpatium· Vt enim crudum adhuc uulnus, medentiū manus reformidat, deinde patitur, atq; ultro requirit, ſic recens animi dolor conſolationes reiicit, ac refugit, mox deſyderat, & clemēter admotis adquieſcit· Vale·

C·PL· SPVRINNAE SVO·S·

Cio quantoopere bonis artibus faueas, quātum gaudium capias, ſi nobiles iuuenes di-

gnum aliquid maioribus ſuis faciant · quo feſtinantius nuntio tibi fuiſſe me hodie in auditorio Calpurni Piſonis · Recitabat κατασϛρισμων eruditam ſane, luculentamq́; materiam (ſcriptæ legis erat) fluētibus et teneris et enodibus ſublimibus etiam, ut popoſcit locus · Apte enim et uarie nunc attollebatur, nunc reſidebat, excelſa depreſſis, exilia plenis, ſeueris iucū da mutabat, oīa ingenio pari · Cōmendabat hæc uoce ſuauiſſima, uocē uerecundia, multū ſanguinis, multū ſolicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis · Etenī neſcio, quo pacto magis in ſtudiis homines timor, quā fiducia decet · Ne plura · quanquam libet plura, quo ſunt pulchriora de iuuene · rariora de nobili recitatione finita, multum, ac diu exoſculatus adoleſcētem, qui eſt acerrimus ſtimulus monēdi, laudibus incitaui, pergeret, qua cœpiſſet, lumenq́;, ꝙ ſibi maiores ſuī prætuliſſent, poſteris præferret. Gratulatus ſum optimæ matri, gratulatus et fratri, qui ex auditorio illo non minorē pietatis gloriam, quàm ille alter eloquētiæ tulit · iam nobiliter pro fratre recitante primum metus eius, mox gaudium eminuit · Dii faciant, ut talia tibi ſæpius nuntiem · faueo enim ſeculo, ne ſit ſterile, et effoetū, mireq́; cupio, ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrum, niſi imagines habeant, quæ nūc mihi hos adoleſcentes tacite laudare, adhortari, & quod amborum gloriæ ſatis magnum eſt, adgnoſcere uidentur · Vale ·

C · PL · MACRO SVO · S ·

b Ene eſt mihi, quia tibi bene eſt · habes uxorem tecum, habes filium, frueris mari, fon-

tibus, Viridibus, Agro, Villa amœniſſima· neq; enĩ dubito eſſe amœniſſimam, in qua ſe compoſuerat homo, felicior ante, quàm feliciſſimus fieret. Ego in Tuſcis et uenor, et ſtudeo, quæ interdum alternis, et interdum ſimul facio. nec tamen adhuc poſſum pronuntiare, utrum ſit difficilius, capere aliquid, an ſcribere. Vale.

C·PL·PAVLINO SVO·S·

u Ideo, quã molliter tuos habeas, quo ſimplicius tibi confitebor, qua indulgẽtia meos tractem. eſt mihi ſemper in animo, et Homericum illud πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν, et hoc noſtrum, pater familias. ꝙ ſi eſſem natura aſperior, et durior, frangeret me tamen infirmitas Liberti mei Zoſimi, Cui tanto maior humanitas exhibenda eſt, quanto illa magis eget, homo probus, officioſus, literatus, et ars quidem eius, & quaſi inſcriptio comœdus, in qua plurimum facit. Nã pronuntiat acriter, ſapiẽter, apte, decenter. etiam utitur et cithara perite ultra, quam comœdo neceſſe eſt. Idem tam commode orationes, et hiſtorias, et carmina legit, ut hoc ſolũ didiciſſe uideatur. hæc tibi ſedulo expoſui, quo magis ſcires, quam multa unus mihi, et quam iucunda miniſteria præſtaret. accedit huc longa iam caritas hominis, quam ipſa pericula auxerunt. Eſt enim a natura comparatum, ut nihil æque amorem incitet, et accendat, quam carendi metus, quem ego pro hoc non ſemel patior. nam ante aliquot annos, dum intente, inſtanterq; pronuntiat, ſanguinem reiecit, atq; ob hoc in Aegyptum miſſus, a me

poſt longam peregrinationem confirmatus, rediit nuper, deinde, dum per continuos dies, nimis íperat uocẽ, ueteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit · Qua ex cauſſa deſtinaui eum mittere in prædia tua, quæ Foroiuli poſſides · audiui · n. te ſæpe referentem eſſe ibi, & aera ſalubrem, & in huiuſmodi curationibus accommodatiſſimũ · rogo ergo ſcribas tuis, ut illi uilla, ut domus pateat · offerant etiam ſumptibus eius, ſiquid opus erit, erit autẽ opus modico · eſt enim tam parcus, & continens, ut non ſolum delitias, uerum etiã neceſſitates ualetudinis frugalitate reſtringat · ego proficiſcenti tantum uiatici dabo, quantum ſufficit eunti in tua · Vale ·

C · PL · VRSO SVO · S ·

Terum Bithyni, breue tempus, a Iulio Baſſo, et Rufiũ Varenum proconſulem detulerunt, Varenum, quem nuper aduerſus Baſſum aduocatum, & poſtularant et acceperant, inductꝭ in ſenatum, inquiſitionem poſtulauerunt · Varenus petit, ut ſibi quoq; defenſionis cauſſa euocare teſtes liceret, recuſantibus Bithynis, cognitio ſuſcepta eſt · Egi ego pro Vareno non ſine euentu · nam bene, an male, liber iudicabit · In actionibus enĩ utranq; in partem fortuna dominatur, multum commendationis et detrahit, & adfert memoria, uox, geſtus, tempus ipſum, poſtremo uel amor, uel odium rei · liber offenſis · liber gratia · liber et ſecundis caſibus, et aduerſis caret · Reſpondit mihi Fonteius Magnus unus ex Bithynis, plurimis uerbis, pauciſſimis rebus · eſt

pleriſq; græcorum, ut illi, pro copia, uolubilitas. tã longas, tamq; rigidas periodos uno ſpiritu quaſi torrente contorquent. Itaq; Iulius Candidus non inuenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquẽtiam, aliud loquẽtiam. nam eloquentia uix uni, aut alteri, imo ſi Marco Antonio credimus, nemini. hæc uero, quàm Candidus loquentiam appellat, multum, atq; etiã impudẽtiſſimo cuiq; maxime contingit. Poſtero die dixit pro Vareno Homullus callide, acriter, culte. cõtra Nigrinus preſſe, grauiter, ornate. Cenſuit Acilius Rufus conſul deſignatus inquiſitionẽ Bithynis dandam, poſtulationem Vareni ſilentio præteriit. hæc forma negandi fuit. Cornelius Priſcus conſularis et accuſatoribus, quæ petebant, et reo tribuit, uicitq; numero. impetrauimus rem, nec lege comprehenſam, nec ſatis uſitatam. iuſtam tamen, quare iuſtam, non ſum epiſtola exſecuturus, ut deſyderes actionem. Nam ſi uerum eſt Homericum illud τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ᾽ ἄνθρωποι, ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται, prouidendum eſt mihi ne gratiam nouitatis & florem, quæ oratiunculam meam uel maxime commendat, epiſtolæ loquacitate præcerpam. Vale.

C. PL. RVFO SVO. S.

Deſcenderam in Baſilicam Iuliam, auditurus, quibus proxima comperendinatione reſpondere debebam. ſedebant iudices, centumuiri uenerant, obuerſabant aduocati, ſilentium longum, tandem à prætore nuntius. dimittuntur centumuiri, eximitur dies, me gaudente, qui nunquã ita

paratus ſum, ut non mora lætr· cā dilationis Nepos prætor, qui legibus q̄rit· propoſuerat breue edictū, admonebat accuſatores, admonebat reos, exſecuturū ſe, quæ ſenatuſconſulto continerentur· ſuberat edicto ſenatuſconſulum hoc· omnes, qui quid negotii haberent, iurare prius, quām agerent, iubebantur· nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe· his enim uerbis, ac mille præterea et uenire aduocationes, et emi uetabantur· Peractis tamen negotiis, permittebantur pecuniam dūtaxat decemmilliū dare· hoc facto Nepotis, commotus prætor, qui centūuiralibus præſidet, deliberaturus, an ſequeretur exēplum inopinatum, nobis otium dedit· interim tota ciuitate Nepotis edictum carpitur, laudatur· multi, Inueninus, qui curua corrigeret· quid, ante hunc, prætores non fuerunt? quis autem hic eſt, qui emendet publicos mores? Alii contra· rectiſſime fecit initurus magiſtratum· iura cognouit, ſenatuſcōſulta legit, reprimit fœdiſſimas pactiones. rem pulcherrimam turpiſſime uenire non patitur· tales ubiq; ſermones, qui tamen alterutram in partem ex euētu præualebunt, eſt omnino iniquum, ſed uſu receptū, quod honeſta conſilia, uel turpia prout male, aut proſpere cedunt, ita uel probantur, uel reprehenduntur· Inde plerunq; eadem facta modo diligentiæ, modo uanitatis, modo libertatis, modo furoris nomē accipiūt·

Vale·

C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS.

C. PL. TIRONI SVO. S.

Q VAndiu ego trans Padum, tu in Piceno, minus te requirebam. Poſt, quam ego in urbe, tu adhuc in Piceno, multo magis. Seu quod ipſa loca, in quibus eſſe unà ſolemus, acrius me tui cōmonent, ſeu quod deſyderium abſentiū nihil perinde, ac uicinitas acuit. Quoq; propius acceſſeris ad ſpem fruēdi, hoc impatientius careas. quid quid in cauſſa, eripe me huic tormento. Veni, aut ego illuc, unde incōſulte properaui, reuertar, uel ob hoc ſolum, ut experiar, an mihi, cum ſine me Romæ cœperis eſſe, ſimileis his epiſtolas mittas. Vale.

C. PL. ARRIANO SVO. S.

S Oleo nonnunquā in iudiciis quærere Marcum Regulum, nolo enim dicere deſyderare. cur ergo quæro? habebat ſtudiis honorē, timebat, pallebat, ſcribebat, quamuis nō poſſet dediſcere illud ipſum, quod oculum modo dextrum, modo ſiniſtrum circunlinebat, dextrum, ſi a petitore, alterum, ſi a poſſeſſore eſſet acturus, quod Candidum ſplenium in hoc, aut illud ſupercilium transferebat, quod ſemper haruſpices conſulebat de actionis euentu, animi ſuperſtitione, ſed tamen & a magno ſtudiorum honore ueniebat. iam illa perquamiucunda

una dicentibus, ꝙ libera tempora petebat, quod audi
turos corrogabat. Quid enim iucundius, quam sub
alterius inuidia, quandiu uelis, et in alieno audito-
rio, quaſi deprehenſum, commode dicere? ſed utcunq;
ſe habent iſta, bene fecit Regulus, quod eſt mortuus,
melius ſi ante. nunc enim ſanè poterat ſine malo pu-
blico uiuere ſub eo principe, ſub quo nocere non pote
rat. Ideo fas eſt, nonnunquam eum quærere. Nam
poſtquam obiit ille, increbuit paſſim, et inualuit cō-
ſuetudo, binas, uel ſingulas clepſydras, interdum &
dimidias et dandi et petendi. Nam et qui dicunt, egiſ
ſe malunt, quam agere, et qui audiunt, finire, quam
iudicare tanta neglegentia, tanta deſidia, tanta deniq;
inreuerentia ſtudiorum, periculorumq́; eſt. an nos
ſapientiores maioribus noſtris? Nos legibus ipſis iu-
ſtiores? quæ tot horas, quæ tot dies, tot cōperendinatio
nes largiuntur? hebetes illi et ſupra modum tardi?
nos apertius dicimus, celerius intellegimus, religioſius
iudicamus, quia paucioribus clepſydris præcipita-
mus cauſſas, quàm diebus explicari ſolebant. O Re-
gule, qui iā ambitione ab omnibus obtinebas, quod
fidei pauciſſimi præſtant. Equidem quoties iudico,
quod uel ſæpius facio, quàm dico, quantum quis plu-
rimum poſtulat aquæ, do. etenim temerarium exiſti-
mo diuinare, quam ſpatioſa ſit cauſſa inaudita, tem-
puſq́; negocio finire, cuius modum ignores, præſertim
cum primam religioni ſuæ iudex patientiam debe-
at, quæ pars magna iuſtitiæ eſt. At quædam ſuperua
cua dicuntur etiam, ſed ſatius eſt et hæc dici, quam nō
dici neceſſaria. Præterea, an ſint ſuperuacua, niſi cū

audieris, ſcire non poſſis. Sed de his melius coràm, ut de pluribus uitiis ciuitatis. Nam tu quoq; amore cōmunium ſoles emēdari cupere, quæ iam corrigere difficile eſt. Nunc reſpiciamus domos noſtras. Ecquid omnia in tua recte? in mea noui nihil. mihi autem & gratiora ſunt bona, quod perſeuerant, et leuiora incommoda, quod aſſueui. Vale.

C. PL. VERO SVO SAL.

g Ratias ago, quod agellum, quē nutrici meæ donaueram, colendum ſuſcepiſti. Erat, cum donarem centummillium numum, poſtea, decreſcente reditu, etiam pretium minuit, quod nunc, te curante, reparabit. Tu modo memineris commendari tibi a me non arbores, & terrā, quanquam hæc quoq;, ſed munuſculum meum, quod eſſe quam fructuoſiſſimum non illius magis intereſt, quæ accepit, quam mea, qui dedi. Vale.

C. PL. CALPVRNIAE SVAE. S.

n Vnquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ, aut proficiſcētem te ualetudinis cauſſa in Cāpaniā proſequi, aut profectam, e ueſtigio ſubſequi. Nūc enī præcipue ſimul eſſe cupiebam, ut oculis meis crederem, quid uiribus, quid corpuſculo adpareres, et qui deniq; ſeceſſus, uoluptates, regionisq; abūdantiam inoffenſa tranſmitteres. Equidem etiam fortem te non ſine cura deſyderarem. Eſt enim ſuſpenſum, et anxium de eo, quem ardentiſſime diligas, interdum ni-

hil ſcire· Nunc uero me cum abſentiæ, tum infirmitatis tuæ ratio, incerta, et uaria ſolicitudine exterret· uereor omnia· quæq; natura metuentium eſt, ea maxime mihi, quæ maxime abominor, fingo· quo impenſius rogo, ut timori meo quotidie ſingulis, uel etiam binis epiſtolis cōſulas· ero enim ſecurior, dum lego, ſtatimq; timebo, cum legero· Vale·

C·PL· VRSO SVO ·S·

Cripſeram tenuiſſe Varenum, ut ſibi euocare teſtes liceret, quod pluribus æquum, quibuſdam iniquum, & quidem pertinaciter uiſum, maxime Licinio Nepoti, qui ſequenti Senatu, cum de rebus aliis referretur, de proximo Senatuſconſulto diſſeruit, finitamq; cauſſam retractauit· addidit etiam, petendum a conſulibus, ut referrent ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici, ut ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibusq; denuntiandi poteſtas ex ea lege eſſet, ita reis quoq; fieret, fuerūt, quibus hæc eius oratio, ut ſera, & intempeſtiua, et præpoſtera diſpliceret, quæ omiſſo contradicendi tempore, caſtigaret peractum, cui potuiſſet occurrere. Iunētius quidem Celſus prætor, tanquam emendatorem ſenatus, et multis, et uehementer increpuit· reſpōdit Nepos, rurſusq; Celſus, neuter contumeliis temperauit· nolo referre, quæ dici ab ipſis moleſte tuli, quo magis quoſdam e numero noſtro improbaui, qui modo ad Celſum, modo ad Nepotem, prout hic, uel ille diceret cupiditate audiēdi curſitabāt, et nūc, quaſi ſtimula-

rent et accenderent, nũc quaſi reconciliarẽt, cõponerentq́; frequentius ſingulis, ambobus interdum propitium Cæſarem, ut in ludicro aliquo precarentur. Mihi quidem illud etiã peracerbum fuit, quod ſunt alter alteri, quid pararent, indicati. Nam & Celſus Neponi ex libello reſpondit, & Celſo Nepos ex pugillaribus. Tanta loquacitas amicorum, ut homines iurgaturi, idipſum inuicem ſcirent, tanquam conueniſſet. Vale.

C. PL. FVNDANO SVO .S.

SI quando, nunc præcipue cuperem eſſe te Romæ, et ſis rogo. opus eſt mihi uoti, laboris, ſolicitudinis ſocio. petit honores Iulius Naſo. petit cum multis, cum bonis, quos ut glorioſum, ſic eſt difficile ſuperare. Pendeo ergo, et exerceor ſpe, adficior metu, et me conſularem eſſe non ſentio. nam rurſus mihi uideor oĩum, quæ decucurri cãdidatus. meretur hanc curam longa mei caritate. eſt mihi cum illo non ſanè paterna amicitia. neq; enim potuit eſſe per meam ætatem. Solebat tamen uix dum adoleſcentulo mihi pater eius cum magna laude monſtrari. erat nõ ſtudioſorum tantum, uerumetiam ſtudiorum amãtiſſimus, ac propè quotidie ad audiendos, quos tunc ego frequẽtabam, Quintilianum, Nicetem Sacerdotẽ uentitabat. Vir alioqui clarus, et grauis, et qui prodeſſe filio memoria ſui debeat. ſed multi nunc in ſenatu, quibus ignotus ille, multi, quibus notus, ſed non, niſi uiuentes reuerentur, quo magis huic omiſſa gloria patris, in qua magnum ornamentum, gratia iſtr=

ma ipſi enitendum, et laborandum eſt· quod quidē ſemper, quaſi prouideret hoc tempus, ſedulo fecit, parauit amicos, quos parauerat, coluit, me certe, ut primum ſibi ætas iudicare permiſit, ad amorem, imitationemq; delegit· dicenti mihi ſolicite adſiſtit, adſidet recitanti, primus etiam, et cum maxime naſcentibus opuſculis meis intereſt, nunc ſolus, ante cum fratre, cuius nuper amiſſi ego ſuſcipere parteis, ego uicem debeo implere· doleo enim et illum immatura morte indigniſſime raptum, et hunc optimi fratris adiumento deſtitutum, ſolisq; amicis relictū· Quibus ex cauſſis exigo, ut uenias, et ſuffragio meo tuum iungas· permultum intereſt mea, te oſtentare, et tum circuire· ea eſt autoritas tua, ut putem me efficacius tecum, etiam meos amicos rogaturum· Abrumpe, ſiqua te retinent· hoc tempus meum, hoc fides, hoc etiam dignitas poſtulat· Suſcepi Candidatū, et ſuſcepiſſe me notum eſt, ego ambio, ego periclitor· In ſumma, ſi datur Naſoni, quod petit, illius honor, ſi negatur, mea repulſa eſt· Vale·

C. PL. CALPVRNIAE SVAE ·S·

Cribis te abſentia mea non mediocriter affici, Vnumq; habere ſolatium, quod pro me libellos meos teneas ſæpe enim in ueſtigio meo colloces, gratum quod his fomentis acquieſcis· inuicem ego epiſtolas tuas lectito, atq; idētidem in manus quaſi nouas ſumo· ſed eo magis ad deſyderium tui accendor· Nam cuius literæ tantum habent ſuauitatis, huius ſermonibus quantum dulcedinis ineſt· tu tamen

frequentiſſime ſcribe, licet hoc ita me delectet, ut torqueat. Vale.

C. PL. PRISCO SVO S.

Tilium Creſcentem et noſti, et amas · quis
a *enim illum ſpectatior paulo, aut non nouit, aut non amat? hunc ego non ut multi, ſed arctiſſime diligo. oppida noſtra unius diei itinere dirimuntur. ipſi amare inuicem, qui eſt flagrantiſſimus amor, adoleſcētuli cœpimus, manſit hic poſtea, nec refrixit iudicio, ſed inualuit. Sciunt, qui alterutrū noſtrum familiarius intuentur. Nam et ille amicitiam meam latiſſime prædicatione circunfert, & ego præ me fero, quam ſit mihi curæ modeſtia, quies, ſecuritas eius. Quin etiam, cum inſolentiā cuiuſdā tribunatū plebis inituri, uereretur, id'q; indicaſſet mihi, reſpondi* οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, σοὶ κοίλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσῃ, *quorſus hæc? ut ſcias nō poſſe Atilium, me incolumi iniuriam accipere. Iterum dices, quorſus hæc? Debuit ei pecuniā Valerius Varus, huius eſt hæres Maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed coniunctius tu. Rogo ergo, exigo etiā pro iure amicitiæ cures, ut Atilio meo ſalua ſit non ſors modo, ſed etiam uſura plurium annorum. homo eſt alieni abſtinentiſſimus, ſui diligēs, nullis quæſtibus ſuſtinetur, nullus illi, niſi ex frugalitate reditus. Nam ſtudia, quibus plurimum præſtat, ad uoluptatem tantum, et gloriam exercet, grauis eſt ei uel minima iactura, quia reparare, quod amiſeris grauius eſt. Exime hunc illi, Exime hunc mihi ſcrupulum, ſine me*

ne me

ne me ſuauitate eius, ſine leporibus perfrui. neq; enim poſſum triſtem uidere, cuius hilaritas me triſtem eſſe non patitur. In ſumma, noſti facetias hominis, quas uelim attendas, ne in bilem, et amaritudinem uertat iniuria. quam uim habeat offenſus, crede ei, quã in amore habet non feret magnum, & liberum ingenium cum contumelia damnum. Verum, ut ferat ille, ego meum damnum, meam contumeliam iudicabo, ſed non tanquam pro mea, hoc eſt grauius iraſcar. quanquam quid denuntiationibus, et quaſi minis ago? quin potius, ut cœperam, rogo, oro, des operam, ne ille ſe, quod ualdiſſime uereor, a me, ego me neglectũ a te putem. dabis autem, ſi hoc perinde curæ eſt tibi, quàm illud mihi. Vale.

C. PL. TACITO SVO. S.

COmmendas mihi Iulium Naſonem candidatum. Naſonem mihi? quid ſi meipſum? fero tamen, et ignoſco. eundem enim commendaſſem tibi, ſi te Romæ morante, ipſe abfuiſſem. habet hoc ſolicitudo, quod omnia neceſſaria putat. tu tamen cenſeo alios roges. ego precum tuarum miniſter, adiutor, particeps ero. Vale.

C. PL. ALBINO SVO. S.

CVm ueniſſem in Socrus meæ uillam Alſienſem, quæ aliquando Rufi Verginii fuit, ipſe mihi locus optimi illius, & maximi uiri deſyderium non ſine dolore renouauit. hunc enim incolere ſeceſſum, atq; etiam ſenectutis ſuæ nidulum

uocare conſuerat · Quocunq; me contuliſſem illum animus, illum oculi requirebant· libuit etiam monimentum eius uidere?& uidiſſe pœnituit· Eſt enim ad huc imperfectum, nec difficultas operis in cauſſa modici, ac potius exigui, ſed inertia eius, cui cura mandata eſt· Subit indignatio cum miſeratione, poſt decimũ mortis annum reliquias, neglectumq; cinerem ſine titulo, ſine nomine iacere, cuius memoria orbem terrarum gloria peruagetur· At ille mandauerat, caueratq;, ut diuinum illud, et immortale factum uerſibus inſcriberetur·

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam,
Imperium aſſeruit non ſibi, ſed patriæ·

Tam rara in amicitiis fides, tam parata obliuio mortuorum, ut ipſi nobis debeamus etiam conditoria extruere, omniaq; hæredum officia præſumere. Nam cui non eſt uerendum, quod uidemus accidiſſe Verginio? cuius iniuriam ut indigniorem, ſic etiam notiorem ipſius claritas facit· Vale·

C·PL· MAXIMO SVO ·S·

Diem lætum· adhibitus in conſilium a præfecto urbis, audii ex diuerſo agẽtes ſummæ ſpei, ſummæ indolis iuuenes Fuſcum Salinatorem, et Tumidium Quadratum, egregium par nec modo temporibus noſtris, ſed literis ipſis ornamẽto futurum· mira utriq; probitas· conſtantia ſalua· decorus habitus· os latinũ· uox uirilis· tenax memoria· magnum ingeniũ· iudicium æquale· quæ ſingula mihi uoluptati fuerunt, atq; inter hæc illud, quod et ipſi

me, ut rectorem, ut magiſtrum intuebantur, et ii, qui audiebant, me æmulari, meis inſtare ueſtigiis uidebātur· O diē (repetam enim) lætum, notandum mihi cādidiſſimo calculo· Quid enim aut publicæ lætius, q̃ clariſſimos iuuenes nomen et famam ex ſtudiis petere? aut mihi optatius, quàm me ad recta tendentibus quaſi exemplar eſſe propoſitum? Quod gaudium, ut perpetuo capiam, deos oro· ab iiſdem teſte te peto, ut omneis, qui me imitari tanti putabunt, meliores eſſe, quàm me, uelint· Vale·

C·PL·FABATO PROSOCERO *ſuo*·S·

t V *uero non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas· Nam & te decet multis prodeſſe, et me ſuſcipere, quidquid ad curam tuā pertinet· Itaq; Bittio Priſco quātum plurimum potuero præſtabo, præſertim in arena mea, hoc eſt apud centumuiros· Epiſtolarum, quas mihi, ut ais, aperto pectore ſcripſiſti, obliuiſci me iubes, at ego nullarum libentius memini· Ex illis enim uel præcipue ſentio, quanto opere me diligas, cum ſic exegeris mecum, ut ſolebas cum tuo filio· nec diſſimulo, hoc mihi iucundiores eas fuiſſe, quod habebam bonam cauſſam, cum ſummo ſtudio curaſſem, quod tu curari uolebas· Proinde etiam atq; etiam rogo, ut mihi ſemper eadem ſimplicitate, quoties ceſſare uideor, (nunquam enim ceſſabo) conuitium facias· Quod & ego intelligam a ſummo amore proficiſci, & tu non meruiſſe me gaudeas· Vale·*

C·PL· VRSO SVO·S·

Nquam ne uidiſti quenquam tam laborioſum, et exercitum, quam Varenum meum? cui, quod ſumma contentione impetrauerat, defendendum, et quaſi rurſus petendum fuit. Bithyni ſenatuconſultum apud conſules carpere, et labefactare ſunt auſi, atq; etiam abſenti principi criminari, ab illo ad ſenatum remiſſi, non deſtiterunt. egit Claudius Capito irreuerẽter magis, quàm cõſtãter, ut qui ſenatuſconſultum apud Senatum accuſaret. reſpondit Fronto Catius grauiter, et firme. Senatus ipſe mirificus. Nam illi quoq;, qui prius negarant Vareno, quæ petebat, eadem danda, poſtquã erant data, cenſuerunt. ſingulos enim integra re diſentire fas eſſe, peracta, quod pluribus placuiſſet, cunctis tuendum. Acilius tantũ Rufus et cum eo ſeptem, an octo? ſeptem immo, in priore ſentẽtia perſeuerarũt. erant in hac paucitate nonnulli, quorum temporaria grauitas, uel potius grauitatis imitatio ridebatur. Tu tamẽ æſtima, quantum nos in ipſa pugna certaminis maneat, cuius quaſi præluſio, atq; præcurſio has contentiones excitauit. Vale.

C·PL· MAVRICO SVO ·S·

Olicitas me, in Formianum ueniam ea conditione, nequid contra commodum tuum facias, qua pactione inuicem mihi caueo. neq; enim mare, et litus, ſed te, otium, libertatem ſequor, alioqui ſatius eſt in urbe remanere. Oportet enim

omnia aut ad alienum arbitriũ, aut ad ſuum facere· mei certe ſtomachi hæc natura eſt, ut nihil, niſi totum, et merum uelit· Vale·

C·PL· ROMANO SVO ·S·

m Irificæ rei non interfuiſti, ne ego quidem· ſed me recens fabula excepit· Paſſenius Paulus ſplendidus eques Romanus, et in primis eruditus, ſcribit elegos, gentiliciũ, hoc illi· eſt enim municeps Propertii, atq; etiam inter maiores ſuos Propertium numerat· is cum recitaret, ita cœpit dicere· Priſce iubes, ad hoc Iauolenus Priſcus(aderat enim ut Paulo amiciſſimus) ego uero non iubeo· cogita qui riſus hominum, qui ioci· eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis· intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atq; etiam ius ciuile publice reſpondet, quo magis quod tunc fecit, et ridiculum, et notabile fuit· Interim Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit· tam ſolicite recitaturis prouidendum eſt, non ſolum, ut ſint ipſi ſani, uerumetiam, ut ſanos adhibeant· Vale·

C·PL· TACITO SVO·S·

p Etis, ut tibi auonculi mei exitum ſcribam, quo uerius tradere poſteris poſſis· gratias ago· Nam uideo, morti eius, ſi celebretur a te immortalem gloriam eſſe propoſitam· Quamuis enĩ pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes memorabili caſu, quaſi ſemper uicturus occiderit, quamuis ipſe plurima opera, et manſura condiderit, multum tamẽ perpetuitati eius ſcriptorum tuo=

rum æternitas addet. Equidem beatos puto, quibus deorum munere datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda, beatiſſimos uero quibus utrunq;, horum in numero auonculus meus et ſuis libris, & tuis erit. Quo libentius ſuſcipio, depoſco etiam, quod iniungis. Erat Miſeni, claſſemq; ĩperio præſens regebat nono Kal. ſept. hora diei ferè ſeptima. mater mea ĩdicat ei, apparere nubẽ inuſitata et magnitudine et ſpecie. Vſus ille ſole, mox frigida, guſtauerat iacẽs, ſtudebatq;, poſcit ſoleas, aſcẽdit locum, ex quo maxime miraculum illud conſpici poterat. nubes incertũ procul intuentibus ex quo monte (Veſuuium fuiſſe poſtea cognitum eſt) oriebatur, cuius ſimilitudinem, et formam non alia magis arbor, quàm pinus expreſſerit. Nam longiſſimo uelut trunco elata in altum, quibuſdam ramis diffundebatur. credo quia recenti ſpiritu euecta, deide ſeneſcente eo deſtituta, aut etiam põdere ſuo uicta, in latitudinẽ uaneſcebat, candida ĩterdũ. interdũ ſordida, et maculoſa prout terrã, cinerẽue ſuſtulerat. magnum, propiuſq; noſcendum ut eru ditiſſimo uiro uiſum. Iubet liburnicam aptari, mihi ſi uenire unà uellem, facit copiam, reſpondi ſtudere me malle, et forte ipſe, quod ſcriberem, dederat. egrediebatur domo, accipit codicillos, Rectinæ Naſci imminenti periculo exterritæ. nam uilla eius ſubiacebat, nec ulla niſi nauibus fuga, ut ſe tanto diſcrimine eriperet, orabat. uertit ille cõſilium, et quod ſtudioſo animo inchoabat, obit maximo. deducit quadriremes, aſcendit ipſe nõ Rectinæ modo, ſed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxi-

lium· properat illuc,unde alii fugiunt,rectũq; cur ſum,recta gubernacula ĩ periculum tenet, adeo ſolu tus metu,ut omnes illius mali motus,omnes figuras, ut deprehẽderat oculis,dictaret,enotaretq;· Iam na uibus cinis incidebat,quo propius accederent calidi- or,et denſior,iam pumices etiã,nigriq;,et ambuſti,et fracti igne lapides· Iam uadum ſubitum,ruinaq;.mõ tis litora obſtantia,cunctatusq; paulum,an retro fle- cteret, mox gubernatori,ut ita faceret monenti, for- tes ĩquit fortuna iuuat·Pomponianum pete, Stabiis erat,diremptus ſinu medio· Nam ſenſim circumactis, curuatisq; litoribus mare infunditur· Ibi,quanquam nondum periculo appropinquante,conſpicuo tamen, & cum creſceret,proximo,ſarcinas contulerat in na ues certus fugæ,ſi contrarius uentus reſediſſet,quo tunc auonculus meus ſe cundiſſimo inuectus comple- ctitur trepidantem,conſolatur,hortatur, utq; timorẽ eius,ſua ſecuritate leniret,deferri ſe ĩ balineũ iubet, lotus accubat,cœnat,atq; hilaris, aut quod eſt æq; magnum,ſimilis hilari·interim e Veſuuio mõte plu ribus locis latiſſimæ flammæ, atq; incendia reluce- bant,quorum fulgor,et claritas tenebris noctis exci- tabatur, ille agreſtiũ trepedatione ignis relictas, de- ſertasq; uillas per ſolitudinem ardere,in remedium formidinis dictitabat,tum ſe quieti dedit, et quieuit uериſſimo equidem ſomno·Nam meatus animæ,qui il li propter amplitudinem corporis grauior,et ſonan- tior erat, ab iis,qui limini obuerſabantur, audieba- tur·ſed area,ex qua diæta adibatur,ita iam cinere, miſſisq; pumicibus oppleta ſurrexerat,ut ſi longior

in cubiculo mora eſſet, exitus negaretur, excitatus, procedit, ſe'q; Pomponiano, cæteris'q;, qui peruigilarant reddit. In commune conſultant. an intra tecta ſubſiſtant? an in aperto uagentur? Ná crebris, uaſtis'q; tremoribus tecta nutabant, et quaſi emota ſedibus ſuis nunc huc, nunc illuc abire, aut referri uidebantur. Sub diuo rurſus, quanquam leuium, exeſorum'q; punicum caſus metuebatur. quod tamen periculorū collatio elegit, et apud illum quidem ratio rationē, apud alios timorem timor uicit, ceruicalia capitibus impoſita linteis conſtringunt. Id munimentum aduerſus decidentia fuit, iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior, denſior'q;, quam tamē faces multæ, uaria'q; lumina ſoluebant. placuit egredi in litus, et è proximo aſpicere, ecquid iam mare admitteret, quod adhuc uaſtum, & aduerſum permanebat, Ibi ſuper abiectum linteum recubans ſemel, atq; iterum frigidam popoſcit, hauſit'q;, deinde flammæ, flammarum'q; prænuntius odor ſulfuris, alios in fugam uertunt, excitant illum. innixus ſeruus duobus adſurrexit, & ſtatim concidit, ut ego coniecto, craſſiore caligine, ſpiritu obſtructo, clauſo'q; ſtomacho, qui illi natura inualidus, et anguſtus, et frequenter interæſtuans erat. Vbi dies redditus is, ab eo, quem nouiſſime uiderat, tertius, corpus inuentum eſt integrum, illæſum, opertum'q;, ut fuerat indutus. habitus corporis quieſcenti, quàm defuncto ſimilior. Interim Miſeni ego, et mater. ſed nihil ad hiſtoriam. nec tu aliud, quam de exitu eius ſcire uoluiſti. finem ergo faciam. unum adiciam. omnia me quibus inter=

fueram, quæq; ſtatim, cum maxime uera memorantur, audiuerā, perſecutum tu potiſſima excerpes· aliud eſt enim epiſtolam, aliud hiſtoriam, aliud amico, aliud omnibus ſcribere· Vale·

C·PL· RESTITVTO SVO·S·

I*Ndignatiunculam, quam in cuiuſdā amici auditorio cœpi, non poſſum mihi temperare, quo minus apud te, quia non contingit coram, per epiſtolam effundam· Recitabatur liber abſolutiſſimus· hunc duo, aut tres, ut ſibi, et paucis uidētur, diſerti, ſurdis, mutiſq; ſimiles audiebant· non labra diduxerunt, non mouerunt manum, non deniq; adſurrexerunt ſaltem laſſitudine ſedēdi· Quæ tanta grauitas, quæ tanta ſapientia? quæ immo pigritia, arrogantia ſiniſteritas, ac potius amentia? In hoc totū diē īpendere, ut offendas, ut inimicū relīquas, ad quē tanq̄ amicißimus ueneris? diſertior ipſe es? tanto magis ne inuideris· Nā q inuidet, minor eſt· deniq; ſiue plus, ſiue minus, ſiue idē præſtas, lauda, uel inferiorē, uel ſuperiorē, uel parem· Superiorē, quia niſi laudandus ille, nō potes ipſe nō laudari, īferiorē, aut parem, quia pertinet ad tuā gloriam quammaximū uideri, quē præcedis, uel exæquas· equidē omnes, qui aliquid in ſtudiis faciunt, uenerari etiam, mirariq; ſoleo· Eſt enim res difficilis, ardua, faſtidioſa, & quæ eos, a quibus contemnitur, īterit· Niſi forte aliud iudicas tu, quanquā quis uno te reuerētior huius operis, quis benignior æſtimator· Qua ratione ductus, tibi potiſſimum indignationem meam prodidi, quē ha-*

bere ſocium maxime poteram. Vale.

C. PL. SABINO SVO S.

Ogas, ut agam Firmanorum publicã cauſ ſam, quod ego, quanquam plurimis occupa tionibus diſtentus, adnitar. cupio enim et or natiſſimam Coloniã aduocationis officio, et te gratiſſimo tibi munere obſtringere. Nam cum familiarita tem noſtram, ut ſoles prædicare, ad præſidium, orna mentumq; tibi ſumpſeris, nihil eſt, quod negare debe am, præſertim pro patria petenti. Quid enim preci bus aut honeſtius piis, aut efficacius amantis? Proin de Firmanis tuis, ac iam potius noſtris, obliga fidem meam, quos labore, et ſtudio meo dignos, cum ſplen dor ipſorũ, tum hoc maxime pollicetur, quod credibi le eſt, optimos eſſe, inter quos tu talis extiteris. Vale.

C. PL. NEPOTI SVO S.

Cis tu acceſſiſſe pretiũ agris, præcipue ſub urbanis. cauſſa ſubitæ caritatis, res multis agitata ſermonibus, proximis comitiis hone ſtiſſimas uoces ſenatui expreſſit. Candidati ne conui uentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant. ex quibus duo priora tam aperte, quàm ĩmodice fie bant. hoc tertium, quanquam occultaretur, pro com perto habebatur. Homullus deĩde noſter uſus uiglã ter hoc conſenſu ſenatus, ſententiæ loco poſtulauit, ut cõſules, deſyderiũ uniuerſorũ notũ principi facerẽt, peterentq;, ſicut aliis uitiis, huic quoq; prouidentia ſua occurreret. occurrit. Nam ſumptus candidatorũ,

fœdos illos, et infames ambitus lege reſtrinxit · eoſdẽ patrimonii tertiam partem conferre iuſſit in ea, quæ ſolo continerentur, deforme arbitratus (ut erat) honorem petituros, urbem, Italiamq; non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere · Concurſant ergo candidati, certatim quidquid uenale audiũt, emptitant, ut ſint quoq; plura uenalia, efficiunt · Proĩde, ſi pœnitet te Italicorum prædiorũ, hoc uendundi tempus, tam Hercule, quam in prouinciis comparandi, dum idem candidati illic uendunt, ut hic emant · Vale ·

C·PL·TACITO SVO·S·

Is te adductum literis, quas exigenti tibi de a morte auonculi mei ſcripſi, cupere cognoſcere, quos ego Miſeni relictus (id enim ingreſſus abruperam) non ſolum metus, uerumetiam caſus pertulerim · quanquam animus meminiſſe horret, incipiam · Profecto auonculo, ipſe reliquum tempus ſtudiis, (ideo remanſerã,) impẽdi · mox balineũ, cœna, ſomnus inquietus, et breuis, præceſſerat per multos dies tremor terræ minus formidoloſus, quia Campaniæ ſolitus, illa uero nocte ita inualuit, ut nõ moueri omnia, ſed euerti crederẽtur · irrũpit cubiculũ meũ mater, ſurgebã inuicem, ſi quieſceret, excitaturus, reſedimus in area domus, quæ mare a tectis modico ſpatio diuidebat, dubito conſtantiam uocare, an imprudentiam debeam · agebam enim duodeuiceſimum annum · Poſco librum Titi Liuii, & quaſi per otium lego, atq; etiam ut cœperã, excerpo · ecce amicus auon-

culi, qui nuper ad eum ex Hiſpania uenerat, ut me, et matrem ſedentes, me uero etiã legentem uidet, illius patientiam, ſecuritatem meam corripit, nihilo ſegnius ego intentus in librum iam hora diei prima, et adhuc dubius, & quaſi languidus dies, iam quaſſatis circũiacentibus tectis, quanquã in aperto loco, anguſto tamẽ magnus, et certus ruinæ metus· tũ demum excedere oppido uiſum· ſequitur uulgus attonitum, quodq́; in pauore ſimile prudentiæ, alienum conſilium ſuo præfert, ingentiq́; agmine abeuntes premit, & impellit· egreſſi tecta conſiſtimus, multa ibi mirãda, multas formidines patimur· Nam uehicula, quæ produci iuſſeramus, quanquã in planiſſimo campo in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem ueſtigio quieſcebant· præterea mare in ſe reſorberi, & tremore terræ quaſi repelli uidebamus· Certe proceſſerat litus, multaq́; animalia maris in ſiccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra, & horrenda ignei ſpiritus tortis, uibratisq́; diſcurſibus rupta, in longas flammarum figuras dehiſcebat, fulgoribus illæ, et ſimiles, et maiores erant· Tũ uero ille idẽ ex Hiſpania amicus, acrĩus, et inſtantius, ſi frater, inquit, tuus, tuus auonculus uiuit, uult eẽ uos ſaluos· ſi periit, ſuperſtites uoluit· proinde quid ceſſatis euadere? reſpondimus, non commiſſuros nos, ut de ſalute eius incerti, noſtræ conſulere mus· non moratus ultra proripit ſe, effuſoq́; curſu periculo aufertur, nec multo poſt, illa nubes deſcẽdere in terras, operire maria, cinxerat Capreas, et abſcondèrat· Miſeni quod procurrit, abſtulerat· tum mater

orare, hortari, iubere quoquo modo fugerem · poſſe enim iuuenem, ſe et annis, et corpore grauem bene moriturã, ſi mihi cauſſa mortis non fuiſſet · ego cõtra ſaluum me, niſi unà, non futurum · deinde manum eius amplexus, addere gradum cogo, paret ægre, incuſatq́; ſe, quod me moretur · iam cinis adhuc tamen rarus, reſpicio, denſa caligo, tergis imminebat, quæ nos, torrẽtis modo infuſa terræ, ſequebatur. Deflectamus inquam, dum uidemus, ne in uia ſtrati, comitantium turba in tenebris obteramur · Vix conſyderamus, & nox nõ qualis illunis, aut nubila, ſed qualis in locis clauſis lumine extincto · audires ululatus fœminarũ, infantium quiritatus, clamores uirorum, alii parentes, alii liberos, alii coniuges uocibus requirebãt · uocibus noſcitabant, hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur · erant, qui metu mortis mortem precarentur · multi ad deos manus tollere, plures nuſquã iam deos ullos, æternamq́; illam, et nouiſſimam noctem mundo interpretabantur · Nec defuerunt, qui fictis, mentitisq́; terroribus uera pericula augerẽt · Aderant, qui Miſſeni illud ruiſſe, illud ardere falſo, ſed credentibus nuntiabant, paulum reluxit, quod non dies nobis, ſed aduentantis ignis indiciũ uidebatur, et ignis quidem longius ſubſtitit, tenebræ rurſus, cinis rurſus multus et grauis, hunc identidem aſſurgentes excutiebamus, operti alioqui, atq; etiam obliſi pondere eſſemus · poſſem gloriari, non gemitum mihi, non uocem parum fortem in tantis periculis excidiſſe, niſi me cũ omnibus, omnia mecum perire miſero, magno tamen mortalitatis ſolatio, credidiſſem · Tandem illa caligo

tenuata quaſi in fumũ nebuláue deceſſit. Mox dies uere,ſol etiam effulſit,luridus tamẽ,qualis eſſe,cum deficit,ſolet·occurrebant trepidantibus adhuc oculis mutata omnia,altóq; cinere tanquam niue obducta·Regreſſi Miſenum,curatis utcũq; corporibus,ſuſpenſam,dubiamq́; mẽtem ſpe,ac metu exigimus,metus præualebat nam et tremor terræ perſeuerabat, et pleriq; lymphati terrificas uaticinationibus et ſua et aliena mala ludificabantur·Nobis tamen ne tunc quidem quanquã & expertis periculũ,et expectantibus,abeundi conſilium,donec de auonculo nuntius ueniret·Hæc nequaquam hiſtoria digna·non ſcripturus leges,et tibi ſcilicet,qui requiſiſti,imputabis,ſi digna ne epiſtola quidem uidebuntur·Vale·

C·PL· CANINIO SVO·S·

SVm ex iis,qui mirer antiquos,non tamen, ut quidam,temporum noſtrorum ingenia deſpicio·neq; enim quaſi laſſa,et effœta natura nihil iam laudabile parit·atq; adeo nuper audii Verginium Romanum paucis legentem comœdiã ad exemplar ueteris comœdiæ ſcriptam,tam bene,ut eſſe quandoq; poſſit exemplar·Neſcio an noris hominem,quanquam noſſe debes·eſt enim probitate morũ, ingenii elegantia,operum uarietate monſtrabilis·ſcripſit mimiambos tenuiter,argute,uenuſte,atq; in hoc genere eloquentiſſime·Nullum eſt enim genus,quod abſolutum,non poſſit eloquentiſſimum dici·ſcripſit comœdias,Menandrum,aliosq́; ætatis eiuſdẽ æmulatus,licet has inter Plautinas,Terẽtianasq́; numeres·

nunc primum ſe in uetere comœdia,ſed non tanquã incaperet,oſtendit,non illi uis,non granditas,nõ ſubtilitas,non amaritudo,non dulcedo,non lepos defuit·ornauit uirtutes,inſectatus eſt uitia·fictis nominibus decenter, ueris uſus eſt apte, circa me tantum benignitate nimia modum exceſſit,niſi quod tamen poetis mentiri licet·In ſumma extorquebo ei librum,legendumq́;, immo ediſcendum mittam tibi·neq; enim dubito futurũ,ut non deponas,ſi ſemel ſumpſeris·Vale·

C·PL·TIRONI SVO·S·

m Agna res acta eſt oĩum,qui ſunt prouinciis præfuturi,magna omnium, qui ſe ſimpliciter credũt amicis·Luſtricus Bruttianus cũ Montanum Atticinum comitem ſuum in multis flagitiis deprehẽdiſſet,Cæſari ſcripſit·Atticinus flagitiis addidit,ut quem deceperat,accuſaret·recepta cognitio eſt·fui in conſilio·egit uterq; pro ſe,egit autẽ carptim, & κατὰ κεφάλαιον·Quo genere ueritas ſtatim oſtenditur·protulit Bruttianus teſtamẽtum ſuũ,quod Atticini manu ſcriptum eſſe dicebat·hoc enim et arcana familiaritas,et querendi de eo, quem ſic amaſſet, neceſſitas indicabatur·enumerauit crimina fœda,maniſeſtaq́;·ille cum diluere nõ poſſet,ita receſſit,ut dũ defenditur,turpis, dum accuſat, ſceleratus probaretur·Corrupto enim ſcribæ ſeruo,interceperat cõmentarios, interciderată;, ac per ſummum nefas utebatur aduerſus amicum crimine ſuo·Fecit pulcherrime Cæſar· non enĩ de Bruttiano,ſed ſtatim de Atticino perrogauit, dãnatus & in inſulã relegatus·Bruttiano iuſtiſſimum integritatis teſtimoniũ redditum,quẽ

quidem etiam cõſtantiæ gloria ſecuta eſt. Nam defenſus expeditiſſime, accuſauit uehementer, nec minus acer, quàm bonus, et ſincerus apparuit. quod tibi ſcripſi, ut te ſortitum prouinciam, præmonerem. Plurimum tibi credas, nec cuiquam ſatis fidas deinde ſcias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, paratam ultionem, qua tamen ne ſit opus, etiam, atq; etiam attende. Neq; enim tam iucundum eſt uindicari, quàm decipi miſerum. Vale.

C. PL. TRIARIO SVO. S.

I Mpenſe petis, ut agam cauſſam pertinentẽ ad curam tuam, pulchram alioqui, et famoſam, faciã, ſed nõ gratis. Qui fieri poteſt inquis, ut non gratis. tu potes. exigam enim mercedem honeſtiorem gratuito patrocinio. peto, atq; etiam paciſcor, ut ſimul agat Cremutius Ruſo. ſolitũ hoc, mihi etiam in pluribus claris adoleſcentibus factitatum. Nam mire concupiſco bonos iuuenes oſtendere foro, aſſignare famæ. Quod ſi cui præſtare, Ruſoni meo debeo, uel propter natales ipſius, uel propter eximiam mei caritatem, quem magni æſtimo iiſdem iudiciis, ex iiſdem etiã partibus cõſpici, audiri. obliga me, obliga ante, quã dicat. nam cũ dixerit, gratias ages. ſpõdeo ſolicitudini tuæ, ſpei meæ, magnitudini cauſſæ ſuffecturũ. eſt indolis optimæ, breui producturus alios, ſi interim prouectus fuerit a nobis. Neq; enim cuiquam tam clarum ſtatim ingeniũ eſt, ut poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam, commendatorq; contingat. Vale.

C·PL·MACRO SVO·S·

Q*Vam multum intereſt, quid a quoq; fiat · ea dem enim facta claritate, uel obſcuritate facientium, aut tolluntur altiſſime, aut humillime deprimuntur · Nauigabam per Lariũ noſtrũ, cum ſenior amicus oſtendit mihi uillam, atq; etiam cubiculum, quod in lacum prominet · ex hoc inquit aliquando municeps noſtra cum marito ſe præcipitauit · cauſſam requiſii · Maritus ex diutino morbo circa uelanda corporis ulceribus putreſcebat · Vxor, ut inſpiceret, exegit · neq; enim quenquam fidelius indicaturum, poſſet ne ſanari uidit, deſperauit · Hortata eſt, ut moreretur, comeſq; ipſa mortis, dux immo, & exemplum, et neceſſitas fuit · Nam ſe cum marito ligauit, abiecitq; in lacum · Quod factum, ne mihi quidem, qui municeps, niſi proxime auditum eſt, nõ quia minus illo clariſſimo Arriæ facto, ſed quia minor eſt ipſa · Vale ·*

C.PL·HISPANO SVO ·S·

S*Cribis Robuſtum ſplendidum equitem Romanum cum Atilio Caro amico meo Ocriculum uſq; commune iter feciſſe, deinde nuſquam comparuiſſe · petis, ut Carus ueniat, nosq; ſi poteſt, in aliqua inquiſitionis ueſtigia inducat · ueniet, uereor ne fruſtra · ſuſpicor enim tale neſcioquid Robuſto accidiſſe, quale aliquando Metilio Criſpo municipi meo · Huic ego ordines ĩpetraueram, atq; etiã proficiſcenti quadringenta millia numũ ad inſtruẽ-*

m

dum ſe, ornandumq; donauerã, nec poſtea aut epiſtolas eius, aut aliquem de exitu nuntium accepi. intercæptus ne ſit a ſuis, an cũ ſuis nõ dubium. certe nõ ipſe, quiſq̃ ex ſeruis eius apparuit. utinam ne in Robuſto idem experiamur, tamen arceſſamus Carum, demus hoc tuis, demus optimi adoleſcentis honeſtiſſimis precibus, qui pietate, mira etiã ſagacitate patrẽ quærit, dii faueant, ut ſic inueniat ipſum, quemadmodum iam cum quo fuiſſet, inueni. Vale.

C. PL. SERVIANO SVO. S.

g Audeo et gratulor, φ Fuſco Salinatori filiã tuam deſtinaſti. Domus patritia, pater honeſtiſſimus, mater pari laude. Ipſe eſt ſtudioſus, literatus, etiam diſertus, puer ſimplicitate, comitate iuuenis, ſenex grauitate. neq; enim amore decipior. amo quidem effuſe, et ita officiis, ita reuerentia meruit, iudicio tamen, et quidem tanto acrius, quanto magis amo, tibiq;, ut qui explorauerim, ſpondeo habiturum te generum, quo melior fingi, ne uoto quidẽ potuit. ſupereſt, ut auum te quã maturiſſime ſimillimũ ſui faciat. Quam felix tempus illud, quo mihi liberos illius nepotes tuos, ut meos uel liberos, uel nepotes ex ueſtro ſinu ſumere, et quaſi pari iure tenere contingat. Vale.

C. PL. SEVERO SVO. S.

r Ogas, ut cogitem, quid deſignatus conſul in honorem principis cenſeo. facilis inuentio, nõ facilis electio. eſt enim ex uirtutibus eius

larga materia, tamen quod ſentiam, indicabo ſi prius hæſitationem meam, oſtendero· dubito num idem tibi ſuadere, quod mihi debeam· deſignatus ego cóſul omni hac, & ſi non adulatione, ſpecie tamen adulationis abſtinui, non tanquam liber, et conſtans, ſed tã quam intelligens principis noſtri, cuius uidebã hanc eſſe præcipuam laudẽ ſi nihil quaſi ex neceſſitate decernerem· recordabar etiam plurimos honores peſſimo cuiq; delatos, a quibus hic optimus ſeparari non alio modo magis poterat, quam diuerſitate cenſendi, quod ipſum nõ diſſimulatione, et ſilentio præterii, ne forte non iudicium illud meum, ſed obliuio uideretur hoc tunc ego, ſed non omnibus eadem placere· nec conueniunt quidem præterea faciendi aliquid, uel nõ faciendi uera ratio, cum hominum ipſorum, tum rerũ etiam, ac temporum conditione initur· Nam recentia opera maximi principis præbent facultatẽ, noua, magna, uera cenſendi· quibus ex cauſſis (ut ſupra ſcripſi) dubito an idem nũc tibi, quod tũc mihi, ſuadeã· Illud non dubito, debuiſſe me in parteis conſilii tui ponere, quid ipſe feciſſem· Vale·

C·PL· PONTIO SVO ·S·

Scio, quæ tibi cauſſa fuerit impedimento, quo minus præcurrere aduentum meum in Campaniam poſſes· ſed quanquam abſens totus huc migraſti, tantum mihi copiarum tam urbanarum, quàm ruſticarum nomine tuo oblatum eſt, quas omneis improbè accepi tamẽ· Nam me tui, ut ita facerem, rogabant, et uerebar ne et mihi, & illis ira-

ſcereris, ſi non feciſſem. in poſterũ niſi adhibueris modum, ego adhibebo. etiam tuis denuntiaui, ſi rurſus tam multa attuliſſent, omnia relaturos. Dices oportere me tuis rebus ut meis uti etiam, ſed perinde illis, ac meis parco. Vale.

C. PL. QUADRATO SUO .S.

Vidius Quietus, qui me unice dilexit, et cui non minimum gaudeo, probauit, ut multa alia Thraſeæ (fuit enim familiaris) ita hoc ſæpe referebat, præcipere ſolitum ſuſcipiendas eſſe cauſſas, aut amicorum, aut deſtitutas, aut ad exemplum pertinenteis. cur amicorum? non eget interpretatione. cur deſtitutas? quod in illis maxime & conſtantia agentis, et humanitas cerneretur. cur pertinenteis ad exemplum? quia plurimum referret bonum, an malũ induceretur. Ad hæc ego genera cauſſarum, ambitioſe fortaſſe, addã tamen claras, et illuſtreis. æquum enim eſt agere nonnunquam gloriæ, et famæ. Idẽ dignitati, ac uerecũdiæ tuæ ſtatuo. Nec me præterit uſitatum eſſe, et haberi optimum dicendi magiſtrum. Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, ut bene agerent, agendo cõſecutos. Sed et illud quod uel Pollionis, uel tanquã Pollionis accepi, uerisſimum experior. Cõmode agendo factum eſt, ut ſæpe agerem. ſæpe agendo, ut minus commode. quia ſcilicet aſſiduitate nimia facilitas magis, quàm, facultas nec fiducia, ſed temeritas paratur. Nec uero Iſocrati, quo minus haberetur ſũmus orator, offecit, quod in-

firmitate uocis, mollitia frontis, ne in publico diceret, impediebatur. Proinde multum lege, ſcribe, meditare ut poſſis, cum uoles, dicere. dices, cum uelle debebis. Hoc ferè temperamentum ipſe ſeruaui. nonnunquã neceſſitati, quæ pars rationis eſt, parui. egi enim quaſdam à Senatu iuſſus. quo tamen in numero fuerunt ex illa Thraſeæ diuiſione, hoc eſt ad exemplum pertinentes. Adfui Bethycis contra Bæbium Maſſam. quæſitum eſt, an danda eſſet iquiſitio, data eſt. Adfui rurſus, iiſdem querentibus de Cecilio Claſſico. quæſitum eſt an prouinciales ut ſocios, miniſtrosq; proconſulis plecti oporteret, pœnas luerunt. Accuſaui Marium Priſcum, qui lege repetundarum damnatus utebatur clementia legis, cuius ſeueritatem immanitate criminum exceſſerat, relegatus eſt. Tuitus ſum Iulium Baſſum, ut incuſtoditum nimis, et incautum, ita minime malum, iudicibus acceptis in Senatu remanſit. Dixi proxime pro Vareno poſtulante, ut ſibi inuicem euocare teſtes liceret, impetratum eſt. in poſterum opto ut ea potiſſimũ iubeat, quæ me deceat uel ſponte feciſſe. Vale.

C. PL. FABATO SVO S.

Debemus me Hercule natales tuos perinde ac noſtros celebrare, cum lætitia noſtrorum ex tuis pendeat, cuius diligentia, & cura hic hilares, iſtic ſecuri ſumus. Villa Camiliani, quã in Campania poſſides, eſt quidem uetuſtate uexata, ea tamen, quæ ſunt pretioſiora, aut integra manent, aut leuiſſime læſa ſunt. Attendimus ergo, ut quã ſa-

laberrime reficiantur · Ego uideor habere multos amicos, ſed huius generis, cuius et tu quæris, et res exigit, prope neminem · Sunt enim omnes togati, et urbani · ruſticorum autem prædiorum adminiſtratio poſcit durum aliquem, et agreſtem, cui neq; labor ille grauis, nec cura ſordida, nec triſtis ſolitudo uideatur · tu de Rufo honeſtiſſime cogitas · fuit enim filio tuo familiaris, quid tamen noui ſibi præſtare poſcit, ignoro, uelle plurimum credo · Vale ·

C · PL · CORNELIANO SVO · S ·

Vocatus in conſiliũ a Cæſare noſtro ad Cẽ
e tũcellas (hoc loco nomẽ) magnã cæpi uoluptatem · Quid enim iucundius, quam principis iuſtitiam, grauitatem, comitatẽ, in ſeceſſu quoq; ubi hæc maxime recluduntur, inſpicere? Fuerunt uariæ cognitiones, et quæ uirtutes iudicis per plures ſpecies experirentur · Dixit cauſſam Claudius Ariſton princeps Epheſiorũ, homo munificus, et innoxiæ popularitatis · inde inuidia, et ab diſſimillimis delator immiſſus itaq; abſolutus, uindicatusq; eſt · Sequẽti die audita eſt Galitta adulterii rea · Nupta hæc tribuno militum honores petituro, & ſuam, et mariti dignitatem, cẽturionis amore maculauerat · maritus legato cõſulari, ille Cæſari ſcripſerat · Cæſar excuſſis probationibus, centurionem exautorauit, atq; etiam relegauit · ſupererat crimini, ꝙ niſi duorum eſſe non poterat, reliqua pars ultionis · ſed maritum non ſine aliqua reprehenſione patientiæ, amor uxoris retardabat, quam quidẽ etiam poſt delatum adulterium do=

mi habuerat, quaſi contentus æmulum remouiſſe. admonitus, ut perageret accuſationem, peregit inuitus, ſed illam damnari etiã inuito accuſatore neceſſe erat: damnata, et Iuliæ legis pœnis relicta ẽ. Cæſar et nomen centurionis, et commemorationem diſciplinæ militaris ſententiæ adiecit, ne omnes eiuſmodi cauſſas reuocare ad ſe uideretur. tertio die inducta cognitio eſt multis ſermonibus, et uario rumore iactata Iulii Tyronis codicillis, quos ex parte ueros eſſe cõſtabat, ex parte falſi dicebãtur. Subſtituebãtur crimini Sẽpronius Senecio eques Ro. et Eurythmus Cæſaris libertus, et procurator. Hæredes, cum Cæſar eſſet in Dacia communiter epiſtola ſcripta petierant, ut ſuſciperet cognitionem, ſuſceperat, reuerſus diem dixerat, et cum ex hæredibus quidam quaſi reuerentia Eurythmi remitteret accuſationem, pulcherrime dixerat, nec ille Poylcletus eſt, nec ego Nero. indulſerat tamen petentibus dilationem, cuius tempore exacto conſederat auditurus. a parte hæredum intrauerunt duo, omnino poſtularũt, ut omnes hæredes agere cogerentur, cum detuliſſent omnes, aut ſibi quoq; deſiſtere permitteretur. Locutus ẽ Cæſar ſumma grauitate, ſumma moderatione, cumq; aduocatus Senecionis, et Eurythmi dixiſſet ſuſpicionibus relinqui reos, niſi audirentur, non curo, inquit, an iſti ſuſpicionibus relinquantur, ego relinquor. Dein conuerſus ad nos ἐπίσκεψαι quid facere debeamus. iſti enim queri uolunt, ꝙ ſibi licuerit non accuſare. tum ex conſilii ſententia iuſſit denuntiari hæredibus omnibus, aut agerent, aut ſinguli approbarent cauſſas non agendi,

alioqui ſe uel de calumnia pronuntiaturum· Vides quam honeſti, quàm ſeueri dies, quos iucundiſſimæ remiſſiones ſequebantur· adhibebamur quotidie cœnæ· erat modica, ſi principem cogites, interdũ ἀκροάματα audiebamus, interdum iucundiſſimis ſermonibus nox ducebatur· ſummo die abeuntibus nobis (tã diligens in Cæſare humanitas fuit) xenia ſunt miſſa· Sed mihi, ut grauitas cognitionum, cõſilii honor, ſuauitas, ſimplicitasq́; conuictus, ita locus ipſe periucũdus fuit· uilla pulcherrima cĩgitur uiridiſſimis agris imminet litori, cuius ĩ ſinu portus, uelut amphitheatrum huius ſiniſtrum brachiũ firmiſſimo opere munitum eſt· dextrum elaboratur· in ore inſula adſurgit, quæ illatum uento mare, obiacens frangat, tutũq́; ab utroq; latere decurſum nauibus præſtet· adſurgit autẽ arte uiſenda, ingentia ſaxa latiſſima nauis prouehit contra hæc alia ſuper alia deiecta ipſo pondere manent, ac ſenſim quodam uelut aggere conſtruũtur· eminet iam, & apparet ſaxeũ dorſum, impactosq́; fluctus in immenſum elidit, et tollit· uaſtus illic fragor, canumq́; circa mare· ſaxis deĩde pilæ adiiciuntur, quæ procedente tempore enatam inſulã imitẽtur· habebit hic portus et nomen autoris, eritq́; uel maxime ſalutaris· Nam per longiſſimum ſpatium litus importuoſum hoc receptaculo utetur· Vale.

C·PL·QVINTILIANO SVO·S·

Vamuis et ipſe ſis continentiſſimus, et filiã tuam ita inſtitueris, ut decebat filiam tuam Tutilii neptem, cum tamen ſit nuptura ho-

neſtiſſimo uiro Nonio Celeri, cui ratio ciuilium officiorum neceſſitatem quandam nitoris imponit· debet ſecundum conditiones mariti ueſte, comitatu augeri, quibus non quidẽ augetur dignitas, ornatur tamen, et inſtruitur· Te porro animo beatiſſimum, modicum facultatibus ſcio· itaq; partem oneris tui mihi uindico, et tanquam parens alter puellæ noſtræ confero quinquaginta millia numum, plus collaturus, niſi a uerecundia tua ſola mediocritate munuſculi impetrari poſſe confiderem, ne recuſares· Vale·

C· PL· ROMANO SVO ·S·

Ollite cuncta, inquit, cœptosq; auferte labores, ſeu ſcribis aliquid, ſeu legis, tolli, auferri iube, et accipe orationem meam, ut illi arma diuina· Nũ ſuperbius potui? reuera, ut inter meas pulchrã· Nam mihi ſatis eſt certare mecum· eſt hæc pro Accia Variola et dignitate perſonæ et exempli raritate et iudicii magnitudine inſignis· Nam fœmina ſplendide nata, nupta prætori uiro exhæredata ab octogenario patre, intra undecim dies, quam ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta· (tot enim quatuor cõſiliis cõſcribuntur,) ingens utrinq; aduocatorum et numeroſa ſubſellia præſtantium corona latiſſimum iudicium multiplici circulo ambibat· Ad hoc ſtipatum tribunal, atq; etiã ex ſuperiore baſilicæ parte, qua fœminæ, qua uiri et audiendi, quod difficile, et quod facile uiſendi ſtudio imminebant· Magna expectatio patrum, magna fi-

liarum, magna etiam nouercarum. ſecutus eſt uarius euentus. Nã duobus conſiliis uicimus, totidẽ uicti ſumus. notabilis prorſus, et mira eadẽ in cauſſa, iiſdẽ iudicibus, iiſdẽ aduocatis, eodẽ tẽpore tanta diuerſitas accidit caſu, quod nõ caſus uideretur. uicta eſt nouerca. Ipſa hæres ex parte ſexta. Victus Suberinus, q'exhæredatus a patre, ſingulari ĩpudẽtia alieni patris bona uindicabat, non auſus ſui petere. Hæc tibi expoſui primum, ut ex epiſtola ſcires, quæ ex oratione nõ poteras, Deinde, nam detegam arteis, ut orationem libentius legeres, ſi non legere tibi, ſed intereſſe iudicio uidereris. quàm ſit licet magna, non deſpero gratiam breuiſſime impetraturam. nam et copia rerũ, et arguta diuiſione, et narratiunculis pluribus, et eloquẽdi uarietate renouatur. ſunt multa (nõ auderẽ niſi tibi dicere) elata, multa pugnãtia, multa ſubtilia. interuenit enĩ acribus illis, et erectis frequẽs neceſſitas cõputandi, ac penè calculos, tabulã'q; poſcendi, ut repente in priuati iudicii formã centumuirale uertatur. dedimus uela indignationi, dedimus iræ, dedimus dolori, et in ampliſſima cauſſa quaſi magno mari pluribus uentis ſumus uecti. in ſumma ſolent quidam ex contubernalibus noſtris exiſtimare hanc orationem, iterũ dicam, ut inter meas ὑπὲρ κτησιφῶντος eſſe. an uere, tu facillime iudicabis, qui tam memoriter tenes omneis, ut conferre cum hac, dum hanc ſolam legis, poſſis. Vale.

C. PL. MAXIMO SVO. S.

Recte feciſti, q gladiatorum munus Veronẽſibus noſtris promiſiſti, a quibus olim ama

ris, ſuſpiceris, ornaris. Inde etiam uxorem cariſſimam tibi habuiſti, cuius memoriæ, aut opus aliquod, aut ſpectaculum, atq; hoc potiſſimum, quod maxime funeri debebatur. præterea tanto conſenſu rogabaris, ut negare nõ conſtans, ſed durum uideretur. Illud quoq; egregie, quod tam facilis, tam liberalis in edendo fuiſti. Nam per hæc etiã magnus animus oſtẽditur. Vellem Africanæ, quas coemeras plurimas ad præfinitum diem occurriſſent, ſed licet ceſſauerint illæ tempeſtate detẽtæ tu tamen meruiſti, ut acceptũ tibi fieret, quod quo minus exhiberes, non per te ſtetit. Vale.

C·PL· SECVNDI EPISTOLA RVM LIBER SEPTIMVS·

C·PL· RESTITVTO SVO·S·

t *Erret me hæc tua tam pertinax ualetudo, et quanquam te temperatiſſimũ nouerim, uereor tamen, nequid illi etiã in mores tuos liceat. proinde moneo, patiẽter reſiſtas. hoc laudabile, hoc ſalutare admittit humana natura. Quod ſuadeo, ipſe certe ſic agere ſanus cum meis ſoleo. Spero quidem, ſi forte in aduerſam ualetudinem incidero, nihil me deſyderaturum uel pudore, uel patientia dignum. Si tamẽ ſuperauerit morbus, denuntio, nequid mihi detur, niſi permittentibus medicis, ſciatisq;, ſi dederitis, ita uindicaturũ, ut ſolent*

alii, quæ negantur · quinetiam cum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus, unctusq́; acciperem à medico potionem, porrexi manum, ut tangeret, dixi, admotumq́; iam labris poculum reddidi· Poſtea cum uiceſimo ualetudinis die balineo præpararer, muſſanteisq́; medicos repẽte uidiſſem, cauſſam requiſii, reſpõderunt, poſſe me tuto lauari, nõ tamẽ omnino ſine aliqua ſuſpitione· Quid inquã neceſſe eſt? atq; ita ſpe balinei, cui iam uidebar inferri placide, leniterq́; dimiſſa, ad abſtinẽtiã rurſus, nõ ſecus, ac modo ad balineum, animum, uultumq́; compoſui. quæ tibi ſcripſi primum, ut te nõ ſine exemplo monerem, deinde, ut in poſterum ipſe ad eandẽ temperantiã aſtringerer · cum me hac epiſtola quaſi pignore obligauiſſem · Vale ·

C·PL· IVSTO SVO·S·

q Vemadmodum congruit, ut ſimul et affirmes te adſiduis occupationibus impediri, et ſcripta noſtra deſyderes? quæ uix ab ocioſis impetrare aliquid perituri temporis · poſſunt · patiar ergo æſtatẽ inquietam nobis, exercitamq́; tranſcurrere, et hyeme demũ, cum credibile erit noctibus ſaltem uacare te poſſe, quæram quid potiſſimum ex nugis meis tibi exhibeam · Interim abunde eſt, ſi epiſtolæ non ſunt moleſtæ · ſunt autem, et ideo breuiores erunt · Vale ·

C· PL·PRAESENTI SVO ·S·

t Anta ne perſeuerãtia? tu modo ĩ Lucania, modo in Cãpania · Ipſe enim inquis Luca-

nus· uxor Campana iuſta cauſſa longioris abſen-tiæ, non perpetuæ tamen · Quin ergo aliquando in urbem redis? ubi dignitas, honor, amicitiæ tam ſuperiores, quàm minores · quouſq; regna uis? quouſq; uigilabis, cũ uoles? dormies, quandiu uoles? quouſq; calcei? nuſquã toga feriata? liber totos dies? tempus eſt reuiſere moleſtias noſtras, uel ob hoc ſolũ, ne uoluptates iſtæ ſatietate langueſcãt · Saluta pauliſper, quo ſit tibi iucundius ſalutari · terere in hac turba, ut te ſolitudo delectet · Sed quid imprudens, quẽ euocare conor, retardo? fortaſſe enĩ his ipſis admoneris, ut te magis ac magis ocio inuoluas · quod ego nõ abrumpi, ſed intermitti uolo · ut · n · ſi cœnam tibi facerẽ, dulcibus cibis acres, acutosq; miſcerem, ut obtunſus illis, et oblitus ſtomachus his excitaretur, ita nunc hortor, ut iucũdiſſimum genus uitæ nonnullis interdum quaſi acrioribus condias · Vale ·

C · PL · PONTIO SVO · S ·

Is legiſſe te Hendecaſyllabos meos · requiris etiam quemadmodũ cœperim ſcribere homo, ut tibi uideor, ſeuerus, ut ipſe fateor, nõ ineptus · Nunquam à poetice (altius enim repetam) alienus fui, quinetiã quatuordecim natus annos græcam tragœdiam ſcripſi · Qualem inquis? neſcio · tragœdia uocatur · Mox cum è militia rediens, in Icaria inſula uentis detinerer, latinos elegos in illud ipſum mare, ipſamq; inſulam feci · expertus ſum me aliquãdo et heroico, hẽdecaſyllabis nunc primum, quorum hic natalis, hæc cauſſa eſt · Legebantur in Lauren-

tino mihi libri Aſinii Galli de cõparatione patris, et Ciceronis· incidit epigramma Ciceronis in Tyronem ſuum· dein cum meridie (erat enim æſtas) dormiturus me recepiſſem, nec obreperet ſomnus, cœpi reputare maximos oratores hoc ſtudii genus et in oblectationibus habuiſſe, et in laude poſuiſſe· Intendi animum, contraq́; opinionem meam poſt longam deſuetudinẽ, perquam exiguo temporis momento idipſum, quod me ad ſcribẽdũ ſollicitauerat, his uerſibus exaraui.

Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
Auſus de Cicerone dare, palmamq́;, decusq́;,
Laſciuum inueni luſum Ciceronis, et illo
Spectandum ingenio, quo ſeria condidit, et quo
Humanis ſalibus multo, uarioq́; lepore
Magnorum oſtendit mentes gaudere uirorum·
Nam queritur, ꝙ fraude mala fruſtratus amantem
Paucula cœnato ſibi debita ſauia Tyro
Tempore nocturno ſubtraxerit· His ego lectis,
Cur poſt hæc, inquam, noſtros cælamus amores?
Nullumq́; in medium timidi damus? atq; fatemur
Tyroniſq́; dolos, Tyronis noſce fugaces
Blanditias, et furta, nouas addentia flammas?

Tranſi ad elegos, hos quoq; non minus celeriter explicui· addidi alios facilitate corruptus· Deĩde ĩ urbẽ reuerſus, ſodalibus legi· probauerũt, deĩ plura metra, ſiquid ocii, maxime in itinere tentaui· Poſtremo placuit exemplo multorum unum ſeparatim hendecaſyllaborum uolumen abſoluere, nec pœnitet· legitur, deſcribitur, cantatur etiam, et græcis quoq;, quos latine huius libelli amor docuit· nunc cithara, nunc lyra

perſonatur· Sed quid ego tam glorioſe, quanquã poetis furere conceſſum eſt, & tamen non de meo, ſed de aliorum iudicio loquor, qui ſiue iudicant, ſiue errãt, me delectant· unum precor, ut poſteri quoq; aut errent ſimiliter, aut iudicent· Vale·

C·PL· CALPVRNIAE SVAE·S·

Ncredibile eſt quanto deſyderio tui tenear.
i In cauſſa amor primum· Deinde, quod non conſueuimus abeſſe, inde eſt, quod magnam partem noctiũ in imagine tua uigil exigo· íde, quod interdiu qbus horis te uiſere ſolebam, ad diætam tuã ipſi me, ut ueriſſime dicitur, pedes ducũt, quod deniq; æger et mæſtus et ſimilis excluſo a uacuo limine cedo· Vnum tempus his tormentis caret, quo in foro, & amicorum litibus conteror· æſtima tu, quæ uita mea ſit, cui requies in labore, in miſeria, curiſq; ſolatium eſt· Vale·

C·PL·MACRINO SVO·S·

Ara, et notabilis res contigit Vareno, ſit li-
r cet adhuc dubia· Bithyni accuſationẽ eius, ut temere inchoatam omiſiſſe narrantur. Dico, adeſt prouinciæ legatus, attulit decretum concilii ad Cæſarem, attulit ad multos principes uiros, attulit etiam ad nos Vareni aduocatos· præſtat tamen idem ille Magnus, quinetiã Nigrinum optimum uirũ pertinaciſſimum exercet· per hunc a conſulibus poſtulabat, ut Varenus exhibere rationes cogeretur· aſſiſtebam Vareno iam tantum, ut amicus· et tacere de-

creueram. Nihil enim tam contrarium, quam ſi ad-uocatus a ſenatu datus defenderem, ut reum, cui opus eſſet, ne reus uideretur. Cum tamen finita poſtulatione Nigrini cõſules ad me oculos retuliſſent, ſcietis inquam conſtare nobis ſilentii noſtri rationem, cum ueros legatos prouinciæ audieritis contra Nigrinus, ad quem miſſi ſunt. ego ad me quoq; habeo decretũ prouinciæ. Rurſus ille poteſt tibi liquere. ad hoc ego, ſi tibi ex diuerſo liquet, poteſt et mihi, quod eſt melius, liquere. Tum legatus Polyænus cauſſas abolitæ accuſationis expoſuit, poſtulauitq;, ne cognitioni Cæſaris præiudicium fieret. Reſpondit Magnus. Iterumq; Polyænus, ipſe raro et breuiter interlocutus multum me in ſilentio tenui. Accepi enim, non minus interdũ oratorium eſſe tacere, quàm dicere, atq; adeo repeto, quibusdam me capitis reis uel magis ſilentio, quã oratione accuratiſſime profuiſſe. Mater amiſſo filio (quid enim prohibet, quanquam alia ratio ſcribundæ epiſtulæ fuerit, de ſtudiis diſputare?) Libertos eius, eoſdemq; cohæredes ſuos, falſi ut ueneficii reos detulerit ad principem, iudicemq; impetrauerat Iulium Seruianum. Defenderam reos ingenti quidem cœtu, erat enim cauſſa notiſſima, præterea utrinq; ingenia clariſſima. finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundum reos dedit. poſtea Mater adit principem, affirmauit ſe nouas probationes inueniſſe. præceptum eſt Suburano, ut uacaret finitam cauſſam retractanti, ſiquid noui afferret. adderat matri Iulius Africanus nepos illius oratoris, quo audito Paſſienus Criſpus dixit bene me Hercule bene, ſed quo tã bene Iulius Nepos

lius Nepos iuuenis ingenioſus, ſed non parum calli=dus, cum multa dixiſſet, adſignatumq́; tempus impleſſet, rogo inquit, Suburane permittas mihi unum uerſum dicere· tum ego, cum omnes me, ut diu reſponſurum intuerentur, reſpondiſſem, inquam ſi unum illũ uerſum Africanus adieciſſet, in quo non dubito, oĩa noua fuiſſe· Non facile me repeto, tantum conſecutum adſenſum agendo, quantum nõ agendo· ſimiliter nũc et probatum, et exceptum eſt, quod pro Vareno hactenus non tacui· Conſules ut Polyænus poſtulabat, omnia integra principi ſeruauerunt, cuius cognitionẽ ſuſpenſus expecto· Nam dies ille nobis pro Vareno, aut ſecuritatem, & otium dabit, aut intermiſſum laborem renouata ſolicitudine iniunget· Vale·

C·PL· SATVRNINO SVO ·S·

e T proxime Priſco noſtro, et rurſus, quia ita iuſſiſti, gratias egi libẽtiſſime quidẽ· eſt enĩ mihi periucundum, ꝙ uiri optimi, mihiq́; amiciſſimi adeo cohæſiſtis, ut inuicem uos obligari putetis· Nam ille quoq; præcipuam ſe uoluptatem ex amicitia tua capere profitetur, certatq́; tecũ honeſtiſſimo certamine mutuæ caritatis, quã ipſum tẽpus augebit· Te negociis diſtineri, ob hoc moleſte fero, quod deſeruire ſtudiis non potes, ſi tamen alteram litem per iudicem, alteram, ut ais ipſe finieris, incipies primum iſtic otio frui, deinde ſatiatus ad nos reuerti· Vale·*

C· PL·PRISCO SVO ·S·

e Xprimere non poſſum, quam iucundum ſit mihi, quod Saturninus noſter ſummas tibi*

apud me gratias aliis ſuper alias epiſtolis agit· perge, ut cœpiſti, uirumq; optimum quam familiariſſime dilige, magnam uoluptatem ex amicitia eius percepturus, nec ad breue tempus· nam cum omnibus uirtutibus abũdet, tum hac præcipue, quod habet maximam in amore conſtantiam· Vale.

C·PL· FVSCO SVO·S·

Quæris quemadmodum in ſeceſſu, quo iandiu frueris, putem te ſtudere oportere, utile in primis, et multi præcipiunt, uel ex græco in latinum, uel ex latino uertere in græcum· quo genere exercitationis proprietas, ſplendorq; uerborũ, copia figurarum, uis explicandi· Praeterea imitatione optimorum ſimilia inueniendi facultas paratur· ſimul'q; legentem feſelliſſent, tranſferentem fugere nõ poſſunt, intellegentia ex hoc, et iudicium acquiritur· nihil obfuerit, quæ legeris hactenus, ut rem, argumẽtum'q; teneas quaſi æmulum ſcribere, lectis'q; conferre, ac ſedulo penſitare, quid tu, quid ille commodius, magna gratulatio, ſi nonnulla, tum magnus pudor, ſi cuncta ille melius· licebit interdum et notiſſima eligere, et certare cum electis audax hæc, non tamen improba, quia ſecreta contentio, quã quam multos uidemus eiuſmodi certamina ſibi cum multa laude ſumpſiſſe, quoſq; ſubſequi ſatis habebant, dum non deſperant anteceſſiſſe· poteris et quæ dixeris, poſt obliuionẽ retractare, multa detinere, plura trãſire· alia interſcribere, alia reſcribere· laborioſum iſtud, et tedio plenum, ſed difficultate ipſa fructuoſum recale-

ſcere ex integro, et reſumere impetum fractum, omiſſumq́; · Poſtremo noua uelut membra peracto corpori intexere, nec tamen priora turbare · Scio nunc tibi eſſe præcipuum ſtudium orandi, ſed nõ ideo ſemper pugnacem hunc, et quaſi bellatorium ſtylum ſuaſerim · ut enim terræ uariis, mutatisq́; ſeminibus, ita ingenia noſtra, nunc hac, nunc illac meditatione recoluntur · Volo interdum aliquem ex hiſtoria locũ adprehendas, uolo epiſtolam diligentius ſcribas · nam ſæpe in orationes quoq; nõ hiſtorica modo, ſed prope poetica deſcriptionum neceſſitas incidit, et preſſus ſermo, purusq́; ex epiſtolis petitur · fas eſt et carmine remitti, non dico continuo, et longo (Id enim perfici niſi in otio non poteſt) ſed hoc arguto et breui, quod apte quantaſlibet occupationes, curasq́; diſtinguit · Luſus uocantur ſed hi luſus non minorem iterdum gloriã, quam ſeria conſequuntur · atq; adeo, cur enim te aduerſus non uerſibus adhorter ·

Vt laus eſt ceræ mollis, cedensq́; ſequatur,
Si doctos digitos, iuſſáq; fiat opus.
Et nunc informet Martem, caſtamq́; Mineruam,
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.
Vtq; ſacri fontes non ſola incendia ſiſtunt,
Sæpe etiam flores, uernaq; praua lauant,
Sic hominum ingenium flecti, duciq; per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

Itaq; ſũmi oratores, ſummi etiã uiri ſic ſe, aut exercebant, aut delectabant, Immo delectabant, exercebantq́;. Nam mirum eſt, ut his opuſculis animus intendatur, remittatur · recipiũt enim amores, odia, iras,

miſericordiam urbanitatem, omnia deniq; quæ in uita, atq; etiam in foro, cauſſisq; uerſantur. Ineſt his quoq; eadem, quæ alijs carminibus utilitas, ꝙ metri neceſſitate deuincti ſoluta oratione lætamur, et quod facilius eſſe comparatio oſtendit, libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe, quam requirebas. Vnū tamen omiſi, non enim dixi, quæ legenda arbitrarer. quanquam dixi, cum dicerem, quæ ſcribenda. tu memineris, ſui cuiuſq; generis autores diligenter eligere. aiunt enī nō multū legendū eſſe, ſed multa. Qui ſint hi adeo notum, prouocatūq; eſt, ut demonſtratione nō egeat, et alioqui tam immodice epiſtola me extēdi, ut dum tibi quemadmodum ſtudere debeas, ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares ſumis, et aliquid ex his uel iſtud ipſum, quod cœperas, ſcribis. Vale.

C. PL. MACRINO SVO S.

Qvia ipſe cum prima cognoui, iungere extrema quaſi auulſa cupio, te quoq; exiſtio uelle de Vareno & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſſa hinc a Polyæno, inde a Magno finitis actionibus, Cæſar neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare prouinciæ uoluntatem. Multum interim Varenus tulit. Etenim quā dubiū eſt, an merito accuſetur, qui quo nomine, accuſetur, incertum eſt. Supereſt, ne rurſus prouīciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat, agatq; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. Vale.

C·PL·FABATO SVO·S·

Iraris,quod Hermes libertus meus hæredi=
m tarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi,
non expectata auctione pro meo quincūce
ex ſeptingentis millibus Corelliæ addixerit, adiicis
poſſe eos nōgētis millibus uenire,ac tanto magis quæ=
ris,an quod geſſerit ratum ſeruem, ego uero ſeruo·
Quibus ex cauſſis accipe·cupio enim et tibi probatū,
et cohæredibus meis excuſatum eſſe,quod me ab illis,
maiore officio iubente,ſecerno· Corelliam cum ſum=
ma reuerētia diligo,primū,ut ſororē Corellii Rufi,
cuius mihi memoria ſacroſancta eſt,deinde,ut matrī
meæ familiariſſimam·Sunt mihi et cum marito eius
Minutio iuſto,optimo uiro uetera iura,fuerūt et cū
filio maxima,adeo quidem,ut prætore me ludis meis
præſederit·Hæc,cū proxime iſtic fui,indicauit mi=
hi cupere ſe, aliquid circa Larium noſtrū poſſidere,
ego illi ex prædiis meis,quod uellet,et quanti uellet,
obtuli,exceptis paternis,maternisq;,his enī cedere ne
Corelliæ quidem poſſum· Igitur cū obueniſſet mihi
hæreditas,in qua prædia iſta,ſcripſi ei uenalia futu=
ra·has epiſtolas Hermes tulit,exigētiq;,ut ſtatim por
tionem meam ſibi addiceret,paruit·uides quam ra=
tum habere debeam,quod Libertus meus meis mori=
bus geſſit?ſupereſt,ut cohæredes æquo animo ferant,
ſeparatim me uēdidiſſe,quod mihi licuit omnino nō
uendere·nec uero coguntur imitari meū exemplū nō
enī illis eadē cum Corellia iura ſunt,poſſunt ergo in
tueri utilitatē ſuā,pro qua mihi fuit amicitia·Vale·

C·PL·MINVTIO SVO·S·

l· Ibellum formatũ a me, ſicut exegeras, quo amicus tuus immo noſter (quid enim nõ cõmune nobis) ſi repoſceret, uteretur, miſi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, ideſt diſperdendi haberes. habebis tamen an emendandi, neſcio, utiq; diſperdendi ὑμᾶς ὁι ἄζηλοι optima quæq; detrahitis· quod ſi feceris, boni cõſulam Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, ut meis utar, & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor, ut in eo, quod adnotatum inuenies, et ſupraſcripto aliter explicatur· nam cũ ſuſpicarer futurum, ut tibi tumidius uideretur, quoniam eſt ſonantius, et elatius, non alienum exiſtimaui, ne te torqueres, addere ſtatĩ preſſius quiddã, et exilius, uel potius humilius, et peius, ueſtro tamen iudicio rectius· cur enim non uſquequaq; tenuitatem ueſtram inſequar, et exagitem? hæc ut inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres· Illud ſerio uide, ut mihi uiaticum reddas, quod impendi data opera, cur ſo re dimiſſo, ne tu, cum hoc legeres non parteis libelli, ſed totum libellum improbares, negareſq; ullius pretii eſſe, cuius pretium repoſceres· Vale·

C·PL·FEROCI SVO·S·

e Adem epiſtola et ſtudere, et non ſtudere ſignificata ænigmata loquor ita plane donec diſtinctius, quod ſentio, enuntiẽ· negat enim te ſtudere· ſed eſt tam polita, quæ, niſi a ſtudente, nõ poteſt ſcribi· aut es tu ſuper omneis beatus, ſi talia

per deſidiam, et otium perficis. Vale.

C. PL. CORELLIAE SVAE. S.

Tu quidem honeſtiſſime, quod tam impenſe et rogas, & exigis, ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos a Liberto meo, ſed ex nõgentis, quãti a publicanis partem uiceſimã emiſti. Inuicem ego et rogo, & exigo, ut non ſolum, quid te, uerum etiã quid me deceat, aſpicias, patiarisq; me in hoc uno tibi, eodem animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. Vale.

C. PL. SATVRNINO SVO. S.

Requiris quid agam? quæ noſti, diſtringor officio, amicis deſeruio, ſtudeo interdum, quod non interdum, ſed ſolum, ſemperq; facere, non audeo dicere rectius, certe beatius erat, et alia omnia, quã quæ uelis agere, moleſte ferre, niſi ea, quæ agis, eſſent honeſtiſſima. Nam et Reipublicæ ſuæ negocia curare, et diſceptare inter amicos, laude digniſſimum eſt. Priſci noſtri contubernium iucundũ tibi futurum ſciebam, noueram ſimplicitatem eius, noueram comitatem, eundem eſſe, quod minus norã gratiſſimum, experior, cum tam iucunde officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. Vale.

C. PL. FABATO SOCERO SVO. S.

Caleſtrium Tyronem familiariſſime diligo, et priuatis mihi, et publicis neceſſitudinibus

implicitum, ſimul militauimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum iure præceſſit, ego illum in pretura ſum conſecutus, cum mihi Cæſar annum remiſiſſet· ego in uillas eius ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe conualuit· Hic nūc proconſul prouinciam Bethycam per Ticinum eſt petiturus· Spero, immo confido facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, ſi uoles uindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti· nihil eſt, quod uerearis, ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire, non erit longum mea cauſſa· proinde nimiam iſtam uerecundiam pone, teq́;, quid uelis, conſule, illi tam iucundū, quod ego, quàm mihi quod tu iubes· Vale·

C·PL· CELERI SVO ·S·

s Va cuiq; ratio recitādi· mihi, quod ſæpe iā dixi, ut, ſiq̄d me fugit, ut certe fugit, admonear· Quo magis miror, quod ſcribis, fuiſſe quoſdam, qui reprehenderent, quod orationes oīno recitarem· Niſi uero has ſolas non putant emendandas, à quibus libenter requiſieram, cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei, ueritatiq́; componitur· cur tragœdiam, quæ non auditorium, ſed ſcenam, et actores, cur lyrica, quæ non lectorem, ſed chorum, et lyram poſcunt· At horum recitatio uſu iam recepta eſt, num ergo culpandus eſt ille, qui cœpit? quanquam orationes quoq; et noſtri quidam, et græci lectitauerūt· Superuacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris· etiam,

ſi eadem omnia, iiſdē omnibus, ſi ſtatim recites, ſi uero multa inſeras, multa cōmutes, ſi quoſdā nouos, quoſdam eoſdē, ſed poſt tempus adſumas, cur minus probabilis ſit cauſſa recitandi, quæ dixeris, quam edēdi? Sed difficile eſt, ut oratio, dum recitatur, ſatiſfaciat· Iam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi· nec uero ego, dum recito, laudari, ſed dum legor, cupio· itaq; nullum emendandi genus omitto· ac primum, quæ ſcripſi, mecum ipſe pertracto, deinde, duobus, aut tribus lego, mox aliis trado annotāda, notasq; eorum, ſi dubito, cum uno rurſus, aut altero penſito, nouiſſime pluribus recito· Ac ſiquid mihi credis, tūc acerrime emendo· nā tanto diligētius, quanto ſollicitius intendo· Optime autem reuerentia, pudor, metus iudicant· Idq; adeo ſic habe· nónne ſi locuturus es cū aliquo, quanlibet docto uno, tamen minus commoueris, quàm ſi cum multis, uel indoctis? Nónne cum ſurgis ad agendum, tum maxime tibi ipſe diffidis? tum commutata nō dico plurima, ſed omnia cupis? utiq; ſi latior ſcena, et corona diffuſior· nam illos quoq; ſordidos, pullatosq; reueremur, nónne ſi prima quæq; improbari putas, debilitaris, et cōcidis? opinor, quia in numero ipſo eſt quoddam magnum, collatumq; conſilium, quibusq; ſingulis iudicii parum, omnibus plurimum· Itaq; Pomponius Secundus, hic ſcriptor tragœdiarum, ſiquid forte familiarior amicus, tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum prouoco, atq; ita ex populi uel ſilētio, uel adſenſu, aut ſuā, aut amici ſententiam ſequebatur· tantum ille populo dabat· recte

an ſecus, nihil ad me. Ego enim non populum aduocare, ſed certos, electoſq; ſoleo, quos intuear, quibus credam, quos deniq; et tanquam ſingulos obſeruem, & tanquam nō ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero de ſtylo, ego de metu ſentio. timor eſt timor emēdator aſperrimus. Hoc ipſum quod nos recitaturos cogitamus, emendat, quod auditorium ingredimur, emendat, quod pallemus, horreſcimus. circunſpicimus, emēdat. Proinde non pœnitet me conſuetudinis meæ, quā utiliſſimam experior. Adeóq; nō deterreor ſermunculis iſtorū, ut ultro te rogem, monſtres aliquid, quod his addam. Nihil enim curæ meæ ſatis eſt. Cogito, ꝗ ſit magnum dare aliquid in manus hominū, nec perſuadere mihi poſſum, non et cum multis et ſæpe tractandum, quod placere, & ſemper & omnibus cupias. Vale.

C. PL. CANINIO SVO S.

d Eliberas mecum, quemadmodum pecuniā, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te quoq; ſalua ſit, honeſta conſultatio, nō expedita ſentētia. numeres Reipublicæ ſummam, uerendum eſt, ne delabatur. des agros, ut publici neglegentur. equidem nihil commodius inuenio, ꝗ quod ipſe feci. nam pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumq; promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipaui, eundem uectigali impoſito præcepi. ccc. millia annua daturus. per hoc enim et Reipublicæ ſors in tuto, nec reditus īcertus, et ager ipſe propter id

quod uectigali large ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur, inueniet· nec ignoro melius aliquã to, quàm donaſſe, uideor cauiſſe, cũ pulcherrimi agri pretiũ neceſſitas uectigalis infregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multosq; diligentius muneri ſuo conſulere, quã facultatibus· Vale·

C·PL·PRISCO SVO·S,

a Ngit me Fanniæ ualetudo· contraxit hanc dum adſidet Iuniæ Virgini ſponte primũ· eſt enim adfinis, deinde etiam ex autoritate pontificum· nam uirgines, cum ui morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarũ curæ, cuſtodiæq; mandantur, quo munere Fannia dũ ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicata eſt· inſident febres, tuſſis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio, animus tantum, et ſpiritus uiget. Heluidio marito, Thraſea patre digniſſima· Reliqua labuntur, meq; non metu tantum, uerumetiam dolore conficiunt· doleo enim maximã fœminam eripi oculis ciuitatis, neſcio an aliquid ſimile uiſuris· quæ caſtitas illi? quæ ſanctitas? quanta grauitas? quanta cõſtantia· bis maritũ ſecuta in exiliũ ẽ, tertio ipſa propter maritũ relegata. Nam cum Senecio reus eſſet, quod de uita Heluidii libros compoſuiſſet, rogatũq; ſe à Fannia in defenſione dixiſſet, quærente minaciter Mettio Caro an rogaſſet, reſpondit, rogaui, an commentarios ſcripturo dediſſet, dedi, an ſciente matre, neſciente· Poſtremo nullam uocem cedentem periculo emiſit· quinetiam illos ipſos libros,

quanquam ex neceſſitate, et metu temporum abolitos ſenatuſconſulto publicatis bonis, ſeruauit, habuit, tulitq́; in exiliũ exilii cauſſam. Eadem quam iucũda, quam comis, quam deniq; (quod paucis datum eſt) nõ minus amabilis, quàm ueneranda erit, nequam poſtea uxoribus noſtris oſtentare poſſimus, erit à qua uiri quoq; fortitudinis exempla ſumamus, quæ ſic cernentes, audientesq́; miremur, ut illas, quæ leguntur, ac mihi domus ipſa nutare, conuulſáq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uidetur. Licet adhuc poſteros habeat. quantis enĩ uirtutibus, quantisq́; factis aſſequẽtur, ut hæc non nouiſſima occiderit? Me quidem illud etiam adfligit, et torquet, quod matrem eius illam, nihil poſſum illuſtrius dicere, tantæ fœminæ matrem rurſus uideor amittere, quam hæc, ut reddit, ac refert nobis, ſic auferat ſecum, meq́; et nouo pariter, et reſciſſo uulnere adficiet utranq; colui, utranq; dilexi, utram magis, neſcio, nec diſcerni uolebãt. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. ego ſolatium relegatarum, ego ultor reuerſarum, nõ feci tamen paria, atq; eo magis hanc cupio ſeruari, ut mihi ſoluendi tempora ſuperſint. In his eram curis, cum ſcriberem ad te, quas ſi deus aliquis in gaudiũ uerterit, de metu non querar. Vale.

C. PL. TACITO SVO S.

Librum tuũ legi, et quamdiligentiſſime potui, adnotaui, quæ cõmutanda, quæ eximenda arbitrarer. nam et ego uerũ dicere aſſueui, et tu libẽter audire. neq; enim ulli patientius repre

henduntur, quam qui maxime laudari merẽtur. Nũc à te librum meum cum annotationibus tuis expecto. O iucũdas, o pulchras uices, quam me delectat, quod ſiqua poſteris cura noſtri, uſquequaq; narrabitur, qua concordia, ſimplicitate, fide uixerimus. Erit rarũ et íſigne, duos homines ætate, dignitate propemodum æquales, nonnullius í literis nominis (cogor enim de te quoq; parcius dicere, quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe. Equidem adoleſcentulus cum iam tu fama, gloriaq́; floreres, te ſequi, tibi longo, ſed proximus interuallo et eſſe, et haberi cócupiſcebam. et erant multa clariſſima i genia, ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maxime imitabilis; maxime imitandus uidebaris. Quo magis gaudeo, quod ſiqs de ſtudiis ſermo, unà nominamur, quod de te loquẽtibus ſtatim occurro, nec deſunt, qui utriq; noſtrũ præferantur. Sed nos nihil intereſt mea, quo loco iungimur. Nam mihi primus, qui à te proximus. quinetiã in teſtamẽtis debes adnotaſſe, niſi quis forte alterutri noſtrum amiciſſimus, eadem legata et quidem pariter accipimus, quæ omnia huc ſpectant, ut inuicem ardentius diligamus, cum tot uinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema deniq; hominum iudicia conſtringant. Vale.

C·PL·CORNVTO SVO·S.

P Areo collegæ cariſſime, et infirmitati oculorum, ut iubes, conſulo. Nam et tunc tecto uehiculo undiq; íclusus, quaſi in cubiculo perueni. et hic non ſtylo modo, uerum etiam lectionibus

diffi culter, ſed abſtineo, ſolusq; auribus ſtudeo cubicula obductis uelis opaca, nec tamē obſcura facio· crypto porticus quoq; adopertis inferioribus feneſtris, tātum umbræ, quantum luminis habent· paulatim lucem ferre condiſco balineum adſumo, quia prodeſt· uinum, quia nō nocet, parciſſime tamen· ita aſſueui, et nunc cuſtos adeſt· gallinam, ut à te miſſam libenter accepi, quam ſatis acribus oculis, quanquā adhuc lippis pinguiſſimam uidi· Vale·

C·PL· FALCONI SVO·S·

m Inus miraberis, me tam inſtanter petiſſe, ut in amicum meum conferres tribunatum, cū ſcieris quis ille, qualisq;· poſſum autem iam tibi et nomen indicare, et deſcribere ipſum· poſtquā pollicerıs· Eſt Cornelius Minitianus ornamentum regionis meæ, ſeu dignitate, ſeu moribus, natus ſplendide, abundat facultatibus, amat ſtudia, ut ſolent pauperes· Idem rectiſſimus iudex, fortiſſimus aduocatus, fideliſſimus amicus· Accepiſſe te beneficium credes, cum propius inſpexeris hominem, omnibus honoribus, omnibus titulis (nihil uolo elatius de modeſtiſſimo uiro dicere) parem· Vale·

C·PL· FABATO PROSOCERO SVO·S·

g Audeo quidē eſſe te tam fortem, ut Mediolani occurrere Tyroni poſſis· Sed ut perſeueres eſſe tam fortis rogo, ne tibi cōtra rationem ætatis tantum laboris iniungas· Quinimmo denuntio, ut illum et domi, & intra domum atq; etiā

intra cubiculi limen expectes, etenim cũ à me ut frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco obſeruo, exigere officium, quod parenti ſuo remiſiſſet· Vale·

C·P'L·GEMINIO SVO ·S·

V midia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit uſq; ad nouiſſimam ualetudinem uiridis, atq; etiam ultra matronalem modum compacto corpore, et robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento· reliquit hæredes, ex beſſe nepotẽ, ex tertia parte neptẽ· Neptẽ paruã noui, nepotem familiariſſime diligo, aduleſcentẽ ſingularẽ, nec iis tantum, quos ſanguine attingit inter propinquos amandum, ac primum conſpicuus forma omnes ſermones malignorũ & puer, et iuuenis euaſit, intra quartum, et uiceſimum annum maritus, et ſi deus adnuiſſet, pater, uixit in contubernio auiæ delicatæ, ſeueriſſime, et tamen obſequẽtiſſime· habebat illa pantomimos, fouebatq; effuſius, quàm principi fœminæ conueniret· hos Quadratus non in theatro, nõ domi ſpectabat, nec illa exigebat· audii ipſam cũ mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe ut fœminam in illo otio ſexus laxare animum luſu calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos, ſed cum factura eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe abiret, ſtuderetq;, quod mihi nõ amore eius magis facere, quàm reuerentia uidebatur· miraberis, et ego miratus ſum· Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis cum ſimul thea-

tro ego, et Quadratus egrederemur, ait mihi, ſcis me hodie primum uidiſſe ſaltantem auiæ meæ Libertũ, hoc nepos. At Hercule alieniſſimi homines in honorem Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorẽ per adulationis officium) in theatrum curſitabant, exultabant, plaudebant, mirabantur, ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollariũ accipiẽt ab hærede, qui nõ ſpectabat. Hæc ſcripſi, quia ſoles ſiquid incidit noui, non inuitus audire, deinde, quia iucundum eſt mihi, quod ceperam gaudium ſcribendo retractare. Gaudeo enim pietate defunctæ, honore optimi iuuenis, lætor etiam, ꝙ domus aliquando C. Caſſii huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps et parens fuit, ſeruiet domino non minori. implebit enim illam Quadratus meus, et decebit, rurſusq; ei priſtinam dignitatem, celebritatem, gloriam reddet, cum tantus orator inde procedet, quantus iuris ille conſultus. Vale.

C. PL. RVFO SVO S.

Quantum eruditorum aut modeſtia ipſorũ, aut quies operit, & ſubtrahit famæ. at nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt, cũ illi, qui tacẽt, hoc amplius præſtent, quod maximũ opus ſilẽtio reuerẽtur. Expertus ſcribo, quod ſcribo. Terẽtius Iunior equeſtribus militiis, atq; etiam procuratione Narbonenſis prouinciæ integerrime functus, recepit ſe in agros ſuos, ſperatisq; honoribus trãquilliſſimũ otiũ prætulit.

*tulit. Hunc ego inuitatus hoſpitio, ut bonum patrem
familiæ ut diligentem agricolam intuebar, de his lo-
cuturus, in quibus illum uerſari putabam, et cœpe-
ram, cũ ille me doctiſſimo ſermone reuocauit ad ſtu
dia· quam terſa omnia? quam Latina? quam Græca?
Nam tantum utraq; lingua ualet, ut ea magis uidea
tur excellere, qua cum maxime loquitur· quantum il
le legit? quantum tenet? Athenis uiuere hominem, nõ
in uilla putes· Quid multa? auxit ſolicitudinem me
am, effecitq́; ut illis, quos doctiſſimos noui, non mi-
nus hos ſeductos, et quaſi ruſticos uerear· Idem ſua-
deo tibi· ſunt enim ut in caſtris, ſic etiam in literis no
ſtris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos &
quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus,
inuenies· Vale·*

C·PL·MAXIMO SVO·S·

n *V per me cuiuſdam amici langor admonu-
it, optimos eſſe nos, dũ infirmi ſumus· Quẽ
enim infirmum aut auaritia, aut libido ſo=
licitat? non amoribus ſeruit, nõ adpetit honores, opes
negligit, et quantulumcunq;, ut relicturus, ſatis ha=
bet, tunc deos, tunc hominem eſſe ſe meminit, inuidet
nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne
ſermonibus quidẽ malignis aut attendit, aut alitur,
balinea imaginatur, & fonteis· Hæc ſumma cura=
rum, ſumma uotorum, mollemq́; in poſterum et pin=
guem, ſi cõtingat euadere, hoc eſt innoxiã, beatamq́;
deſtinat uitam. poſſum ego, quod pluribus uerbis, plu
ribus etiam uoluminibus philoſophi docere conan-*

miſericordiam urbanitatem, omnia deniq;, quæ in uita, atq; etiam in foro, cauſſiſq; uerſantur. Ineſt his quoq; eadem, quæ alijs carminibus utilitas, ꝙ metri neceſſitate deuincti ſoluta oratione lætamur, et quod facilius eſſe comparatio oſtendit, libentius ſcribimus. Habes plura etiam fortaſſe, quam requirebas. Vnũ tamen omiſi, non enim dixi, quæ legenda arbitrarer. quanquam dixi, cum dicerem, quæ ſcribenda. tu memineris, ſui cuiuſq; generis autores diligenter eligere. aiunt eni nõ multũ legendũ eſſe, ſed multa. Qui ſint hi adeo notum, prouocatũq; eſt, ut demonſtratione nõ egeat, et alioqui tam immodica epiſtola me extẽdi, ut dum tibi quemadmodum ſtudere debeas, ſuadeo, ſtudendi tempus abſtulerim. quin ergo pugillares ſumis, et aliquid ex his uel iſtud ipſum, quod cœperas, ſcribis. Vale.

C. PL. MACRINO SVO. S.

Quia ipſe cum prima cognoui, iungere extrema quaſi auulſa cupio, te quoq; exiſtio uelle de Vareno & Bithynis reliqua cognoſcere. Acta cauſſa hinc a Polyæno, inde a Magno finitis actionibus, Cæſar neutra, inquit, pars de mora queretur. Erit mihi curæ, explorare prouinciæ uoluntatem. Multum interim Varenus tulit. Etenim quã dubiũ eſt, an merito accuſetur, qui quo nomine, accuſetur, incertum eſt. Supereſt, ne rurſus prouĩciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat, agatq; pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ. Vale.

C·PL·FABATO SVO·S·

m Iraris, quod Hermes libertus meus hæreditarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi, non expectata auctione pro meo quincūce ex ſeptingentis millibus Corelliæ addixerit, adiicis poſſe eos nōgētis millibus uenire, ac tanto magis quæris, an quod geſſerit ratum ſeruem, ego uero ſeruo. Quibus ex cauſſis accipe· cupio enim et tibi probatū, et cohæredibus meis excuſatum eſſe, quod me ab illis, maiore officio iubente, ſecerno· Corelliam cum ſumma reuerētia diligo, primū, ut ſororē Corellii Rufi, cuius mihi memoria ſacroſancta eſt, deinde, ut matri meæ familiariſſimam· Sunt mihi et cum marito eius Minutio iuſto, optimo uiro uetera iura, fuerūt et cū filio maxima, adeo quidem, ut prætore me ludis meis præſederit. Hæc, cū proxime iſthc fui, indicauit mihi cupere ſe, aliquid circa Larium noſtrū poſſidere, ego illi ex prædiis meis, quod uellet, et quanti uellet, obtuli, exceptis paternis, maternisq; his enī cedere ne Corelliæ quidem poſſum. Igitur cū obueniſſet mihi hæreditas, in qua prædia iſta, ſcripſi ei uenalia futura· has epiſtolas Hermes tulit, exigētiq;, ut ſtatim portionem meam ſibi addiceret, paruit· uides quam ratum habere debeam, quod Libertus meus meis moribus geſſit? ſupereſt, ut cohæredes æquo animo ferant, ſeparatim me uēdidiſſe, quod mihi licuit omnino nō uendere· nec uero coguntur imitari meū exemplū nō enī illis eadē cum Corellia iura ſunt, poſſunt ergo intueri utilitatē ſuā, pro qua mihi fuit amicitia· Vale.

C·PL·MINVTIO SVO·S·

Libellum formatū a me, ſicut exegeras, quo amicus tuus immo noſter (quid enim nō cōmune nobis) ſi repoſceret, uteretur, miſi tibi ideo tardius, ne tempus emendandi eum, ideſt diſperdendi haberes· habebis tamen an emendandi, neſcio, utiq; diſperdendi ὑμεῖς οἱ ἄζηλοι optima quæq; detrahitis· quod ſi feceris, boni cōſulam· Poſtea enim illis ex aliqua occaſione, ut meis utar, & beneficio faſtidii tui ipſe laudabor, ut in eo, quod adnotatum inuenies, et ſupraſcripto aliter explicatur· nam cū ſuſpicarer futurum, ut tibi tumidius uideretur, quoniam eſt ſonantius, et elatius, non alienum exiſtimaui, ne te torqueres, addere ſtatī preſſius quiddā, et exilius, uel potius humilius, et peius, ueſtro tamen iudicio rectius· cur enim non uſquequaq; tenuitatem ueſtram inſequar, et exagitem? hæc ut inter iſtas occupationes aliquid aliquando rideres· Illud ſerio uide, ut mihi uiaticum reddas, quod impendi data opera, curſore dimiſſo, ne tu, cum hoc legeres non parteis libelli, ſed totum libellum improbares, negaresq; ullius pretii eſſe, cuius pretium repoſceres· Vale·

C·PL·FEROCI SVO·S·

Eadem epiſtola et ſtudere, et non ſtudere ſignificas· ænigmata loquor· ita plane donec diſtinctius, quod ſentio, enuntiē· negat enim te ſtudere· ſed eſt tam polita, quæ, niſi a ſtudente, nō poteſt ſcribi· aut es tu ſuper omneis beatus, ſi talia

per deſidiam, et otium perficis. Vale.

C. PL. CORELLIAE SVAE S.

Tu quidem honeſtiſſime, quod tam impenſe et rogas, & exigis, ut accipi iubeam a te pretium agrorum non ex ſeptingentis millibus, quanti illos a Liberto meo, ſed ex nongentis, quanti a publicanis partem uiceſimã emiſti. Inuicem ego et rogo, & exigo, ut non ſolum, quid te, uerum etiã quid me deceat, aſpicias, patiarisq; me in hoc uno tibi eodem animo repugnare, quo in omnibus obſequi ſoleo. Vale.

C. PL. SATVRNINO SVO S.

Requiris quid agam? quæ noſti, diſtringor officio, amicis deſeruio, ſtudeo interdum, quod non interdum, ſed ſolum, ſemperq; facere, non audeo dicere rectius, certe beatius erat, et alia omnia, quã quæ uelis agere, moleſte ferre, niſi ea, quæ agis, eſſent honeſtiſſima. Nam et Reipublicæ ſuæ negocia curare, et diſceptare inter amicos, laude digniſſimum eſt. Priſci noſtri contubernium iucundũ tibi futurum ſciebam, noueram ſimplicitatem eius, noueram comitatem, eundem eſſe, quod minus norã gratiſſimum, experior, cum tam iucunde officiorum noſtrorum meminiſſe eum ſcribas. Vale.

C. PL. FABATO SOCERO SVO S.

Caleſtrium Tyronem familiariſſime diligo, et priuatis mihi, et publicis neceſſitudinibus

implicitum, ſimul militauimus, ſimul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum iure præceſſit, ego illum in prætura ſum conſecutus, cum mihi Cæſar annum remiſiſſet. ego in uillas eius ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe conualuit. Hic nũc proconſul prouinciam Bethyciam per Ticinum eſt petiturus. Spero, immo confido facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, ſi uoles uindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti. nihil eſt, quod uerearis, ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire, non erit longum mea cauſſa. proinde nimiam iſtam uerecundiam pone, teq́ꝫ, quid uelis, conſule, illi tam iucundũ, quod ego, quàm mihi quod tu iubes. Vale.

C. PL. CELERI SVO. S.

Va cuiqꝫ ratio recitãdi. mihi, quod ſæpe iã dixi, ut, ſi qd me fugit, ut certe fugit, admonear. Quo magis miror, quod ſcribis, fuiſſe quoſdam, qui reprehenderent, quod orationes oino recitarem. Niſi uero has ſolas non putant emendandas, à quibus libenter requiſieram, cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei, ueritatiq́ꝫ componitur. cur tragœdiam, quæ non auditorium, ſed ſcenam, et actores, cur lyrica, quæ non lectorem, ſed chorum, et lyram poſcunt. At horum recitatio uſu iam recepta eſt, num ergo culpandus eſt ille, qui cœpit? quanquam orationes quoqꝫ et noſtri quidam, et græci lectitauerũt. Superuacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris. etiam,

ſi eadem omnia, iiſdẽ omnibus, ſi ſtatim recites, ſi uero multa inferas, multa cõmutes, ſi quoſdá nouos, quoſdam eoſdẽ, ſed poſt tempus adſumas, cur minus probabilis ſit cauſſa recitandi, quæ dixeris, quam edẽdi? Sed difficile eſt, ut oratio, dum recitatur, ſatiſfaciat. Iam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi. nec uero ego, dum recito, laudari, ſed dum legor, cupio. itaq; nullum emendandi genus omitto. ac primum, quæ ſcripſi, mecum ipſe pertracto, deinde, duobus, aut tribus lego, mox aliis trado annotáda, notasq; eorum, ſi dubito, cum uno rurſus, aut altero penſito, nouiſſime pluribus recito. Ac ſiquid mihi credis, tũc acerrime emendo. ná tanto diligẽtius, quanto ſollicitius intendo. Optime autem reuerentia, pudor, metus iudicant. Idq; adeo ſic habe. nónne ſi locuturus es cũ aliquo, quanlibet docto uno, tamen minus commoueris, quàm ſi cum multis, uel indoctis? Nónne cum ſurgis ad agendum, tum maxime tibi ipſe diffidis? tùm commutata nõ dico plurima, ſed omnia cupis? utiq; ſi latior ſcena, et corona diffuſior. nam illos quoq; ſordidos, pullatosq; reueremur, nónne ſi prima quæq; improbari putas, debilitaris, et cõcidis? opinor, quia in numero ipſo eſt quoddam magnum, collatumq; conſilium, quibusq; ſingulis iudicii parum, omnibus plurimum. Itaq; Pomponius Secundus, hic ſcriptor tragœdiarum, ſiquid forte familiarior amicus, tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum prouoco, atq; ita ex populi uel ſilẽtio, uel adſenſu, aut ſuã, aut amici ſententiam ſequebatur. tantum ille populo dabat. recte

an ſecus, nihil ad me. Ego enim non populum aduocare, ſed certos, electosq́; ſoleo, quos intuear, quibus credam, quos deniq; et tanquam ſingulos obſeruem, & tanquam nō ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero de ſtylo, ego de metu ſentio. timor eſt timor emēdator aſperrimus. Hoc ipſum quod nos recitaturos cogitamus, emendat, quod auditorium ingredimur, emendat, quod pallemus, horreſcimus. circunſpicimus, emēdat. Proinde non pœnitet me conſuetudinis meæ, quā utiliſſimam experior. Adeóq; nō deterreor ſermunculis iſtorū, ut ultro te rogem, monſtres aliquid, quod his addam. Nihil enim curæ meæ ſatis eſt. Cogito, q̄ ſit magnum dare aliquid in manus hominū, nec perſuadere mihi poſſum, non et cum multis et ſæpe tractandum, quod placere, & ſemper & omnibus cupias. Vale.

C. PL. CANINIO SVO. S.

d Eliberas mecum, quemadmodum pecuniā, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te quoq; ſalua ſit, honeſta conſultatio, nō expedita ſentētia. numeres Reipublicæ ſummam, uerendum eſt, ne delabatur. des agros, ut publici neglegentur. equidem nihil commodius inuenio, q̄ quod ipſe feci. nam pro quingentis millibus numum, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumq́; promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico manapaui, eundem uectigali impoſito præcepi. ccc. millia annua daturus. per hoc enim et Reipublicæ ſors in tuto, nec reditus īcertus, et ager ipſe propter id

quod uectigali large ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur, inueniet · nec ignoro melius aliquã to, quàm donaſſe, uideor cauiſſe, cũ pulcherrimi agri pretiũ neceſſitas uectigalis infregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multos'q; diligentius muneri ſuo conſulere, quã facultatibus · Vale·

C·PL·PRISCO SVO·S,

Angit me Fanniæ ualetudo · contraxit hanc a dum adſidet Iuniæ Virgini ſponte primũ · eſt enim adfinis, deinde etiam ex autoritate pontificum · nam uirgines, cum ui morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarũ curæ, cuſtodiæ'q; mandantur, quo munere Fannia dũ ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicata eſt · inſident febres, tuſſis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio. animus tantum, et ſpiritus uiget. Heluidio marito, Thraſea patre digniſſima· Reliqua labuntur, me'q; non metu tantum, uerumetiam dolore conficiunt · doleo enim maximã fœminam eripi oculis ciuitatis, neſcio an aliquid ſimile uiſuris· quæ caſtitas illi? quæ ſanctitas? quanta grauitas? quanta cõſtantia · bis maritũ ſecuta in exiliũ ẽ, tertio ipſa propter maritũ relegata. Nam cum Senecio reus eſſet, quod de uita Heluidii libros compoſuiſſet, rogatũ'q; ſe à Fannia in defenſione dixiſſet, quærente minaciter Mettio Caro an rogaſſet; reſpondit, rogaui, an commentarios ſcripturo dediſſet, dedi, an ſciente matre, neſciente · Poſtremo nullam uocem cedentem periculo emiſit · quinetiam illos ipſos libros,

quanquam ex neceſſitate, et metu temporum abolitos ſenatuſconſulto publicatis bonis, ſeruauit, habuit, tulitq; in exiliũ exilii cauſſam. Eadem quam iucũdá, quam comis, quam deniq; (quod paucis datum eſt) nõ minus amabilis, quàm ueneranda erit, nequam poſtea uxoribus noſtris oſtentare poſſimus, erit à qua uiri quoq; fortitudinis exempla ſumamus, quæ ſic cernentes, audientesq; miremur, ut illas, quæ leguntur, ac mihi domus ipſa nutare, conuulſaq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uidetur. Licet adhuc poſteros habeat. quantis eni uirtutibus, quantisq; factis aſſequẽtur, ut hæc non nouiſſima occiderit? Me quidem illud etiam adfligit, et torquet, quod matrem eius illam, nihil poſſum illuſtrius dicere, tantæ fœminæ matrem rurſus uideor amittere, quam hæc, ut reddit, ac refert nobis, ſic auferat ſecum, meq; et nouo pariter, et reſciſſo uulnere adficiet utranq; colui, utranq; dilexi, utram magis, neſcio, nec diſcerni uolebãt. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. ego ſolatium relegatarum, ego ultor reuerſarum, nõ feci tamen paria, atq; eo magis hanc cupio ſeruari, ut mihi ſoluendi tempora ſuperſint. In his eram curis, cum ſcriberem ad te, quas ſi deus aliquis in gaudiũ uerterit, de metu non querar. Vale.

C. PL. TACITO SVO S.

Librum tuũ legi, et quamdiligentiſſime potui, adnotaui, quæ cõmutanda, quæ eximenda arbitrarer. nam et ego uerũ dicere aſſueui, et tu libẽter audire. neq; enim ulli patientius repre

hendũtur, quam qui maxime laudari merẽtur· Nũc à te librum meum cum annotationibus tuis expecto· O iucũdas, o pulchras uices, quam me delectat, quod ſiqua poſteris cura noſtri, uſquequaq; narrabitur, qua concordia, ſimplicitate, fide uixerimus· Erit rarũ et íſigne, duos homines ætate, dignitate propemodum æquales, nonnullius ĩ literis nominis·(cogor enim de te quoq; parcius dicere, quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe· Equidem adoleſcentulus cum iam tu fama, gloriaq; floreres, te ſequi, tibi longo, ſed proximus interuallo et eſſe, et haberi cõcupiſcebam· et erant multa clariſſima ĩgenia, ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus uidebaris· Quo magis gaudeo, quod ſiqs de ſtudiis ſermo, unà nominamur, quod de te loquẽtibus ſtatim occurro, nec deſunt, qui utriq; noſtrũ præferantur· Sed nos nihil intereſt mea, quo loco iungimur· Nam mihi primus, qui à te proximus· quinetiã in teſtamẽtis debes adnotaſſe, niſi quis forte alterutri noſtrum amiciſſimus, eadem legata et quidem pariter accipimus, quæ omnia huc ſpectant, ut inuicem ardentius diligamus, cum tot uinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema deniq; hominum iudicia conſtringant· Vale·

C·PL·CORNVTO SVO·S·

P Areo collegæ cariſſime, et infirmitati oculorum, ut iubes, conſulo· Nam et tunc tecto uehiculo undiq; ĩcluſus, quaſi in cubiculo perueni· et hic non ſtylo modo, uerum etiam lectionibus

intra cubiculi limen expectes, etenim cũ à me ut frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco obſeruo, exigere officium, quod parenti ſuo remiſiſſet· Vale·

C·P'L·GEMINIO SVO ·S·

Vmidia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit uſq; ad nouiſſimam ualetudinem uiridis, atq; etiam ultra matronalem modum compacto corpore, et robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento· reliquit hæredes, ex beſſe nepotẽ, ex tertia parte neptẽ· Neptẽ paruá no ui, nepotem familiariſſime diligo, aduleſcentẽ ſingularẽ, nec iis tantum, quos ſanguine attingit inter propinquos amandum, ac primum conſpicuus forma omneis ſermones malignorũ & puer, et iuuenis euaſit, intra quartum, et uiceſimum annum maritus, et ſi deus adnuiſſet, pater, uixit in contubernio auiæ delicatæ, ſeueriſſime, et tamen obſequẽtiſſime· habebat illa pantomimos, fouebatq; effuſius, quàm principi fœminæ conueniret· hos Quadratus non in theatro, nõ domi ſpectabat, nec illa exigebat· audii ipſam cũ mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe ut fœminam in illo otio ſexus laxare animum luſu calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos, ſed cum factura eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe abiret, ſtuderetq;, quod mihi nõ amore eius magis facere, quàm reuerentia uidebatur· miraberis, et ego miratus ſum· Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis cum ſimul thea-

tro ego, et Quadratus egrederemur, ait mihi, ſcis me hodie primum uidiſſe ſaltantem auiæ meæ Libertũ, hoc nepos. At Hercule alieniſſimi homines in honorem Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorẽ) per adulationis officium in theatrum curſitabant, exultabant, plaudebant, mirabantur, ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollariũ accipiẽt ab hærede, qui nõ ſpectabat. Hæc ſcripſi, quia ſoles ſiquid incidit noui, non inuitus audire, deinde, quia iucundum eſt mihi, quod cœperam gaudium ſcribendo retractare. Gaudeo enim pietate defunctæ, honore optimi iuuenis, lætor etiam, ꝙ domus aliquando C. Caſſii huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps et parens fuit, ſeruiet domino non minori. implebit enim illam Quadratus meus, et decebit, rurſusq; ei priſtinam dignitatem, celebritatem, gloriam reddet, cum tantus orator inde procedet, quantus iuris ille conſultus. Vale.

C. PL. RVFO SVO. S.

Quantum eruditorum aut modeſtia ipſorũ, aut quies operit, & ſubtrahit famæ. at nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt, cũ illi, qui tacẽt, hoc amplius præſtent, quod maximũ opus ſilẽtio reuerẽtur. Expertus ſcribo, quod ſcribo. Terẽtius Iunior equeſtribus militiis, atq; etiam procuratione Narbonenſis prouinciæ integerrime functus, recepit ſe in agros ſuos, ſperatisq; honoribus trãquilliſſimũ otiũ prætulit.

tulit. Hunc ego inuitatus hoſpitio, ut bonum patrem
familiæ ut diligentem agricolam intuebar, de his lo-
cuturus, in quibus illum uerſari putabam, et cœpe-
ram, cũ ille me doctiſſimo ſermone reuocauit ad ſtu
dia· quam terſa omnia? quam Latina? quam Græca?
Nam tantum utraq; lingua ualet, ut ea magis uidea
tur excellere, qua cum maxime loquitur· quantum il
le legit? quantum tenet? Athenis uiuere hominem, nõ
in uilla putes· Quid multa? auxit ſolicitudinem me
am, effecitq; ut illis, quos doctiſſimos noui, non mi-
nus hos ſeductos, et quaſi ruſticos uerear· Idem ſua-
deo tibi· ſunt enim ut in caſtris, ſic etiam in literis no
ſtris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos &
quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus,
inuenies· Vale·

C·PL·MAXIMO SVO·S·

Nuper me cuiuſdam amici langor admonu-
it, optimos eſſe nos, dũ infirmi ſumus· Quẽ
enim infirmum aut auaritia, aut libido ſo=
licitat? non amoribus ſeruit, nõ adpetit honores, opes
negligit, et quantulumcunq;, ut relicturus, ſatis ha=
bet, tunc deos, tunc hominem eſſe ſe meminit, inuidet
nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne
ſermonibus quidẽ malignis aut attendit, aut alitur,
balinea imaginatur, & fonteis· Hæc ſumma cura=
rum, ſumma uotorum, mollemq; in poſterum et pin=
guem, ſi cõtingat euadere, hoc eſt innoxiã, beatamq;
deſtinat uitam· poſſum ego, quod pluribus uerbis, plu
ribus etiam uoluminibus philoſophi docere conan-

tur, ipſe breuiter tibi, mihiq́; præcipere, ut tales eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Vale.

C. PL. SVRAE SVO S.

Et mihi diſcendi, et tibi docendi facultatem otium præbet. igitur perquã uelim ſcire, eſſe phantaſmata, & habere propriam figuram, numẽq; aliquod putes, an inania, et uana ex metu noſtro imaginem accipere. Ego ut eſſe credã, in primis eo ducor, quod audio accidiſſe Curtio Rufo. Tenuis adhuc, et obſcurus optinenti Africã comes hæſerat. inclinato die ſpatiabatur in porticu. offertur ei mulieris figura, humana grandior, pulchriorq́;, perterrito, Africam ſe futurorũ prænuntiã dixit, iturũ enim Romam, honoresq́; geſturum, atq; etiã cum ſummo imperio in eandem prouinciam reuerſurum, ibiq́; moriturum, facta ſunt omnia. Præterea accedẽti Carthaginem, egredientiq́; nauem, eadem figura in litore occurriſſe narratur. Ipſe certe ĩplicitus morbo, futura præteritis, aduerſa ſecundis auguratus ſpẽ ſalutis, nullo ſuorum deſperante, proiecit. Iam illud nónne et magis terribile, et nõ minus mirum eſt, quod exponam, ut accepi. Erat Athenis ſpacioſa, & capax domus, ſed infamis, et peſtilens, per ſilentium noctis ſonus ferri, etſi attenderes acrius, ſtrepitus uinculorum longius primo, deinde proximo reddebatur, mox apparebat ſenex Idolon macie & ſqualore confectus, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus cõpedes, manibus cathenas gerebat, quatiebatq́;,

inde inhabitantibus triſtes, diræq́; noctes per metũ uigilabantur·morbus & creſcente formidine mors ſequebatur·Nam interdiu quoq; quanquam abſceſ ſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat· lõgiorisq́; cauſſa timoris timor erat·deſerta inde & damnata ſolitudine domus, totaq́; illi mõſtro relicta, proſcribebatur tamen ſeu quis emere, ſeu quis conducere ignarus tanti mali uellet·Venit Athenas philoſophus Athenodorus, legit titulum, auditoq́; pretio, quia ſuſpecta uilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis conducit, ubi cœpit adueſperaſcere, iubet ſterni ſibi in prima domus parte, poſcit pugillares, ſtylum, lumẽ, ſuos omnes ĩ interiora dimittit, ipſe ad ſcribendum animum, oculos, manum intendit, ne uacua mens audita ſimulacra, et inanes ſibi metus fingeret· initio, quale ubiq; ſilentium noctis, deinde concuti ferrum, uincula moueri, ille non tollere oculos, nõ remittere ſtylum, ſed obfirmare animum, auribusq́; prætendere, tum crebeſcere fragor, aduentare etiam, ac iam ut in limine, iam ut ĩtra limen audiri, reſpicit, uidet, adgnoſcitq́; narratam ſibi effigiem, ſtabat, innuebatq́; digito ſimilis uocanti, hic contra, ut paululum expectaret, manu ſignificat, rurſusq́; ceris. et ſtylo incũbit, illa ſcribentis capiti cathenis ĩſonabat, reſpicit rurſus idem, quod prius innuentem, nec moratus, tollit lumen, & ſequitur, ibat illa lento gradu quaſi grauis uinculis poſtquam deflexit in aream domus, repente dilapſa deſerit comitem, deſertus herbas, & folia concerpta ſignum loco ponit·poſtero die adit magiſtratus, monet,

ut illum locum effodi iubeant, inueniuntur oſſa inſerta cathenis, et implicata, quæ corpus æuo, terraq; putrefactũ nuda et exeſa reliquerat uinculis, collecta publice ſepeliuntur, domus poſtea rite conditis manibus caruit. Et hæc quidẽ adfirmantibus credo, illud adfirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi non illiteratus, cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat. Is uiſus eſt ſibi cernere quendam in toro reſidentem, admouentemq; capiti ſuo cultros, atq; etiam ex ipſo uertice amputantẽ capillos. ubi illuxit, ipſe circa uerticem tonſus, capilli iacentes reperiũtur. exiguum tẽporis medium, et rurſus ſimile aliud priori fidem fecit. puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat, uenerũt per feneſtras, (ita narrat) ĩ tunicis albis duo, cubantemq; detõderunt, et qua uenerant, receſſerũt. hunc quoq; tonſum, ſparſoſq; circa capillos dies oſtendit. nihil notabile ſecutũ, niſi forte, quod nõ fui reus futurus, ſi Domitianus, ſub quo hæc acciderunt, diutius uixiſſet. nam in ſcrinio eius datus a Caro de me libellus inuentus eſt. ex quo coniectari poteſt, quia reis moris eſt ſubmittere capillum, receiſos meorum capillos depulſiſſe, quod imminebat, periculi ſignum fuiſſe. Proinde rogo, eruditionem tuam intendas. digna res eſt, quam diu, multũq; conſyderes, ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias. licet etiam utranq; in partem, ut ſoles diſputes, ex altera tamen fortius, ne me ſuſpenſum, incertumq; dimittas, cum mihi cõſulendi cauſſa fuerit, ut dubitare deſinerem. Vale.

C·PL·SEPTICIO SVO·S·

Is quoſdam apud te reprehēdiſſe, quod ami
a cos meos ex omni occaſione ultra modum
laudem · agnoſco crimen, amplector etiam ·
quid enim honeſtius culpa benignitatis? qui ſunt ta·
men iſti, qui amicos meos melius norint? Sed ut norint
quid inuident mihi feliciſſimo errore? ut enim non
ſint tales quales a me prædicantur, ego tamen beatus,
quod mihi uidentur · Igitur ad alios hanc ſiniſtram
diligentiam cōferant · nec ſunt parum multi, qui car
pere amicos ſuos iudicium uocant, mihi nūquam per
ſuadebunt, ut meos amari a me nimium putē · Vale.

C·PL·MONTANO SVO·S·

Idebis, deinde indignaberis, deinde ridebis
r ſi legeris, quod niſi legeris non potes crede-
re · Eſt uia tiburtina intra primum lapidē ·
proxime adnotaui monimentum Pallantis, ita īſcri-
ptum · huic ſenatus ob fidem, pietatemq; erga patro-
nos ornamenta prætoria decreuit, et ſeſtertium cen-
ties quinquagies, cuius honore cōtentus fuit · E qui-
dem nunquam ſum miratus, quæ ſæpius a fortuna,
quam a iudicio proficiſcerētur · Maxime tamen hic me
titulus admonuit, quam eſſent inimica, et inepta, quæ
interdum in hoc cœnum, in has ſordes abiicerētur,
quæ deniq; ille furcifer, et recipere auſus eſt, et recu
ſare, atq; etiam, ut moderationis exemplum poſteris
prodere · Sed quid indignor? Ridere ſatius eſt, ne ſe
magnū aliquod adeptos putent, qui huc felicitate per

implicitum, ſimul militauimus, ſimuul quæſtores Cæſaris fuimus. Ille me in tribunatu liberorum iure præceſſit, ego illum in prætura ſum conſecutus, cum mihi Cæſar annum remiſiſſet. ego in uillas eius ſæpe ſeceſſi, ille in domo mea ſæpe conualuit. Hic nüc proconſul prouinciam Bethyciam per Ticinum eſt petiturus. Spero, immo confido facile me impetraturum, ut ex itinere deflectat ad te, ſi uoles uindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti. nihil eſt, quod uerearis, ne ſit hoc illi moleſtum, cui orbem terrarum circumire, non erit longum mea cauſſa. proinde nimiam iſtam uerecundiam pone, teq́;, quid uelis, conſule, illi tam iucundū, quod ego, quàm mihi quod tu iubes. Vale.

C. PL. CELERI SVO. S.

Va cuiq; ratio recitādi. mihi, quod ſæpe iā dixi, ut, ſi qd me fugit, ut certe fugit, admonear. Quo magis miror, quod ſcribis, fuiſſe quoſdam, qui reprehenderent, quod orationes oino recitarem. Niſi uero has ſolas non putant emendandas, à quibus libenter requiſieram, cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari, quæ non oſtentationi, ſed fidei, ueritatiq́; componitur. cur tragœdiam, quæ non auditorium, ſed ſcenam, et actores, cur lyrica, quæ non lectorem, ſed chorum, et lyram poſcunt. At horum recitatio uſu iam recepta eſt, num ergo culpandus eſt ille, qui cœpit? quanquam orationes quoq; et noſtri quidam, et græci lectitauerūt. Superuacuum tamen eſt recitare, quæ dixeris. etiam,

ſi eadem omnia, iiſdē omnibus, ſi ſtatim recites, ſi uero multa inferas, multa cōmutes, ſi quoſdā nouos, quoſdam eoſdē, ſed poſt tempus adſumas, cur minus probabilis ſit cauſſa recitandi, quæ dixeris, quam edēdi? Sed difficile eſt, ut oratio, dum recitatur, ſatiſfaciat. Iam hoc ad laborem recitantis pertinet, non ad rationem non recitandi. nec uero ego, dum recito, laudari, ſed dum legor, cupio. itaq; nullum emendandi genus omitto. ac primum, quæ ſcripſi, mecum ipſe pertracto, deinde, duobus, aut tribus lego, mox aliis trado annotā da, notasq; eorum, ſi dubito, cum uno rurſus, aut altero penſito, nouiſſime pluribus recito. Ac ſiquid mihi credis, tūc acerrime emendo. nā tanto diligētius, quanto ſollicitius intendo. Optime autem reuerentia, pudor, metus iudicant. Idq; adeo ſic habe. nónne ſi locuturus es cū aliquo, quanlibet docto uno, tamen minus commoueris, quàm ſi cum multis, uel indoctis? Nónne cum ſurgis ad agendum, tum maxime tibi ipſe diffidis? tūm commutata nō dico plurima, ſed omnia cupis? utiq; ſi latior ſcena, et corona diffuſior. nam illos quoq; ſordidos, pullatosq; reueremur, nónne ſi prima quæq; improbari putas, debilitaris, et cōcidis? opinor, quia in numero ipſo eſt quoddam magnum, collatumq; conſilium, quibusq; ſingulis iudicii parum, omnibus plurimum. Itaq; Pomponius Secundus, hic ſcriptor tragœdiarum, ſiquid forte familiarior amicus, tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, ad populum prouoco, atq; ita ex populi uel ſilētio, uel adſenſu, aut ſuā, aut amici ſententiam ſequebatur. tantum ille populo dabat. recte

an ſecus, nihil ad me. Ego enim non populum aduocare, ſed certos, electosq; ſoleo, quos intuear, quibus credam, quos deniq;, et tanquam ſingulos obſeruem, & tanquam nõ ſingulos timeam. Nam quod M. Cicero de ſtylo, ego de metu ſentio. timor eſt timor emẽdator aſperrimus. Hoc ipſum quod nos recitaturos cogitamus, emendat, quod auditorium ingredimur, emendat, quod pallemus, horreſcimus. circunſpicimus, emẽdat. Proinde non pœnitet me conſuetudinis meæ, quã utiliſſimam experior. Adeóq; nõ deterreor ſermunculis iſtorũ, ut ultro te rogem, monſtres aliquid, quod his addam. Nihil enim curæ meæ ſatis eſt. Cogito, q̃ ſit magnum dare aliquid in manus hominũ, nec perſuadere mihi poſſum, non et cum multis et ſæpe tractandum, quod placere, & ſemper & omnibus cupias. Vale.

C. PL. CANINIO SVO. S.

deliberas mecum, quemadmodum pecuniã, quam municipibus noſtris in epulum obtuliſti, poſt te quoq; ſalua ſit, honeſta conſultatio, nõ expedita ſentẽtia. numeres Reipublicæ ſummam, uerendum eſt, ne delabatur. des agros, ut publici neglegentur. equidem nihil commodius inuenio, q̃ quod ipſe feci. nam pro quingentis millibus numum, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumq; promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipaui, eundem uectigali impoſito præcepi. ccc. millia annua daturus. per hoc enim et Reipublicæ ſors in tuto, nec reditus ĩcertus, et ager ipſe propter id

quod uectigali large ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur, inueniet · nec ignoro melius aliquãto, quàm donaſſe, uideor cauiſſe, cũ pulcherrimi agri pretiũ neceſſitas uectigalis infregerit. Sed oportet priuatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas anteferre, multosq; diligentius muneri ſuo conſulere, quã facultatibus · Vale·

C·PL·PRISCO SVO·S,

a Ngit me Fanniæ ualetudo · contraxit hanc dum adſidet Iuniæ Virgini ſponte primũ · eſt enim adfinis, deinde etiam ex autoritate pontificum · nam uirgines, cum ui morbi atrio Veſtæ coguntur excedere, matronarũ curæ, cuſtodiæq; mandantur, quo munere Fannia dũ ſedulo fungitur, hoc diſcrimine implicata eſt · inſident febres, tuſſis increſcit, ſumma macies, ſumma defectio, animus tantum, et ſpiritus uiget. Heluidio marito, Thraſea patre digniſſima · Reliqua labuntur, meq; non metu tantum, uerumetiam dolore conficiunt · doleo enim maximã fœminam eripi oculis ciuitatis, neſcio an aliquid ſimile uiſuris · quæ caſtitas illi? quæ ſanctitas? quanta grauitas? quanta cõſtantia · bis maritũ ſecuta in exiliũ ẽ, tertio ipſa propter maritũ relegata. Nam cum Senecio reus eſſet, quod de uita Heluidii libros compoſuiſſet, rogatũq; ſe à Fannia in defenſione dixiſſet, quærente minaciter Mettio Caro an rogaſſet, reſpondit, rogaui, an commentarios ſcripturo dediſſet, dedi, an ſciente matre, neſciente · Poſtremo nullam uocem cedentem periculo emiſit · quinetiam illos ipſos libros,

quanquam ex neceſſitate, et metu temporum abolitos ſenatuſconſulto publicatis bonis, ſeruauit, habuit, tulitq; in exiliũ exilii cauſſam. Eadem quam iucũda, quam comis, quam deniq; (quod paucis datum eſt) nõ minus amabilis, quàm ueneranda erit, nequam poſtea uxoribus noſtris oſtentare poſſimus, erit à qua uiri quoq; fortitudinis exempla ſumamus, quæ ſic cernentes, audientesq; miremur, ut illas, quæ leguntur, ac mihi domus ipſa nutare, conuulſáq; ſedibus ſuis ruitura ſupra uidetur. Licet adhuc poſteros habeat. quantis eni uirtutibus, quantisq; factis aſſequẽtur, ut hæc non nouiſſima occiderit? Me quidem illud etiam adfligit, et torquet, quod matrem eius illam, nihil poſſum illuſtrius dicere, tantæ fœminæ matrem rurſus uideor amittere, quam hæc, ut reddit, ac refert nobis, ſic auferat ſecum, meq; et nouo pariter, et reſciſſo uulnere adficiet utranq; colui, utranq; dilexi, utram magis, neſcio, nec diſcerni uolebãt. Habuerunt officia mea in ſecundis, habuerunt in aduerſis. ego ſolatium relegatarum, ego ultor reuerſarum, nõ feci tamen paria, atq; eo magis hanc cupio ſeruari, ut mihi ſoluendi tempora ſuperſint. In his eram curis, cum ſcriberem ad te, quas ſi deus aliquis in gaudiũ uerterit, de metu non querar. Vale.

C·PL·TACITO SVO ·S·

Librum tuũ legi, et quamdiligentiſſime potui, adnotaui, quæ cõmutanda, quæ eximenda arbitrarer. nam et ego uerũ dicere aſſuetui, et tu libẽter audire. neq; enim ulli patientius repre

hendũtur, quam qui maxime laudari merẽtur. Nũc à te librum meum cum annotationibus tuis expecto. O iucũdas, o pulchras uices, quam me delectat, quod ſiqua poſteris cura noſtri, uſquequaq; narrabitur, qua concordia, ſimplicitate, fide uixerimus. Erit rarũ et ĩſigne, duos homines ætate, dignitate propemodũ æquales, nonnullius ĩ literis nominis (cogor enim de te quoq; parcius dicere, quia de me ſimul dico) alterũ alterius ſtudia fouiſſe. Equidem adoleſcentulus cum iam tu fama, gloriaq; floreres, te ſequi, tibi longo, ſed proximus interuallo et eſſe, et haberi cõcupiſcebam. et erant multa clariſſima ĩgenia, ſed tu mihi (ita ſimilitudo naturæ ferebat) maxime imitabilis, maxime imitandus uidebaris. Quo magis gaudeo, quod ſiqs de ſtudiis ſermo, unà nominamur, quod de te loquẽtibus ſtatim occurro, nec deſunt, qui utriq; noſtrũ præferantur. Sed nos nihil intereſt mea, quo loco iungimur. Nam mihi primus, qui à te proximus. quinetiã in teſtamẽtis debes adnotaſſe, niſi quis forte alterutri noſtrum amiciſſimus, eadem legata et quidem pariter accipimus, quæ omnia huc ſpectant, ut inuicem ardentius diligamus, cum tot uinculis nos ſtudia, mores, fama, ſuprema deniq; hominum iudicia conſtringant. Vale.

C. PL. CORNVTO SVO. S.

P Areo collegæ cariſſime, et infirmitati oculorum, ut iubes, conſulo. Nam et tunc tecto uehiculo undiq; ĩcluſus, quaſi in cubiculo perueni: et hic non ſtylo modo, uerum etiam lectionibus

intra cubiculi limen expectes, etenim cũ à me ut frater diligatur, non debet ab eo, quem ego parentis loco obſeruo, exigere officium, quod parenti ſuo remiſiſſet· V*ale·*

C·P·L·GEMINIO SVO ·S·

n *V midia* Q*uadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit uſq; ad nouiſſimam ualetudinem uiridis, atq; etiam ultra matronalem modum compacto corpore, et robuſto, deceſſit honeſtiſſimo teſtamento·reliquit hæredes, ex beſſe nepotẽ, ex tertia parte neptẽ·* N*eptẽ paruá noui, nepotem familiariſſime diligo, adoleſcentẽ ſingularẽ, nec iis tantum, quos ſanguine attingit inter propinquos amandum, ac primum conſpicuus forma omnes ſermones malignorũ & puer, et iuuenis euaſit, intra quartum, et uiceſimum annum maritus, et ſi deus adnuiſſet, pater, uixit in contubernio auiæ delicatæ, ſeueriſſime, et tamen obſequẽtiſſime · habebat illa pantomimos, fouebat'q; effuſius, quàm principi fœminæ conueniret· hos* Q*uadratus non in theatro, nõ domi ſpectabat, nec illa exigebat·audii ipſam cũ mihi commendaret nepotis ſui ſtudia, ſolere ſe ut fœminam in illo otio ſexus laxare animum luſu calculorum, ſolere ſpectare pantomimos ſuos, ſed cum facturа eſſet alterutrum, ſemper ſe nepoti ſuo præcepiſſe abiret, ſtuderet'q;, quod mihi nõ amore eius magis facere, quàm reuerentia uidebatur·miraberis, et ego miratus ſum·* P*roximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis cum ſimul thea-*

tro ego, et Quadratus egrederemur, ait mihi, ſcis me hodie primum uidiſſe ſaltantem auiæ meæ Libertũ, hoc nepos. At Hercule alieniſſimi homines in honorem Quadratillæ (pudet me dixiſſe honorẽ per adulationis officium) in theatrum curſitabant, exultabant, plaudebant, mirabantur, ac deinde ſingulos geſtus dominæ cum canticis reddebant, qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corollariũ accipiẽt ab hærede, qui nõ ſpectabat. Hæc ſcripſi, quia ſoles ſiquid incidit noui, non inuitus audire, deinde, quia iucundum eſt mihi, quod ceperam gaudium ſcribendo retractare. Gaudeo enim pietate defunctæ, honore optimi iuuenis, lætor etiam, ꝙ domus aliquando C. Caſſii huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps et parens fuit, ſeruiet domino non minori. implebit enim illam Quadratus meus, et decebit, rurſusq; ei priſtinam dignitatem, celebritatem, gloriam reddet, cum tantus orator inde procedet, quantus iuris ille conſultus. Vale.

C. PL. RVFO SVO S.

Quantum eruditorum aut modeſtia ipſorũ, aut quies operit, & ſubtrahit famæ. at nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi timemus, qui ſtudia ſua proferunt, cũ illi, qui tacẽt, hoc amplius præſtent, quod maximũ opus ſilẽtio reuerẽtur. Expertus ſcribo, quod ſcribo. Terẽtius Iunior equeſtribus militiis, atq; etiam procuratione Narbonenſis prouinciæ integerrime functus, recepit ſe in agros ſuos, ſperatisq; honoribus trãquilliſſimũ otiũ prætulit.

tulit. Hunc ego inuitatus hoſpitio, ut bonum patrem familiæ ut diligentem agricolam intuebar, de his locuturus, in quibus illum uerſari putabam, et cœperam, cũ ille me doctiſſimo ſermone reuocauit ad ſtudia· quam terſa omnia? quam Latina? quam Græca? Nam tantum utraq; lingua ualet, ut ea magis uideatur excellere, qua cum maxime loquitur· quantum ille legit? quantum tenet? Athenis uiuere hominem, nõ in uilla putes· Quid multa? auxit ſolicitudinem meam, effecit'q; ut illis, quos doctiſſimos noui, non minus hos ſeductos, et quaſi ruſticos uerear· Idem ſuadeo tibi· ſunt enim ut in caſtris, ſic etiam in literis noſtris plures cultu pagano, quos cinctos et armatos & quidem ardentiſſimo ingenio, diligentius ſcrutatus, inuenies· Vale·

C·PL·MAXIMO SVO·S·

n Vper me cuiuſdam amici langor admonuit, optimos eſſe nos, dũ infirmi ſumus· Quẽ enim infirmum aut auaritia, aut libido ſolicitat? non amoribus ſeruit, nõ adpetit honores, opes negligit, et quantulumcunq;, ut relicturus, ſatis habet, tunc deos, tunc hominem eſſe ſe meminit, inuidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidẽ malignis aut attendit, aut alitur, balinea imaginatur, & fonteis· Hæc ſumma curarum, ſumma uotorum, mollem'q; in poſterum et pinguem, ſi cõtingat euadere, hoc eſt innoxiã, beatam'q; deſtinat uitam. poſſum ego, quod pluribus uerbis, pluribus etiam uoluminibus philoſophi docere conan-

inde inhabitantibus triſtes, diræq́; noctes per metũ uigilabantur·morbus & creſcente formidine mors ſequebatur·Nam interdiu quoq; quanquam abſceſſerat imago, memoria imaginis oculis inhærebat· lõgiorisq́; cauſſa timoris timor erat·deſerta inde & damnata ſolitudine domus,totaq́; illi mõſtro relicta, proſcribebatur tamen ſeu quis emere,ſeu quis conducere ignarus tanti mali uellet·Venit Athenas philoſophus Athenodorus,legit titulum,auditoq́; pretio, quia ſuſpecta uilitas,percunctatus,omnia docetur,ac nihilominus, immo tanto magis conducit, ubi cœpit adueſperaſcere, iubet ſterni ſibi in prima domus parte, poſcit pugillares,ſtylum,lumẽ,ſuos omneis ĩ interiora dimittit,ipſe ad ſcribendum animum,oculos, manum intendit, ne uacua mens audita ſimulacra, et inaneis ſibi metus fingeret· initio, quale ubiq; ſilentium noctis,deinde concuti ferrum,uincula moueri,ille non tollere oculos,nõ remittere ſtylum, ſed obfirmare animum,auribusq́; prætendere, tum crebeſcere fragor,aduentare etiam,ac iam ut in limine, iam ut itra limen audiri,reſpicit,uidet,adgnoſcitq́; narratam ſibi effigiem,ſtabat,innuebatq́; digito ſimilis uocanti,hic contra,ut paululum expectaret,manu ſignificat,rurſusq́; ceris et ſtylo incũbit,illa ſcribentis capiti cathenis ĩſonabat,reſpicit rurſus idem, quod prius innuentem,nec moratus,tollit lumen,& ſequitur,ibat illa lento gradu quaſi grauis uinculis poſtquam deflexit in aream domus,repente dilapſa deſerit comitem,deſertus herbas,& folia concerpta ſignum loco ponit·poſtero die adit magiſtratus,monet,

ut illum locum effodi iubeant, inueniuntur oſſa inſerta cathenis, et ĩplicata, quæ corpus æuo, terráq; putrefactũ nuda et exeſa reliquerat uinculis, collecta publicæ ſepeliuntur, domus poſtea rite conditis manibus caruit. Et hæc quidẽ adfirmantibus credo, illud adfirmare aliis poſſum. Eſt libertus mihi non illiteratus, cum hoc minor frater eodem lecto quieſcebat. Is uiſus eſt ſibi cernere quendam in toro reſidentem, admouentem'q; capiti ſuo cultros, atq; etiam ex ipſo uertice amputantẽ capillos. ubi ĩluxit, ipſe circa uerticem tonſus, capilli iacentes reperiũtur. exiguum tẽporis medium, et rurſus ſimile aliud priori fidem fecit. puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat, uenerũt per feneſtras, (ita narrat) ĩ tunicis albis duo, cubantem'q; detõderunt, et qua uenerant, receſſerũt. hunc quoq; tonſum, ſparſos'q; circa capillos dies oſtendit. nihil notabile ſecutũ, niſi forte, quod nõ fui reus futurus, ſi Domitianus, ſub quo hæc acciderunt, diutius uixiſſet. nam in ſcrinio eius datus a Caro de me libellus inuentus eſt. ex quo coniectari poteſt, quia reis moris eſt ſubmittere capillum, reciſos meorum capillos depulſiſſe, quod immmnebat, periculi ſignum fuiſſe. Proinde rogo, eruditionem tuam intendas. digna res eſt, quam diu, multũ'q; conſyderes, ne ego quidem indignus, cui copiam ſcientiæ tuæ facias. licet etiam utranq; in partem, ut ſoles diſputes, ex altera tamen fortius, ne me ſuſpenſum, incertum'q; dimittas, cum mihi cõſulendi cauſſa fuerit, ut dubitare deſinerem. Vale.

C·PL·SEPTICIO SVO·S·

a Is quoſdam apud te reprehẽdiſſe, quod amicos meos ex omni occaſione ultra modum laudem· agnoſco crimen, amplector etiam· quid enim honeſtius culpa benignitatis? qui ſunt tamen iſti, qui amicos meos melius norint? Sed ut norit quid inuident mihi feliciſſimo errore? ut enim non ſint tales quales a me prædicantur, ego tamen beatus, quod mihi uidentur· Igitur ad alios hanc ſiniſtram diligentiam cõferant· nec ſunt parum multi, qui carpere amicos ſuos iudicium uocant, mihi nũquam perſuadebunt, ut meos amari a me nimium putẽ· Vale.

C·PL.MONTANO SVO·S·

r Idebis, deinde indignaberis, deinde ridebis ſi legeris, quod niſi legeris non potes credere· Eſt uia tiburtina intra primum lapidẽ· proxime adnotaui monimentum Pallantis, ita ĩſcriptum· huic ſenatus ob fidem, pietatemq́; erga patronos ornamenta prætoria decreuit, et ſeſtertium centies quinquagies, cuius honore cõtentus fuit· Equidem nunquam ſum miratus, quæ ſæpius a fortuna, quam a iudice proficiſcerẽtur· Maxime tamen hic me titulus admonuit, quam eſſent inimica, et inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has ſordes abiicerẽtur, quæ deniq; ille furcifer, et recipere auſus eſt, et recuſare, atq; etiam, ut moderationis exemplum poſteris prodere· Sed quid indignor? Ridere ſatius eſt, ne ſe magnũ aliquod adeptos putent, qui huc felicitate per

ueniunt, ut rideantur· Vale·

C·PL·GENITORI SVO·S·

t *Orqueor, q̄ diſcipulum, ut ſcribis, optimæ ſpei amiſiſti, cuius et ualetudine, et morte impedita ſtudia tua quid neſciam? cum ſis omnium officiorum obſeruantiſſimus, cumq; oẽs, quos probas effuſiſſime diligas· Me huc quoq; urbana negocia perſequũtur· Nõ deſunt eni, q̄ me aut iudicem, aut arbitrum faciant· accedunt querelæ ruſticorum, qui auribus meis poſt longum tempus ſuo iure abutuntur· inſtat & neceſſitas agrorum locandorum perquam moleſta· adeo rarum eſt inuenire idoneos conductores, quibus ex cauſſis precario ſtudeo· ſtudeo tamen· nam et ſcribo aliquid, et lego· ſed cum lego ex comparatione ſentio, quam male ſcribã· licet tu mihi bonum animum facias, qui libellos meos de ultione Heluidii orationi Demoſthenis κατὰ μειδίου confers, quam ſanè cum componerem, illos habui in manibus, non ut æmularer, ĩprobum enim, ac penè furioſum, ſed tamẽ imitarer, et ſequerer, quãtum aut diuerſitas ingeniorũ maximi et minimi, aut cauſſæ diſſimilitudo pateretur· Vale·*

C·PL· CORNVTO SVO·S·

c *Laudius Pollio amari a te cupit· dignus hoc ipſo, quod cupit, deinde, quod ipſe te diligit· neq; enim fere quiſquam exigit iſtud, niſi qui facit, uir alioqui rectus, integer, quietus, ac*

penè ultra modum, ſiquis tamen ultra modum uerecundus. Hunc cum ſimul militaremus, non ſolum ut commilito inſpexi, præerat alæ miliariæ. Ego iuſſus a legato conſulari rationem alarũ, et cohortium excutere, ut magnam quorundam, fœdamq́; auaritiam, neglegentiam parem, ita huius ſummam integritatem, ſolicitam diligentiam inueni. Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes nulla occaſione corruptus, ab inſito abſtinentiæ amore deflexit, nunquam ſecundis rebus intumuit, nunquam officiorum uarietatè continuam laudẽ humanitatis infregit, eademq́; firmitate animi laboribus ſuffecit, qua nũc ocium patitur. Quod quidem paulìſper cum magna ſuà laude intermiſit, et poſuit a Corellio noſtro ex liberalitate imperatoris Neruæ emendis, diuidẽdisq́; agris adiutor adſumptus. etenim qua gloria dignum eſt, ſummo uiro in tanta eligendi facultate præcipue placuiſſe? idẽ quam reuerenter, quam fideliter amicos colat multorũ ſupremis iudiciis, ĩ his Annii Baſſi grauiſſimi ciuis credere potes, cuius memoriam tã grata prædicatione prorogat, et extendit, ut librum de uita eius, nam ſtudia quoq; ſicut alias artes bonas ueneratur, ediderit pulchrũ. Iſtud et raritate ipſa probandum, cum pleriq; hactenus defunctorum meminerit, ut querãtur. Hũc hominem adpetentiſſimum tui, mihi crede complectere, adprehende, immò et inuita, ac ſic ama, tanquam gratiam referas. neq; enim obligandus, ſed remunerandus eſt in amoris officio, qui prior cœpit. Vale.

C·PL· FABATO PROSOCERO SVO·S·

Elector iucundũ tibi fuiſſe Tyronis mei ad-
d uentum·quod uero ſcribis oblata occaſione
proconſulis plurimos manumiſſos,unice læ
tor·cupio enim patriam noſtram,omnibus quidẽ re=
bus augeri,maxime tamen ciuium numero·id enim
oppidis firmiſſimũ ornamentum·illud etiam me non
ut ambitioſum,ſed tamẽ iuuat,quod adiicis·meq; et
gratiarũ actione et laude celebratos·eſt enim ut Xe-
nophon ait ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος, utiq; ſi te me-
reri putes·Vale·

C·PL·TACITO SVO·S·

Vguror,nec me fallit augurium, hiſtorias
a tuas immortales futuras·Quo magis illis
(ingenue fatebor,)inſeri cupio·nam ſi eſſe
nobis curæ ſolet,ut facies noſtra ab optimo quoq; ar-
tifice exprimatur,nónne debemus optare,ut operibus
ſimilis tui ſcriptor,prædicatorq; contingat? Demõſtro
itaq;,quanquam diligentiam tuam fugere non poſſit,
cum ſit in publicis actis,demonſtro tamen,quo magis
credas iucundum mihi futurum,ſi factum meum,cu
ius gratia periculo creuit,tuo ingenio,tuo teſtimonio,
ornaueris, dederat me ſenatus cũ Herenio Senecione
aduocatum prouinciæ Bæticæ contra Bæbium Maſ-
ſam,damnatoq; Maſſa,cenſuerat,ut bona eius publi
ce cuſtodirentur· Senecio cum exploraſſet conſules po
ſtulationibus uacaturos,conuenit me,et qua concordia
ĩquit iniunctam nobis accuſationem executi ſumus,

hac adeamus conſules, petamuſq́; ne bona diſſipari ſinant, quorum eſſe in cuſtodia debent · reſpondi, cui ſumus aduocati a ſenatu dati, diſpice, nũ peractas putes parteis noſtras, ſenatus cognitione finita. et ille, tu quem uoles, tibi terminũ ſtatues, cui nulla cũ prouincia neceſſitudo, niſi ex beneficio tuo, et hoc recenti, ipſe et natus ibi et quæſtor in ea fuit · tum ego ſi fixum tibi iſtud, ac deliberatum, ſequar te, ut ſi qua ex hoc inuidia erit, non tua tantum ſit · uenimus ad conſules, dicit Senecio, quæ res ferebat, aliqua ſubiungo, uix dum conticueramus · Et Maſſa quæſtus Senecionem non aduocati fidem, ſed inimici amaritudinem impleſſe, impietatis reum poſtulat · horror omnium, ego autẽ uereor inquam clariſſimi conſules, ne mihi Maſſa ſilentio ſuo præuaricationem obiecerit, quod non et me reum poſtulet · quæ uox et ſtatim excepta, et poſtea multo ſermone celebrata eſt · Diuus quidem Nerua · nam priuatus quoq; attendebat his, quæ recte in publicum fierent miſſis ad me grauiſſimis literis, non mihi ſolum, uerumetiam ſeculo eſt gratulatus, cui exemplum, (ſic enim ſcripſit) ſimile antiquis contigiſſet · Hæc utcunq; ſe habent, notiora, clariora, maiora tu facies · quanquam non exigo, ut excedas actæ rei modum · nam nec hiſtoria debet egredi ueritatem, & honeſte factis ueritas ſufficit · Vale ·

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS.

C·PL·SEPTICIO SVO·S.

Ter commode explicui, excepto quod quidam ex meis, aduerſam ualetudinem Feruentiſſimis æſtibus contraxerunt. Encolpius quidem lector ille Seria noſtra, ille delitiæ, exaſperatis Faucibus puluere ſanguinem reiecit. Quam triſte hoc ipſi, quàm acerbum mihi ſi is, cui omnis ex ſtudiis gratia, inhabilis ſtudiis fuerit, quis deinde libellos meos ſic leget, ſic amabit? quem aures meæ ſic ſequentur? Sed Dii lætiora promittunt. ſtetit ſanguis. reſedit dolor. prætereà cõtinens ipſe. Nos ſolliciti medici diligentes. ad hoc ſalubritas cœli, ſeceſſus, quies, tantum ſalutis, quantum otii pollicentur. Vale.

C·PL· CALVISIO SVO·S.

Lii in prædia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores reuertantur. ego ut pauperior. Vẽdideram uindemias certatim negociatoribus ementibus, inuitabat pretium, et quod tunc, et quod forte uidebatur. ſpes feſellit. Erat expeditũ omnibus remittere æqualiter, ſed non ſatis æquum. Mihi autẽ egregium in primis uidetur, ut foris, ita domi, ut in magnis, ita in paruis, ut in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam. Nam ſi paria peccata, pares etiam laudes. Itaq; omnibus quidẽ, ne quis mihi nõ donatus abiret,

partem octauam pretii, quo quis emerat, conceſſi. deinde iis, qui ampliſſimas ſummas emptionib· occupauerant ſeparatim conſului· Nã & me magis iuuerant, et maius ipſi fecerant damnum· Igitur iis, qui pluris, quàm decem millibus emerant, ad illam communem, et quaſi publicam octauam addidi· decimam eius ſummæ, quæ decem millia exceſſerat· Vereor, ne parum expreſſerim, apertius calculos oſtendã, ſi qui forte quindecim millibus emerant, hi et qndecim millium octauam, et quinq; millium decimam tulerunt· Præterea cum reputarem quoſdã ex debito aliquantum, quoſdam aliquid, quoſdã nihil repoſuiſſe, nequaquam uerum arbitrabar, quos non æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari· Rurſus ergo iis, qui ſoluerant, eius quod ſoluerant, decimam remiſi: per hoc enim aptiſſime et in præteritum ſingulis pro cuiuſq; merito gratia referri, et in futurum omnes, cum ad emendum, tum etiam ad ſoluendum adlici uidebantur· Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit· Sed fuit tanti· nam regione tota, et nouitas remiſſionis, et forma laudatur ex ipſis etiã, quos non una (ut dicitur) pertica, ſed diſtincte, gradatimq; tractaui· Quanto quis melior, et probior, tanto mihi obligatior abit, expertus non eſſe apud me ἐν δ᾽ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός.· Vale·

C·PL· SPARSO SVO·S·

Librum, quem nouiſſime tibi miſi, ex omnibus meis uel maxime placere ſignificas· eſt eadem opinio cuiuſdã erudiτiſſimi, quo ma

gis adducor,ut neutrum falli putem,quia nõ eſt credibile utrunq; falli,et quia tamen blandior mihi·uolo enim proxima quæq; abſolutiſſima uideri,et ideo iam nunc contra iſtum librum faueo orationi,quã nuper in publicum dedi,cõmunicaturus tecum,ut primum diligentem tabellarium inuenero·Erexi expectationem tuam,quam uereor,ne deſtituat oratio in manus ſumpta·Interim tamen tanquam placituram (et fortaſſe placebit)expecta·Vale·

C·PL·CANINIO SVO·S·

Ptime facis,quod bellum Dacicum ſcribere paras·Nam quæ tam recens,tam copioſa,tã lata,quæ deniq; tam poetica,et quanquam in uerisſimus rebus,tam fabuloſa materia?dices immiſſa terris noua flumina,nouos pontes fluminibus iniectos,inſeſſa caſtris montium abrupta,pulſum regia,pulſum etiam uita regem,nihil deſperantem·ſuper hæc actos bis triumphos,quorum alter ex inuicta gente primus,alter nouiſſimus fuit·Vna,ſed maxima difficultas,quod hæc æquare dicẽdo,arduum,immẽſum etiam tuo ingenio,quã quam altiſſime adſurgat,et ampliſſime operibus increſcat·Nonnullus et in illo labor,ut barbara,et fera nomina,in primis regis ipſius græcis uerſibus non reſultent· Sed nihil eſt,quod non arte,curaq;,ſi non poteſt uinci,mitigetur· Præterea,ſi datur Homero et mollia uocabula,et græca ad leuitatem uerſus contrahere,extẽdere,inflectere,cur tibi ſimilis audẽtia præſertim nõ delicata,ſed neceſſaria negetur?Proinde iure uatum

inuocatis Diis, et inter Deos, ipſo, cuius res, opera, cōſilia dictaturus es, immitte rudētes, pande uela, ac ſiquando alias, toto ingenio uehere. cur enim non ego quoq; poeticæ cum poeta? Illud iam nunc paciſcor, prima quæq; ut abſolueris, mitte, imo etiam ante, quā abſoluas, ſic, ut erunt recentia, ſi rudia, ſi adhuc ſimilia naſcentibus. Reſpondebis non poſſe perinde carptim, ut contexta, perinde inchoata placere ut effecta. Scio itaq; et à me æſtimabuntur, ut cœpta, ſpectabuntur ut membra, extremamq́; limam tuam operientur in ſcrinio noſtro. Patere hoc me ſuper cætera habere amoris tui pignus, ut ea quoq; norim, quæ noſſe neminē uelles. In ſumma potero fortaſſe ſcripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius, cautiusq́;, ſed ipſum te magis amabo, magis laudabo, quanto celerius, et incautius miſeris. Vale.

C. PL. GEMINIO SVO .S.

g Raue uulnus Macrinus noſter accepit, amiſit uxorem ſingularis exempli, etiā ſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta nouem annis ſine iurgio, ſine offenſa. Quam illa reuerentiam marito ſuo præſtitit, cum ipſa ſummam mereretur? quot, quātasq́; uirtutes ex diuerſis ætatibus ſumptas collegit, et miſcuit? Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quod tantum bonum tandiu tenuit. Sed hoc magis exacerbatur, quod amiſit. Nam fruendis uoluptatibus creſcit carendi dolor. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dū admittere aduocamenta, et cicatricem pati poſſit, quā nihil æq;, ac neceſſi-

tas ipſa· et dies longa, et ſacietas dolor inducit· Vale·

C· PL· MONTANO SVO ·S·

C Ognouiſſe iam ex epiſtola mea debes, adnotaſſe me nuper monimẽtum Pallãtis ſub hac inſcriptione· huic ſenatus ob fidem, pietatem'q; erga patronos ornamenta prætoria decreuit, et ſeſtertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit· poſtea mihi uiſum eſt pretiũ curæ, ipſum S· C· quærere inueni tam copioſum, et effuſum, ut ille ſuperbiſſimus titulus modicus, atq; etiam demiſſus uideretur· Conferant ſe, miſceant'q; non dico illi ueteres, Africani, Achaici, Numantini, ſed hi proximi Marii, Syllæ, Pompei, nolo progredi longius, infra Pallantis laudes iacebunt· urbanos, qui illa cenſuerunt, putem, an miſeros? dicerem Vrbanos, ſi ſenatũ deceret urbanitas· Miſeros? ſed nemo tam miſer eſt, ut illa cogatur ambitio ergo, et procedẽdi libido· ſed qs adeo demens, ut aut per ſuum, aut per publicum dedecus procedere uellet in ea ciuitate, in qua hic eſſet uſus florentiſſimæ dignitatis, ut primus in ſenatu laudare Pallantem poſſet? Omitto, quod Pallanti ſeruo prætoria ornamenta offeruntur, quippe offeruntur à ſeruis· Mitto quod cenſent, non exhortandum modo, uerũetiam compellẽdum ad uſum aureorum annulorum· erat enim cõtra maieſtatem ſenatus, ſi ferreis prætorius uteretur· Leuia hæc, et tranſeũda· Illa memoranda, quod nomine Pallantis ſenatus, nec expiata poſtea ea iniuria eſt· Pallantis nomine ſenatus gratias agit Cæſari, quod et ipſe cum ſummo honore mẽ

tionem eius proſecutus eſſet, et ſenatui facultatem feciſ ſet teſtandi erga eum beneuolẽtiam ſuam· Quid .n. ſenatui pulchrius, quàm ut erga Pallantem ſatis gratus uideretur? Additur ut Pallas, cui ſe omnes pro uirili parte obligatos fatentur, ſingularis fide, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimo ferat, prolatos imperii fines, redditos exercitus Reip. credas. Adſtruitur his, cum ſenatui, populoq; Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quã ſi abſtinentiſſimi, fideliſſimiq; cuſtodis pricipalium opũ facultates adiuuare contigiſſet· hoc tunc uotum ſenatus· hoc præcipuum gaudium populi· hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contigeret. iam quæ ſequuntur, uoluiſſe quidem ſenatum cenſere dandum ex ærario ſeſtertiũ centies quinquagies, et quanto ab eiuſmodi cupiditatibus remotior eius animus eſſet, tãto impenſius petere à publico parente, ut eum compelleret ad cedẽdum ſenatui· id deerat, ut cum Pallante autoritate publica ageretur, Pallas rogaretur, ut ſenatui cederet, ut illi ſuperbiſſimæ abſtinẽtiæ Cæſar ipſe patronus, ipſe aduocaretur, ne ſeſtertiũ centies quĩquagies ſperneret· Spreuit, quod ſolum potuit tantis opibus publice oblatis, adrogantius facere, quam ſi acce piſſet· Senatus tamen id quoq; ſimilis querenti, laudibus tulit, his quidem uerbis· Sed cum princeps optimus, parenſq; publicus rogatus à Pallante, eã partẽ ſententiæ, quæ pertinebat ad dandũ ei ex ærario centies quinquagies ſeſtertiũ, remitti uoluiſſet, teſtari ſenatum, et ſe, libenter, ac merito hanc ſummam inter

reliquos honores ob fidem, diligentiamq; Pallantis decernere cœpiſſe, uoluntati tamen principis ſui, cui nulla re fas putaret repugnare, in hac quoq; re obſequi. Imaginare Pallantem uelut intercedentem ſenatuſconſulto, moderantemq; honores ſuos, et ſeſtertium centies quinquagies, ut nimium recuſantem, cũ prætoria ornamenta tanquam minus recepiſſet. Imaginare Cæſarem liberti precibus, uel potius imperio corám ſenatu obtemperantem. Imperat enim libertus patrono, quem in ſenatu rogat. Imaginare ſenatum, uſquequaq; teſtantem merito, libenterq;, ſe hãc ſummam inter reliquos honores Pallanti cœpiſſe decernere, et perſeueraturum fuiſſe ſe, niſi obſequeretur principis uoluntati, cui non eſſet fas in ulla re repugnare. Ita ne ſeſtertium centies quinquagies Pallas ex ærario referret, uerecundia ipſius, obſequio ſenatus opus fuit in hoc præcipue non obſecuturi, ſi in nulla re putaſſet fas eſſe non obſequi. Finem exiſtimas? manedum, et maiora accipe. Vtiq; cum ſit utile, principis benignitatem promptiſſimam ad laudem, præmiaq; merentium inluſtrari ubiq;, et maxime iis locis, quibus incitari ad imitationem præpoſiti rerum eius cura poſſent, et Pallantis ſpectatiſſima fides, atq; innocentia exemplo prouocare ſtudium tam honeſtæ æmulationis poſſet, eáque quarto Kal. Februarii, quæ proxime fuiſſent, in ampliſſimo ordine optimus princeps recitaſſet, ſenatusq; conſulta de his rebus facta in ære inciderentur, idq; æs figeretur ad ſtatuam loricatam diui Iulii. Parũ uiſum tantorum dedecorum eſſe curiam teſtem? delectus eſt

ctus eſt celeberrimus locus, i quo legēda præſentibus legenda futuris proderentur. Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi Mancipii, quosq; repudiaſſet, quosq; quantum ad decernenteis pertinet, geſſiſſet, inciſa, & inſcalptæ ſunt publicas, æternisq; monimentis prætoria ornamenta Pallantis ſic quaſi fœdera antiqua, ſic quaſi ſacræ leges. Tanta principis, tanta ſenatus, tantæ Pallantis ipſius, quid dicam, neſcio, ut uellent in oculis omnium figi, Pallas inſolentiam ſuam, Patientiam Cæſar, humilitatem Senatus. Nec puduit rationē turpitudini obtēdere. egregiam quidem, pulchramq; rationem, ut exēplo Pallantis præmiorū ad ſtudium æmulationis cæteri prouocarentur. Ea honorum uilitas erat, illorum etiam, quos Pallas non dedignabatur. Inueniebantur tamen honeſto loco nati, qui peterent, cuperentq; quod dari liberto, promitti ſeruis uidebant. Quā iuuat, quod in tempora illa non incidi, quorum ſic me, tanquam illis uixerim, pudet. Non dubito ſimiliter adfici te. Scio quam ſit tibi uiuus, et ingenuus animus, Ideoq; facilius eſt, ut me (quanquam indignationem quibuſdam in locis fortaſſe ultra epiſtolæ modum extulerim) parum doluiſſe, quam nimis credas. Vale.

C. PL. TACITO SVO. S.

N Eq; ut magiſtro magiſter, neq; ut diſcipulo diſcipulus (ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter. nam tu magiſter, ego contra. atq; adeo tu in ſcholam reuocas, ego adhuc ſaturnalia extendo, librum miſiſti. non potui longius hyperbaton

facere, atq; hoc ipſo probare, eũ eſſe, qui nõ modo magiſter tuus, ſed ne diſcipulus quidem debeam dici ſũmam perſonam magiſtri, exeramq; in librum tuum ius, quod dediſti eo liberius, quo nihil ex meis interim miſſurus ſum tibi, in quo te ulaſcaris· Vale·

C·PL·ROMANO SVO·S·

Vidiſti ne aliquando Clitumnum fontem? ſi non dum, et puto nõdum, alioqui narraſſes mihi· uide, quẽ ego (pœnitet tarditatis) proxime uidi· Modicus collis adſurgit antiqua cupreſſu nemoroſus, et opacus, hunc ſubter fons exit, et exprimitur pluribus uenis, ſed imparibus, eluctatusq; facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus et uitreus, ut numerare iactas ſtipes, & relucenteis calculos poſſis· Inde non loci deuexitate, ſed ipſa ſui copia, & quaſi pondere impellitur· Fons adhuc, & iam ampliſſimum flumen, atq; etiam nauium patiens, quas obuias quoq; et contrario niſu in diuerſa tendenteis, tranſmittit, et perfert, adeo ualidus, ut illa, qua properat, ipſe tanquam per ſolum planum remis nõ adiuuetur, idem ægerrime remis, contisq; ſuperetur aduerſus· iucundum utrunq; per iocum, ludumq; fluitantibus, ut flexerint curſum, laborẽ ocio, ocium labore uariare· Ripæ fraxino multa, multa populo ueſtiuntur· Quas perſpicuus amnis uelut merſas uiridi imagine adnumerat· Rigor aquæ certauerit niuibus, nec color cedit· Adiacet templum priſcum, et religioſum· Stat Clitumnus ipſe amictus, ornatusq; prætexta· Præſens numen, atq; etiam fatidicũ ĩdicant ſor-

ters. Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidē'q; Dei, ſua cuiq; ueneratio, ſuum nomen, quibuſdam uero etiam fontes. Nam præter illum quaſi parentem cæterorum, ſunt minores capite diſcreti, ſed flumini miſcentur, quod ponte tranſmittitur. Is terminus ſacri, profaniq;. In ſuperiore parte nauigare tantum, infra etiam natare conceſſum. Balineum Hiſpellates, quibus illū locum diuus Aug. dono dedit, publice præbent, et hoſpitium. Nec deſunt uillæ, quæ ſecutæ fluminis amœnitatem, margini inſiſtunt. In ſumma nihil erit, ex quo non captes uoluptatem. nam ſtudebis quoq; et leges multa multorū omnibus columnis, omnibus parietibus īſcripta, quibus fons ille, Deuſq; celebratur. plura laudabis, nonnulla ridebis, quanquā tu uero, quæ tua humanitas, nulla ridebis. Vale.

C. PL. VRSO SVO S.

O Lim non librū in manus, non ſtylum ſumpſi. olim neſcio quid ſit otium, quid quies, quid deniq; illud iners quidem, iucundum tamē nil agere, nihil eſſe. Adeo multa me negocia amicorum nec ſedere, nec ſtudere patiuntur. Nulla enim ſtudia tanti ſunt, ut amicitiæ officiū deſeratur, quod religioſiſſime cuſtodiēdū ſtudia ipſa præcipiūt. Vale

C. PL. FABATO PROSOC. SVO S.

Q Vo magis cupis ex nobis pronepotes uidere, hoc triſtior audies, neptem tuam abortū feciſſe, dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnatio-

nibus omittit, fiat omittenda, quem errorem magnis documentis expiauit, in ſummum periculum adducta. Igitur, ut neceſſe eſt, grauiter accipias ſenectutẽ tuam quaſi paratis poſteris deſtitutam, ſic debes agere Diis gratias, quod ita tibi in præſentia pronepotes negauerunt, ut ſeruarent neptem, illos reddituri, quorum nobis ſpem certiorem hæc ipſa, quanquam parum proſpere explorata fæcunditas facit· iiſdem nũc ego te, quibus ipſum me hortor, moneo, cõfirmo· neq; enim ardẽtius tu pronepotes, quam ego liberos cupio· quibus uideo à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et nõ ſubitas imagines relicturus· Naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent· Vale·

C· PL· ISPVLLAE SVO ·S·

CVm affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorẽ, intelligo prius tibi, quod eſt poſterius nuntiandũ; ut præſumpta lætitia ſollicitudini locũ non relinquat, quanquam uereor ne poſt gratulationem quoq; in metum redeas, atq; ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul, quod periclitata ſit, perhorreſcas· iam hilaris, iam ſibi, iam mihi reddita incipit refici, tranſmiſſumq; diſcrimen cõualeſcendo remetiri· Fuit alioqui in ſummo diſcrimine· impune dixiſſe liceat· fuit nulla ſua culpa, ætatis aliqua, inde abortus, & ignorati uteri triſte experimentum· Proinde et ſi non contigit tibi deſyderiũ fratris amiſſi, aut nepote eius, aut nepte ſolari, memento tamen dilatum magis iſtud,

quàm negatum, cum ſalua ſit, ex qua ſperari poteſt. ſimul excuſa patri tuo caſum, cui paratior apud fœminas uenia eſt. Vale.

C. PL. MINICIANO SVO. S.

h

Vnc ſolum diē excuſo. Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire neſcio magis debeam, an cupiam. Vir eſt optimus, et inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus, colit ſtudia, ſtudioſos amat, fouet, prouehit, multorum, qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium, omnium exemplum, ipſarum deniq; literarum iam ſeneſcentium reductor, ac reformator. Domum ſuam recitantibus præbet, auditoria, non apud ſe tantum benignitate mira frequentat, mihi certe, ſi modo in urbe eſt, defuit nunquam. Porro tanto turpius gratiam non referre, quanto honeſtior cauſſa referenda. An ſi litibus terrerer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad uadimonia mea, nunc, quia mihi omne negocium, omnis in ſtudiis cura, minus obligor tanta ſedulitate celebranti? in quo obligari ego ne dicam ſoleo, certe maxime poſſum. Quod ſi illi nullam uicem, nulla quaſi mutua officia deberem, ſolicitarer tamen uel ingenio hominis pulcherrimo, et maximo, & in ſumma ſeueritate dulciſſimo, uel honeſtate materia. Scribit exitus inluſtrium uirorum in iis, quorundā mihi cariſſimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumq; exequias celebrare nō licuit, horum quaſi funeribus laudationibus, ſeris quidem, ſed tanto magis ueris intereſſe. Vale.

C·PL· FABATO PROSOCERO SVO·S·

d Elector iucundū tibi fuiſſe Tyronis mei ad-
uentum·quod uero ſcribis oblata occaſione
proconſulis plurimos manumiſſos, unice læ-
ter·cupio enim patriam noſtram, omnibus quidē re-
bus augeri, maxime tamen ciuium numero·id enim
oppidis firmiſſimū ornamentum·illud etiam me non
ut ambitioſum, ſed tamē iuuat, quod adiicis·meq́; et
gratiarū actione et laude celebratos·eſt enim ut Xe-
nophon ait ἥδιστον ἄκουσμα ἔπαινος, utiq; ſi te me-
reri putes·Vale·

C·PL·TACITO SVO·S·

a Vguror, nec me fallit augurium, hiſtorias
tuas immortales futuras·Quo magis illis
(ingenue fatebor,) inſeri cupio·nam ſi eſſe
nobis curæ ſolet, ut facies noſtra ab optimo quoq; ar-
tifice exprimatur, nónne debemus optare, ut operibus
ſimilis tui ſcriptor, prædicatorq́; contingat? Demōſtro
itaq;, quanquam diligentiam tuam fugere non poſſit,
cum ſit in publicas actis, demonſtro tamen, quo magis
credas iucundum mihi futurum, ſi factum meum, cu
ius gratia periculo creuit, tuo ingenio, tuo teſtimonio,
ornaueris, dederat me ſenatus cū Herenio Senecione
aduocatum prouinciæ Bæticæ contra Bæbium Maſ-
ſam, damnatoq́; Maſſa, cenſuerat, ut bona eius publi
ce cuſtodirentur· Senecio cum exploraſſet conſules po
ſtulationibus uacaturos, conuenit me, et qua concordia
īquit iniunctam nobis accuſationem executi ſumus,

hac adeamus conſules, petamusq́; ne bona diſſi pariſi nant, quorum eſſe in cuſtodia debent · reſpondi, cui ſumus aduocati a ſenatu dati, diſpice, nũ peractas pu tes partes noſtras, ſenatus cognitione finita. et ille, tu quem uoles, tibi terminũ ſtatues, cui nulla cũ prouin cia neceſſitudo, niſi ex beneficio tuo, et hoc recenti, ipſe et natus ibi et quæſtor in ea fuit· tum ego ſi fixum ti bi iſtud, ac deliberatum, ſequar te, ut ſiqua ex hoc in uidia erit, non tua tantum ſit· uenimus ad conſules, dicit Senecio, quæ res ferebat, aliqua ſubiungo, uix dum conticueramus · Et Maſſa queſtus Senecionem non aduocati fidem, ſed inimici amaritudinem im= pleſſe, impietatis reum poſtulat· horror omnium, ego autẽ uereor inquam clariſſimi conſules, ne mihi Maſ ſa ſilentio ſuo præuaricationem obiecerit, quod non et me reum poſtulet· quæ uox et ſtatim excepta, et po ſtea multo ſermone celebrata eſt· Diuus quidem Ner ua· nam priuatus quoq; attendebat his, quæ recte in publicum fierent miſſis ad me grauiſſimis literis, non mihi ſolum, uerumetiam ſeculo eſt gratula- tus, cui exemplum, (ſic enim ſcripſit) ſimile antiquis contigiſſet· Hæc utcunq; ſe habent, notiora, cla- riora, maiora tu facies · quanquam non exigo, ut excedas actæ rei modum. nam nec hiſtoria debet egredi ueritatem, & honeſte factis ueritas ſuffi cit· Vale·

C·PL· SECVNDI EPISTOLA RVM LIBER OCTAVVS·

C·PL·SEPTICIO SVO·S.

Ter commode explicui, excepto' quod quidam ex meis, aduerſam ualetudinem Feruentiſſimis æſtibus contraxerunt· Encolpius quidem lector ille Seria noſtra, ille delitiæ, exaſperatis Faucibus puluere ſanguinem reiecit· Quam triſte hoc ipſi, quàm acerbum mihi ſi is, cui omnis ex ſtudiis gratia, inhabilis ſtudiis fuerit, quis deinde libellos meos ſic leget, ſic amabit? quem aures meæ ſic ſequentur? Sed Dii lætiora promittunt· ſtetit ſanguis· reſedit dolor· præterea cōtinens ipſe· Nos ſolicitti medici diligentes· ad hoc ſalubritas cœli, ſeceſſus, quies, tantum ſalutis, quantum otii pollicentur· Vale·

C·PL· CALVISIO SVO·S·

Lii in prædia ſua proficiſcuntur, ut locupletiores reuertantur· ego ut pauperior· Vē dideram uindemias certatim negociatoribus ementibus, inuitabat pretium, et quod tunc, et quod forte uidebatur· ſpes feſellit· Erat expeditū omnibus remittere æqualiter, ſed non ſatis æquum· Mihi autē egregium in primis uidetur, ut foris, ita domi, ut in magnis, ita in paruis, ut in alienis, ita in ſuis agitare iuſtitiam· Nam ſi paria peccata, pares etiam laudes· Itaq; omnibus quidē, nequis mihi nō donatus abiret,

partem octauam preti, quo quis emerat, conceſſi·
deinde iis, qui ampliſſimas ſummas emptionib· occu-
pauerant ſeparatim conſului· Nã & me magis iuue
rant, et maius ipſi fecerant damnum· Igitur iis, qui
pluris, quàm decem millibus emerant, ad illam com-
munem, et quaſi publicam octauam addidi· decimam
eius ſummæ, quæ decem millia exceſſerat· Vereor, ne
parum expreſſerim, apertius calculos oſtendã, ſi qui
forte quindecim millibus emerant, hi et quindecim mil
lium octauam, et quinq; millium decimam tulerunt·
Præterea cum reputarem quoſdã ex debito aliquan-
tum, quoſdam aliquid, quoſdã nihil repoſuiſſe, ne-
quaquam uerum arbitrabar, quos non æquaſſet fides
ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari· Rurſus
ergo iis, qui ſoluerant, eius quod ſoluerant, decimam
remiſi: per hoc enim aptiſſime et in præteritum ſin-
gulis pro cuiuſq; merito gratia referri, et in futurum
omnes, cum ad emendum, tum etiam ad ſoluendum
adlici uidebantur· Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu fa-
cilitas ſtetit· Sed fuit tanti· nam regione tota, et noui-
tas remiſſionis, et forma laudatur ex ipſis etiã, quos
non una (ut dicitur) pertica, ſed diſtincte, gradatimq;
tractaui· Quanto quis melior, et probior, tanto mihi
obligatior abit, expertus non eſſe apud me ἐν δ' ἰῇ τι
μῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Vale·

C· PL· SPARSO SVO· S·

Librum, quem nouiſſime tibi miſi, ex omni-
bus meis uel maxime placere ſignificas· eſt
eadem opinio cuiuſdã eruditiſſimi, quo ma

gis adducor, ut neutrum falli putem, quia nõ eſt credibile utrunq; falli, et quia tamen blandior mihi·uolo enim proxima quæq; abſolutiſſima uideri, et ideo iam nunc contra iſtum librum faueo orationi, quã nuper in publicum dedi, cõmunicaturus tecum, ut primum diligentem tabellarium inuenero·Erexi expectationem tuam, quam uereor, ne deſtituat oratio in manus ſumpta·Interim tamen tanquam placituram (et fortaſſe placebit) expecta·Vale·

C·PL·CANINIO SVO·S·

Ptime facis, quod bellum Dacicum ſcribere paras·Nam quæ tam recens, tam copioſa, tã lata, quæ deniq; tam poetica, et quanquam in ueriſſimis rebus, tam fabuloſa materia? dices immiſſa terris noua flumina, nouos pontes fluminibus iniectos, inſeſſa caſtris montium abrupta, pulſum regia, pulſum etiam uita regem, nihil deſperantem·ſuper hæc actos bis triumphos, quorum alter ex inuicta gente primus, alter nouiſſimus fuit·Vna, ſed maxima difficultas, quod hæc æquare dicẽdo, arduum, immẽſum etiam tuo ingenio, quã quam altiſſime adſurgat, et ampliſſime operibus increſcat·Nonnullus et in illo labor, ut barbara, et fera nomina, in primis regis ipſius græcis uerſibus non reſultent· Sed nihil eſt, quod non arte, curáq; ſi non poteſt uinci, mitigetur· Præterea, ſi datur Homero et mollia uocabula, et græca ad leuitatem uerſus contrahere, extẽdere, inflectere, cur tibi ſimilis audẽtia præſertim nõ delicata, ſed neceſſaria negetur? Proinde iure uatum

inuocatis Diis, et inter Deos, ipſo, cuius res, opera, cõſilia dictaturus es, immitte rudẽtes, pande uela, ac ſi quando alias, toto ingenio uehere. cur enim non ego quoq; poetice cum poeta? Illud iam nunc paciſcor, prima quæq; ut abſolueris, mitte, imo etiam ante, quã abſoluas, ſic, ut erunt recentia, ſi rudia, ſi adhuc ſimilia naſcentibus. Reſpondebis non poſſe perinde carptim, ut contexta, perinde inchoata placere ut effecta. Scio itaq; et à me æſtimabuntur, ut cœpta, ſpectabuntur ut membra, extremamq́; limam tuam operientur in ſcrinio noſtro. Patere hoc me ſuper cætera habere amoris tui pignus, ut ea quoq; norim, quæ noſſe neminẽ uelles. In ſumma potero fortaſſe ſcripta tua magis probare, laudare, quanto illa tardius, cautiusq́;, ſed ipſum te magis amabo, magis laudabo, quanto celerius, et incautius miſeris. Vale.

C. PL. GEMINIO SVO .S.

Graue uulnus Macrinus noſter accepit, amiſit uxorem ſingularis exempli, etiã ſi olim fuiſſet. Vixit cum hac triginta nouem annis ſine iurgio, ſine offenſa. Quam illa reuerentiam marito ſuo præſtitit, cum ipſa ſummam mereretur? quot, quãtasq́; uirtutes ex diuerſis ætatibus ſumptas collegit, et miſcuit? Habet quidem Macrinus grande ſolatium, quod tantum bonum tandiu tenuit. Sed hoc magis exacerbatur, quod amiſit. Nam fruendis uoluptatibus creſcit carendi dolor. Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dũ admittere aduocamenta, et cicatricem pati poſſit, quã nihil æq;, ac neceſſi-

tas ipſa· et dies longa, et ſacietas dolor induat· Vale·

C·PL· MONTANO SVO ·S·

Cognouiſſe iam ex epiſtola mea debes, adnotaſſe me nuper monimẽtum Pallãtis ſub hac inſcriptione· huic ſenatus ob fidem, pietatemq; erga patronos ornamenta prætoria decreuit et ſeſtertium centies quinquagies, cuius honore contentus fuit· poſtea mihi uiſum eſt pretiũ curæ, ipſum S·C· quærere· inueni tam copioſum, et effuſum, ut ille ſuperbiſſimus titulus modicus, atq; etiam demiſſus uideretur· Conferant ſe, miſceantq; non dico illi ueteres, Africani, Achaici, Numantini. ſed hi proximi Marii, Syllæ, Pompei, nolo progredi longius, infra Pallantis laudes iacebunt· urbanos, qui illa cenſuerunt, putem, an miſeros? dicerem Vrbanos, ſi ſenatũ deceret urbanitas· Miſeros? ſed nemo tam miſer eſt, ut illa cogatur ambitio ergo, et procedẽdi libido· ſed qs adeo demens, ut aut per ſuum, aut per publicum dedecus procedere uellet in ea ciuitate, in qua hic eſſet uſus florentiſſimæ dignitatis, ut primus in ſenatu laudare Pallantem poſſet? Omitto, quod Pallanti ſeruo prætoria ornamenta offeruntur, quippe offeruntur à ſeruis· Mitto quod cenſent, non exhortandum modo, uerũetiam compellẽdum ad uſum aureorum annulorum· erat enim cõtra maieſtatem ſenatus, ſi ferreis prætorius uteretur· Leuia hæc, et tranſeũda· Illa memoranda, quod nomine Pallantis ſenatus, nec expiata poſtea ea iniuria eſt. Pallantis nomine ſenatus gratias agit Cæſari, quod et ipſe cum ſummo honore mẽ

tionem eius proſecutus eſſet, et ſenatui facultatem feciſ
ſet teſtandi erga eum beneuolẽtiam ſuam. Quid .n.
ſenatui pulchrius, quàm ut erga Pallantem ſatis gra
tus uideretur? Additur ut Pallas, cui ſe omnes pro ui
rili parte obligatos fatentur, ſingularis fide, ſingula
ris induſtriæ fructum meritiſſimo ferat, prolatos im
perii fines, redditos exercitus Reip. credas. Adſtrui
tur his, cum ſenatui, populoq́; Romano liberalitatis
gratior repræſentari nulla materia poſſet, quã ſi ab
ſtinentiſſimi, fideliſſimiq́; cuſtodis pricipalium opũ
facultates adiuuare contigiſſet. hoc tunc uotum ſena-
tus. hoc præcipuum gaudium populi. hæc liberalita-
tis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuua
re publicarum opum egeſtione contigeret. iam quæ ſe
quuntur, uoluiſſe quidem ſenatum cenſere dandum
ex ærario ſeſtertiũ centies quinquagies, et quanto ab
eiuſmodi cupiditatibus remotior eius animus eſſet, tã
to impenſius petere à publico parente, ut eum compel
leret ad cedẽdum ſenatui. id deerat, ut cum Pallante
autoritate publica ageretur, Pallas rogaretur, ut ſena
tui cederet, ut illi ſuperbiſſimæ abſtinẽtiæ Cæſar ip-
ſe patronus, ipſe aduocaretur, ne ſeſtertiũ centies qui
quagies ſperneret. Spreuit, quod ſolum potuit tantis
opibus publice oblatis, adrogantius facere, quam ſi ac
cepiſſet. Senatus tamen id quoq; ſimilis querenti, lau-
dibus tulit, his quidem uerbis. Sed cum princeps opti-
mus, parensq́; publicus rogatus à Pallante, eã partẽ
ſententiæ, quæ pertinebat ad dandũ ei ex ærario cen
ties quinquagies ſeſtertiũ, remitti uoluiſſet, teſtari ſe-
natum, et ſe, libenter, ac merito hanc ſummam inter

reliquos honores ob ſidem, diligentiamq; Pallantis decernere cœpiſſe, uoluntati tamen principis ſui, cui nulla re fas putaret repugnare, in hac quoq; re obſequi. Imaginare Pallantem uelut intercedentem ſenatuſconſulto, moderantemq; honores ſuos, et ſeſtertium centies quinquagies, ut nimium recuſantem, cũ prætoria ornamenta tanquam minus recepiſſet. Imaginare Cæſarem liberti precibus, uel potius imperio coràm ſenatu obtemperantem. Imperat enim libertus patrono, quem in ſenatu rogat. Imaginare ſenatum, uſquequaq; teſtantem merito, libenterq;, ſe hãc ſummam inter reliquos honores Pallanti cœpiſſe decernere, et perſeueraturum fuiſſe ſe, niſi obſequeretur principis uoluntati, cui non eſſet fas in ulla re repugnare. Ita ne ſeſtertium centies quinquagies Pallas ex ærario referret, uerecundia ipſius, obſequio ſenatus opus fuit in hoc præcipue non obſecuturi, ſi in nulla re putaſſet fas eſſe non obſequi. Finem exiſtimas? manedum, et maiora accipe. Vtiq; cum ſit utile, principis benignitatem promptiſſimam ad laudem, præmiaq; merentium inluſtrari ubiq;, et maxime iis locis, quibus incitari ad imitationem præpoſiti rerum eius cura poſſent, et Pallantis ſpectatiſſima fides, atq; innocentia exemplo prouocare ſtudium tam honeſtæ æmulationis poſſet, eáque quarto Kal. Februarii, quæ proxime fuiſſent, in ampliſſimo ordine optimus princeps recitaſſet, ſenatuſq; conſulta de his rebus facta in ære inciderentur, idq; æs figeretur ad ſtatuam loricatam diui Iulii. Parũ uiſum tantorum dedecorum eſſe curiam teſtem? delectus eſt

ctus eſt celeberrimus locus,i quo legẽda præſentibus legenda futuris proderentur. Placuit ære ſignari omnes honores faſtidioſiſſimi Mancipii,quosq; repudiaſſet, quosq; quantum ad decernentes pertinet, geſſiſſet,incaſa,& inſculpta ſunt publicas, æternisq; monimentis prætoria ornamenta Pallantis ſic quaſi fœdera antiqua,ſic quaſi ſacræ leges. Tanta principis,tanta ſenatus,tanta Pallantis ipſius,quid dicam, neſcio,ut uellent in oculis omnium figi,Pallas inſolentiam ſuam,Patientiam Cæſar,humilitatem Senatus. Nec puduit rationẽ turpitudini obtẽdere. egregiam quidem,pulchramq; rationem,ut exẽplo Pallantis præmiorũ ad ſtudium æmulationis cæteri prouocarentur. Ea honorum uilitas erat,illorum etiam, quos Pallas non dedignabatur. Inueniebantur tamen honeſto loco nati,qui peterent,cuperentq; quod dari liberto,promitti ſeruis uidebant. Quã iuuat,quod in tempora illa non incidi,quorum ſic me, tanquam illis uixerim,pudet. Non dubito ſimiliter adfici te. Scio quam ſit tibi uiuus,et ingenuus animus, Ideoq; facilius eſt,ut me(quanquam indignationem quibuſdam in locis fortaſſe ultra epiſtolæ modum extulerim)parum doluiſſe,quam nimis credas. Vale.

C.PL. TACITO SVO.S.

n Eq; ut magiſtro magiſter, neq; ut diſcipulo diſcipulus(ſic enim ſcribis) ſed ut diſcipulo magiſter. nam tu magiſter, ego contra. atq; adeo tu in ſcholam reuocas,ego adhuc ſaturnalia extendo,librum miſiſti. non potui longius hyperbaton

ters·Sparſa ſunt circa ſacella complura, totidẽq; Dei, ſua cuiq; ueneratio, ſuum nomen, quibuſdam uero etiam fontes· Nam præter illum quaſi parentem cæterorum, ſunt minores capite diſcreti, ſed flumini miſcentur, quod ponte tranſmittitur· Is terminus ſacri, profaniq;· In ſuperiore parte nauigare tantum, infra etiam natare conceſſum· Balineum Hiſpellates, quibus illũ locum diuus Aug· dono dedit, publicæ præbent, et hoſpitium· Nec deſunt uillæ, quæ ſecutæ fluminis amœnitatem, margini inſiſtunt· In ſumma nihil erit, ex quo non captes uoluptatem· nam ſtudebis quoq;, et leges multa multorũ omnibus columnis, omnibus parietibus iſcripta, quibus fons ille, Deuſq; celebratur· plura laudabis, nonnulla ridebis, quanquã tu uero, quæ tua humanitas, nulla ridebis· Vale.

C·PL· VRSO SVO·S·

OLim non librũ in manus, non ſtylum ſumpſi· olim neſcio quid ſit otium, quid quies, quid deniq; illud iners quidem, iucundum tamẽ nil agere, nihil eſſe· Adeo multa me negocia amicorum nec ſedere, nec ſtudere patiuntur· Nulla enim ſtudia tanti ſunt, ut amicitiæ officiũ deſeratur, quod religioſiſſime cuſtodiẽdũ ſtudia ipſa præcipiũt· Vale

C·PL· FABATO PROSOC· SVO·S·

QVo magis cupis ex nobis pronepotes uidere, hoc triſtior audies, neptem tuam abortũ feciſſe, dum ſe prægnantem eſſe puellariter neſcit, ac per hoc quædam cuſtodienda prægnati-

nibus omittit, faciat omittenda, quem errorem magnis documentis expiauit, in ſummum periculum adducta. Igitur, ut neceſſe eſt, grauiter accipias ſenectutẽ tuam quaſi paratis poſteris deſtitutam, ſic debes agere Diis gratias, quod ita tibi in præſentia pronepotes negauerunt, ut ſeruarent neptem, illos reddituri, quorum nobis ſpem certiorem hæc ipſa, quanquam parum proſpere explorata fœcunditas facit. iiſdem nũc ego te, quibus ipſum me hortor, moneo, cõfirmo. neq; enim ardẽtius tu pronepotes, quam ego liberos cupio. quibus uideo à meo, tuoq; latere pronum ad honores iter, et audita latius nomina, et nõ ſubitas imagines relicturus. Naſcantur modo, & hunc noſtrum dolorem gaudio mutent. Vale.

C. PL. ISPVLLAE SVO .S.

Cvm affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorẽ, intelligo prius tibi, quod eſt poſterius nunciandũ; ut præſumpta lætitia ſoliciudini locũ non relinquat, quanquam uereor ne poſt gratulationem quoq; in metum redeas, atq; ita gaudeas periculo liberatam, ut ſimul, quod periclitata ſit, perhorreſcas. iam hilaris, iam ſibi, iam mihi reddita incipit refici, tranſmiſſumq; diſcrimen cõualeſcendo remetiri. Fuit alioqui in ſummo diſcrimine. impune dixiſſe liceat. fuit nulla ſua culpa, ætatis aliqua, inde abortus, & ignorati uteri triſte experimentum. Proinde et ſi non contigit tibi deſyderiũ fratris amiſſi, aut nepote eius, aut nepte ſolari, memento tamen dilatum magis iſtud,

quàm negatum, cum ſalua ſit, ex qua ſperari poteſt. ſimul excuſa patri tuo caſum, cui paratior apud fœminas uenia eſt. Vale.

C. PL. MINICIANO SVO. S.

h Vnc ſolum diē excuſo. Recitaturus eſt Titinius Capito, quem ego audire neſcio magis debeam, an cupiam. Vir eſt optimus, et inter præcipua ſeculi ornamenta numerandus, colit ſtudia, ſtudioſos amat, fouet, prouehit, multorum, qui aliqua componunt, portus, ſinus, præmium, omnium exemplum, ipſarum deniq; literarum iam ſeneſcentium reductor, ac reformator. Domum ſuam recitantibus præbet, auditoria, non apud ſe tantum benignitate mirà frequentat, mihi certe, ſi modo in urbe eſt, defuit nunquam. Porro tanto turpius gratiam non referre, quanto honeſtior cauſſa referenda. An ſi litibus terrerer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad uadimonia mea, nunc, quia mihi omne negocium, omnis in ſtudiis cura, minus obligor tanta ſedulitate celebranti? in quo obligari ego ne dicam ſoleo, certe maxime poſſum. Quod ſi illi nullam uicem, nulla quaſi mutua officia deberem, ſolicitarer tamen uel ingenio hominis pulcherrimo, et maximo, & in ſumma ſeueritate dulciſſimo, uel honeſtate, materia. Scribit exitus inluſtrium uirorum in iis, quorundā mihi cariſſimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumq; exequias celebrare nō licuit, horum quaſi funeribus laudationibus, ſeris quidem, ſed tanto magis ueris intereſſe. Vale.

C. PL. GENIALI SVO S.

p Robo, quod libellos meos cum patre legiſti. Pertinet ad profectum tuum à diſertiſſimo uiro diſcere, quid laudandum, quid reprehēdendū, ſimul ita inſtitui, ut uerū dicere adſueſcas. uides, quem ſequi, cuius debeas implere ueſtigia. O te beatum, cui contigit unum, atq; idem optimum, et cō iunctiſſimum exemplar, qui deniq; eum potiſſimum imitandum habes, cui natura eſſe te ſimillimum uoluit. Vale.

C. PL. ARISTONI SVO S.

e Vm ſis peritiſſimus et priuati iuris, et publici, cuius par ſenatorium eſt, cupio ex te potiſſimum audire, errauerim in ſenatu proxime nec ne, non ut in præteritum (ſerum enim) uerum ut in futurum, ſi quid ſimile inciderit, erudiar. Dices, cur quæris, quod noſſe debeas? Priorum temporum ſeruitus, ut aliarum optimarū artiū, ſic etiā iuris Senatorii obliuionem quandam, et ignorationē induxit. Quotus enim quiſq; tam patiens, ut uelit diſcere, quod in uſu nō ſit habiturus? Adde, quod difficile eſt tenere, quæ acceperis, niſi exerceas. Itaq; reducta libertas rudes nos, et imperitos deprehendit, cuius dulcedine accenſi cogimur quædam facere ante, quàm noſſe. erat autem antiquitus inſtitutū, ut à maioribus natu, non auribus modo, uerumetiam oculis diſceremus, quæ facienda, mox ipſi, ac per uices quaſdā tradenda minoribus haberemus. ide adule-

ſtentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipẽdiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum ſequũtur, adſueſcerent. Inde honores petituri adſiſtebant curiæ foribus, et conſilii publici ſpectatores ante, quàm cõſortes erant. Suus cuiq; parens pro magiſtro, aut cui parens non erat maximus quiſq;, et uetuſtiſſimus pro parente. Quæ poteſtas referentibus, quod cenſentibus ius, quæ uis magiſtratibus, quæ cæteris libertas; ubi cedendũ, ubi reſiſtendum, quod ſilentii tempus, quis dicendi modus, quæ diſtinctio pugnantiũ ſentẽtiarũ, quæ executio prioribus aliquid addentium. Omnem deniq; ſenatorium morem, quod fideliſſimum percipiendi genus, exemplis docebãtur. At nos iuuenes, fuimus quidẽ in caſtris, ſed cum ſuſpecta uirtus, inertia in pretio, cũ ducibus autoritas nulla, nulla militibus uerecundia, nuſq̃ imperiũ, nuſq̃ obſequium, oĩa ſoluta, turbata, atq; etiã in cõtrariũ uerſa, poſtremo obliuiſcenda magis, q̃ tenenda. Iidem proſpeximus curiam, ſed curiã trepidã, et elinguẽ, cum dicere, quod uelles, periculoſum, quod nolles, miſerũ eſſet. Quid tunc diſci potuit. quid didiciſſe iuuit, cum ſenatus aut ad otium ſummũ, aut ad ſummum nefas uocaretur? et modo ludibrio, modo dolori retẽtus nũquã ſeria, triſtia ſæpe cenſeret? eadem mala iam ſenatores, iam participes malorum multos per annos uidimus, tulimus'q;, quibus ingenia noſtra in poſterũ quoq; hebetata, fracta, contuſa ſunt. Breue tempus (nã tanto breuius omne, quanto felicius tempus) quod libet ſcire, q̃d ſimus, libet exercere, quod ſumus, quod iuſtius peto, primum, ut erroris, ſiquis eſt error, tribuas ueniam,

deinde medearis ſcientia tua, cui ſuperfuit curæ, ſic iura publica, ut priuata, ſic antiqua, ut recentia. ſic rara, ut adſidua tractare. Atq; ego arbitror illis ēt, quibus plurimarū rerum agitatio frequens nihil eſſe ignotum patiebatur, Genus quæſtionis, quod adfero ad te, aut nō ſatis tritum, aut etiam inexpertum fuiſſe. hoc et ego excuſatior, ſi forte ſum lapſus, & tu dignior laude, ſi potes id quoq; docere, quod in obſcuro eſt, an didiceris. Referebatur de libertis Afranii Dextri conſulis incertum ſua, an ſuorū manu, ſcelere, an obſequio perempti, hos alius, quis? Ego, ſed nihil refert, poſt quæſtionē ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſententiarum tanta diuerſitas erat, ut non poſſent eſſe, niſi ſingulæ. quid enim commune habet occidere, et relegare? & non Hercule magis, q̄ relegare et abſoluere, quanquam propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis, quæ abſoluerit, quā quæ occidit. utraq; enim ex illis uitam relinquit, hæc adimit. Cum interim et qui morte puniebant, et qui relegabant unā ſedebant, et temporaria ſimulatione cōcordiæ diſcordiā differebant. Ego poſtulabam, ut tribus ſententiis cōſtaret ſuus numerus, nec ſe breuibus induciis duæ iungerent. Exigebam ergo, ut qui capitali ſupplicio adficiendos putabant, diſcederent à relegante, nec interim contra abſoluentes mox diſſenſuri congregarentur, quia paruulum referret, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Illud etiam mihi permirum uidebatur, eum quidem, qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio adficien-

dos cenſuiſſet, coactum eſſe diuidere ſententiam, hunc autẽ, qui libertos morte multaret, cum relegante numerari. Nam ſi oportuiſſet diuidi ſententiã unius, quia res duas comprehendebat, non reperiebam, quemadmodum poſſet iungi ſententia duorum tam diuerſa cenſentiũ. Atq; adeo permitte mihi, ſic apud te, tanquam ibi, ſic peractare tã quam adhuc ĩtegra, rationem iudicii mei reddere, quæq; tunc carptim, multis obſtrepentibus dixi, nunc per otium iungere. fingamus treis omnino iudices in hanc cauſſam datos eſſe, horum uni placuiſſe perire libertos, alteri relegari, tertio abſolui, utrum ne ſententiæ duæ conlatis uiribus nouiſſimam prement, an ſeparatim unaquæq; tantundem, quantum altera ualebit. nec magis poterit cum ſecunda prima connecti, quam ſecunda cum tertia. Igitur in ſenatu quoq; numerari tanq̃ contrariæ debent, quæ tanquam diuerſæ dicuntur. Quod ſi unus, atq; idem et perdendos cenſeret, et relegandos, num ex ſentẽtia unius, et perire poſſent, et relegari? Num deniq; omnino una ſententia putaretur, quæ tam diuerſa coniungeret? quemadmodum igitur cum alter puniendos, alter cenſeat relegandos, uideri poteſt una ſentẽtia, quæ dicitur a duobus, quæ non uideretur una, ſi ab uno diceretur. Quid lex, non aperte docet dirimi debere ſententias occidentis, et relegantis, cum ita diſceſſionẽ fieri iubet? qui hæc ſentitis, in hanc partem, qui alia omnia in illam partẽ ite, qua ſentitis. Examina ſingula uerba, et expẽde, qui hæc cenſetis, hoc eſt, qui relegandos putatis, in hanc partem, id eſt in eam, in qua ſedet, qui cenſuit

relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadẽ parte remanere eos, qui interficiẽdos arbitrantur. qui alia omnia animaduertis, ut non contenta lex dicere alia, addiderit omnia, num ergo dubium eſt, alia omnia ſentire eos, qui occidunt, quàm qui relegant? in illam partem ite, qua ſentitis. nón ne uidetur ipſa lex eos, qui diſſentiunt, in contrariam partem uocare, cogere, impellere non conſulere etiam, ubi quiſq; remanere, quo tranſgredi debeat, non tantum ſolennibus uerbis, ſed manu, geſtuq; demonſtrat? At enim futurum eſt, ut ſi diuidantur ſententiæ interficientis, et relegantis, prævaleat illa, quæ abſoluit. Quid iſtud ad cenſenteis, quos certe non decet omnibus artibus, omni ratione pugnare, ne fiat, quod eſt mitius. oportet tamen eos, qui puniũt, et qui relegant, abſoluentibus primum, mox inter ſe comparari. ſcilicet ut ĩ ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit, ac ſeruat, qui cum uictore contendat, ſic in ſenatu ſunt aliqua prima, ſunt ſecunda certamina, et ex duabus ſententiis eã, quæ ſuperior exierit, tertia expectat. Quid, quod prima ſententia comprobata, cæteræ perimuntur? Qua ergo ratione poteſt eſſe non unius, atq; idẽ locus ſententiarum, quarum nullus eſt? Poſtea planius repetam, niſi dicente ſententiam eo, qui relegat, illi, qui puniunt capite, initio ſtatim in alia diſcedunt, fruſtra poſtea diſſentient ab eo, cui pauloante conſenſerint. Sed quid ego ſimilis doceti, cum diſcere uelim an ſententias diuidi, an iri in ſingulas oportuerit? Optinui quidem, quod poſtulabam, nihilominus tamen quæro, an poſtulare debuerim, an abſtinere.

Quemadmodum abſtinuit is, qui ultimum ſupplici um ſumendú eſſe cenſebat· Neſcio an iure, certe æquitate poſtulationis meæ uictus, omiſſa ſententia ſua, acceſſit releganti, ueritus ſcilicet, ne ſi diuideretur ſententiæ, quod alioqui fore uidebatur, ea, quæ abſoluendos eſſe cenſebat, numero prænaleret· Etenim lóge plures in hac una, quàm in duabus ſingulis erát· Tum illi quoq;, qui autoritate eius trahebantur, tranſeunte illo deſtituti, reliquerunt ſententiam ab ipſo autore deſertam, ſecutiq; ſunt quaſi trásfugam, quẽ ducem ſequebantur· Sic ex tribus ſententiis duæ factæ, tenuitq; ex duabus altera, tertia expulſa, quæ cũ ambas ſuperare non poſſet, elegit ab utra uinceretur. Vale·

C.PL.IVNIORI SVO ·S·

Neraui te tot pariter miſſis uoluminibus, ſed oneraui primum, quia exegeras, deinde, quia ſcripſeras, tam graciles iſtic uindemias eſſe, ut plané ſcirem tibi uacaturum, (quod uulgo dicitur) librum legere· Eadem ex meis agellis nuntiantur· Igitur mihi quoq; licebit ſcribere, quæ legas, ſit modo, unde chartæ emi poſſint, quæ ſi ſcabræ, bibuláue ſint, aut non ſcribendú; aut neceſſario quidquid ſcripſerimus boni, mali ue, deleuimus· Vale·

C·PL·PATERNO SVO ·S·

Onfecerunt me infirmitates meorum, mortes etiam et quidem iuuenum· Solatia duo

nequaquam paria tanto dolori, ſolatia tamen. unum facilitas manumittendi, uideor enim non omnino immaturos perdidiſſe, quos iam liberos perdidi, alterum, cum permitto ſeruis quoq; quaſi teſtamenta facere, eáq; ut legitima cuſtodio, mandant, rogántq;, quod uiſum, pareo ocyus. ſuis diuidunt, donant, relinquunt duntaxat intra domum. nam ſeruis Reſp. quædã, et quaſi ciuitas, domus eſt. Sed quã quam his ſolatiis adquieſcam, debilitor, et frãgor eadem illa humanitate, quæ me, ut hoc ipſum permitterem, induxit. Non ideo tamen uelim durior fieri, nec ignoro alios, eiuſmodi caſus nihil amplius uocare, quàm damnum, eóq; ſibi magnos homines, & ſapiẽtes uideri, qui an magni, ſapiẽtésq; ſint, neſcio, homines non ſunt. Hominis eſt enim adfici dolore, ſentire, reſiſtere tamen et ſolatia admittere, non ſolatiis non egere. Verum de his plura fortaſſe, quam debui, ſed pauciora, quàm uolui. Eſt enim quædam etiam dolendi uoluptas, præſertim ſi in amici ſinu defleas, apud quem lachrymis tuis uel laus ſit parata, uel uenia. Vale.

C. PL. MACRINO SVO S.

Nm iſtic quoq; immite, et turbidũ cœlum? hic adſiduæ tẽpeſtates, et crebra diluuia. Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis alte ſuperfunditur. quanquam foſſa, quã prouidentiſſimus imperator fecit, exhauſtus premit ualles, innatat campis, quáq; planum ſolum, pro ſolo cernitur. inde, quæ ſolet flumina accipere, et per-

miſta deuehere, uelut obuius retro cogit, atq; ita alienis aquis operit agros, quos ipſe non tangit. Anio delicatiſſimus amniũ, ideoq; adiacẽtibus uillis uelut inuitatus, retentusq́; magna ex parte nemora, quibus inumbratur, et fregit, et rapuit. ſubruit monteis, et decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter quærit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas eiecit, atq; extulit. Viderunt hi, quos excelſioribus terris illa tempeſtas non deprehendit, alibi diuitum apparatus, et grauem ſupellectilem, alibi inſtrumenta ruris. ibi boues, aratra, rectores. hic ſoluta, et libera armenta. atq; inter hæc arborum truncos, aut uillarum trabeis atq; culmina, uarie, lateq; fluitantia. Ac ne illa quidem loca malo uacauerunt, ad quæ nõ aſcendit amnis. Nam pro amne imber aſſiduus, & deiecti nubibus turbines. proruta opera, quibus pretioſa rura cinguntur, quaſſata, atq; etiam decuſſa monimenta. Multi eiuſmodi caſibus debilitati, obruti, obtriti, et aucta luctibus damna. Ne quid ſimile iſthic, pro menſura periculi, uereor, teq́; rogo, ſi nihil tale eſt, quam maturiſſime ſolicitudini meæ conſulas. Sed etſi tale, id quoq; nunties. Nam paruulum differt patiaris aduerſa, an expectes. niſi quod tamen eſt dolẽdi modus, non eſt timendi. doleas enim quantum ſcias accidiſſe, timeas, quantum poſſit accidere. Vale.

C. PL. RVFINO SVO S.

Alſum eſt nimirum, quod creditur uulgo, teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morũ,

cum Domitius Tullus longe melior apparuerit
morte, quàm uita. Nam cum ſe captandum præ-
buiſſet, reliquit filiam hæredem, quæ illi cum fratre
communis, quia genitam fratre adoptauerat. Proſe-
cutus eſt nepotes plurimis, iucũdiſſimisq; legatis. Pro-
ſecutus etiam pronepotem. In ſumma omnia pietate
pleniſſima, ac tanto magis quoniã inexſpectata ſunt.
Ergo uarii tota ciuitate ſermones. alii fictum, ingra-
tum, immemorem loquuntur, ſeq; ipſos, dum inſe-
ctantur illũ, turpiſſimis confeſſionibus produ͂t q de il
lo uti de patre, auo, proauo, quaſi orbi quærantur.
alii cõtra hoc ipſum laudibus ferũt, quod ſit fruſtra-
tus ĩprobas ſpes hominũ, quos ſic decipere pro mori-
bus temporum, prudẽtia eſt. Addunt etiam nõ fuiſ-
ſe ei liberum alio teſtamento mori. neq; enim reliquiſ-
ſe opes filiæ, ſed reddidiſſe. quibus auctus per filiã
fuerat. Nam Curtius Mancipia peroſus, generum ſu-
um Domitium Lucanum (frater eſt Tulli) ſub ea cõ-
ditione, ut filiam eius, Neptem ſuam inſtitueret hæ-
redem, ſi eſſet manu patris emiſſa; emiſerat pater;
adoptauerat patruus. atq; ita circunſcripto teſtamen-
to, conſors frater in patris poteſtate emancipatam fi-
liam adoptionis fraude reuocauerat, et quidem cum
opibus ampliſſimis. Fuit alioqui fratribus illis quaſi
fato datum, ut diuites fierent inuitiſſimis, a quibus
facti ſunt. Qui etiam Domitius Afer, qui illos in no-
men adſumpſit, reliquit teſtamentum ante octo et de-
cem annos nuncupatum, adeoq; poſtea improbatum
ſibi, ut patris eorum bona proſcribenda curauerit.
Mira illius aſperitas, mira felicitas horũ, illius aſpe-

ritas, qui numero ciuium excidit, quem ſocium etiam
in liberis habuit· Felicitas horum, quibus ſucceſſit in
locum patris, qui patrem abſtulerat· Sed hæc quoq;
hæreditas Afri, ut reliqua cum fratre quæſita, tranſ
mittenda erãt filiæ fratris, a quo Tullus ex aſſe hæ
res inſtitutus, prælatuſq; filiæ fuerat, ut cõciliaretur·
Quo laudabilius teſtamentum eſt, quod pietas, fides,
pudor ſcripſit· In quo deniq; omnibus adfinitatibus
pro cuiuſq; officio gratia relata eſt, relata et uxori·
Accepit amœniſſimas uillas, accepit magnam pecu-
niam uxor optima, et patientiſſima, ac tanto melius
de uiro merita, quanto magis eſt reprehẽſa, quod nu
pſit· Nã mulier natalibus clara, moribus proba, ae
tate decliuis, diu uidua, mater olim, parum decore
ſecuta matrimonium uidebatur diuitis ſenis ita perdi
ti morbo, ut eſſe tædio poſſet uxori, quam iuuenis, ſa
nuſq; duxiſſet· Quippe omnibus membris extortus,
et fractus tantas opes ſolis oculis obibat, ac ne in le-
ctulo quidem, niſi ab aliis mouebatur· Quinetiam
(Fœdum, miſerandumq; dictu) denteis lauandos,
fricandoſq; præbebat· Auditum eſt frequenter ab ip
ſo, cũ quereretur de contumeliis debilitatis ſuæ, digi
tos ſeruorũ ſuorũ quotidie liguere· Viuebat tamẽ, et
uiuere uolebat ſuſtentante maxime uxore, quæ cul-
pam inchoati matrimonii in gloriam perſeueran-
tia uerterat· Habes omneis fabulas urbis· Nam ſunt
uenales tabulæ Tulli· exſpectatur auctio· fuit enim
tam copioſus, ut ampliſſimos hortos, eodem, quo eme-
rat, die inſtruxerit plurimis, et antiquiſſimis ſtatuis·
tantum illi pulcherrimorum operum in horreis, quæ

neglegebatur. Inuicem tu, ſiquid epiſtola dignum, ne grauare ſcribere. Nam, cum aures hominum nouitate lætantur, tum ad rationem uitæ exemplis erudimur. Vale.

C. PL. MAXIMO SVO .S.

e T gaudium mihi, et ſolatium in literis, nihilq; tam lætum, quod his lætius, nihil tam triſte, quod non per has minus triſte. Itaq; et infirmitate uxoris, et meorum periculo, quorũdã uero etiam morte turbatus, ad unicum doloris leuamentum ſtudia confugio, quæ præſtant, ut aduerſa magis intellegam, ſed patientius feram. Eſt autem mihi moris, quod ſum daturus in manus hominum, ante amicorum iudicio examinare, in primis tuo. Proinde, ſiquando, nunc intende libro, quem cum hac epiſtola accipies. quia uereor, ne ipſi, ut triſtis, parum intenderim. Imperare enim dolori, ut ſcriberẽ, potui, ut uacuo animo, lætoq;, non potui. Porro ut ex ſtudiis gaudium, ſic ſtudia hilaritate proueniunt. Vale.

C. PL. GALLO SVO .S.

a D quæ noſcenda iter ingredi, tranſmittere mare ſolemus, ea ſub oculis poſita neglegimus. ſeu quia ita natura comparatum, ut proximorum incurioſi, lõginqua ſectemur, ſeu quod omnium rerum cupido langueſcat, cum facilis occaſio eſt, ſeu quod differimus, tanquam ſæpe uiſuri, quod datur uidere, quoties uelis cernere. Quacũq; de cauſſa permulta in urbe noſtra, iuxtaq; urbem, non oculis modo

lis modo

lis modo, ſed ne auribus quidem nouimus· Quæ ſi tu liſſet Achaia, Aegyptus, aliáq; quælibet miraculorũ ferax, cõmendatrix'q; terra, audita, perlecta, luſtrata'q; haberemus. Ipſe certe nuper, quod nec audierá ante, nec uiderá, audii pariter, et uidi· Exegerat pro ſocer meus, ut amærina prædia ſua inſpicerem, hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus nomine Vadimonis, ſimul quædam incredibilia narrantur· perueni ad ipſum· Lacus eſt in ſimilitudinem iacentis rotæ circunſcriptus, et undiq; æqualis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, et qua ſi artificis manu cauata, et excisa· Color cœruleo albidior, et preſſior ſulpure, odor, ſapor'q; medicatus· uis qua fracta ſolidantur· Spatiũ modicum, quod tamen ſentiat uentos, et fluctibus intumeſcat · nulla in hoc nauis (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ herbidæ, omnes harũdine et iunco tectæ, quæ'q; alia fœcũdior palus, ipſa'q; illa extremitas lacus effert · Sua cuiq; figura, ut modus cũctis margo deraſus· quia frequenter uel litori, uel ſibi illiſæ terunt, teruntur'q;· Par omnibus altitudo par leuitas· quippe in ſpeciem carinæ humili radice deſcendunt· hæc ab omni latere perſpicitur· eadem aqua pariter ſuſpenſa et merſa· Interdum iunctæ, copulatæ'q;, et continentis ſimiles eunt· Interdum diſcordantibus uentis digeruntur, nonnunquam deſtitutæ tranquillitate ſingulæ fluitant· Sæpe minores maioribus, uelut cumbulæ onerariis, adhæreſcunt· Sæpe inter ſe maiores, minores'q; quaſi curſum, certamen'q; deſumunt · rurſus omnes in eundem locum adpulſæ, qua ſteterunt, pro

mouent terram. Et modo hac, modo illac lacum red-dunt, auferuntq́;. Auctum demum, cum medium te nuere, non contrahunt. Conſtat pecora herbas ſecu ta, ſic in inſulas illas, ut in extremam ripá procede re ſolere, nec prius intellegere mobile ſolum, quam li tore abrepta, quaſi illata, et impoſita circunfuſum un diq; lacum pauent. mox, quo tulerit uentus egreſſa, non magis ſe deſcendiſſe ſentire, quàm ſenſerint aſcẽ diſſe. Idem lacus in flumen egeritur, quod ubi ſe pau liſper oculis dedit, ſpecu mergitur, altéq; conditum meat, ac ſiquid ante, quàm ſubduceretur, accepit, ſer uat, et profert. Hæc tibi ſcripſi, quia nec minus igno ta, quàm mihi, nec minus grata credebam. Nam te quoq;, ut me nihil æque, ac naturæ opera delectant. Vale.

C. PL. ARRIANO SVO. S.

ET in uita, ſic in ſtudiis pulcherrimum, & humaniſſimum æſtimo, ſeueritatem, comita temq́; miſcere, ne illa in triſtitiam, hæc in petulantiam procedat. Qua ratione ductus, grauio ra opera luſibus, iocisq́; diſtinguo. Ad hos proferen-dos et tempus, et locum opportuniſſimum elegi, utq́; iam nunc adſueſcerẽt, et ab otioſis, et in triclinio au diri. Iulio menſe, quo maxime lites interquieſcunt, poſitis ante lectos cathedris, amicos collocaui. Forte ac cidit, ut eo die mane in aduocationem ſubitam roga-rer. quod mihi cauſſam præloquendi dedit. Sum enĩ deprecatus, nequis, ut inreuerentem operis argueret, quod recitaturus, quanquam et amicis, et paucis, ideſt

iterum amicis, foro et negociis non abſtinuiſſem· Addidi hunc ordinem, me et in ſcribendo ſequi, ut neceſſitates uoluptatibus, ſeria iucundis anteferrem, ac primum amicis, tum mihi ſcribere· Liber fuit et opuſculis uarius, et metris; ita ſolemus, qui ingenio parum fidimus, ſatietatis periculum fugere· Recitaui biduo· hoc adſenſus audientium exegit· Et tamẽ ut alii tranſeunt quædam, imputantq́; , quod tranſeant, ſic ego nihil prætereo, atq; etiam non præterire me teſtor· Lego enim omnia, ut omnia emendem, quod contingere non poteſt electa recitantibus· At illud modeſtius, et fortaſſe reuerẽtius, ſed hoc ſimplicius, et amãtius· Amat ·n· qui ſe ſic amari putat, ut tædiũ nõ pertimeſcat· alioqui quid præſtant ſodales, ſi conueniunt uoluptatis ſuæ cauſſa delicatus, ac ſimilis ignoto eſt, qui amici librũ bonum mauolt audire, quàm facere· Non dubito cupere te pro cætera mei caritate quammaturiſſime legere hũc adhuc muſteum librũ· Leges ſed retractatum, quæ cauſſa recitandi fuit, & tamen nonnulla iam ex eo noſti, hæc uel emendata poſtea uel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi noua rurſus, et reſcripta cognoſces· Nam pleriſq; mutatis, ea quoq; mutata uidentur, quæ manent· Vale·

C·PL·GEMINIO SVO·S·

n Oſti ne hos, qui omnium libidinum ſerui, ſic aliorum uitiis iraſcuntur, quaſi inuideant, et grauiſſime puniunt, quos maxime imitantur? cum eos etiam, qui non indigent clementia

ullius nihil magis, quam lenitas decet. Atq; ego optimum, et emendatiſſimũ exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit, tanquã ipſe quotidie peccet, ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni uitæ genere teneamus, ut nobis implacabiles ſimus, exorabiles iſtis, etiã qui dare ueniã niſi ſibi neſciunt. Mandemusq; memoriæ, quod uir mitiſſimus, et ob hoc quoq; maximus Thraſea crebro dicere ſolebat. Qui uitia odit, homines odit. Forταſſe quæris, quod commotus hoc ſcribam. Quidam, ſed melius coram. quanquam ne tunc quidem. Vereor eni, ne id, quod improbo, eos ſectari, carpere, referre, huic quod quammaxime præcipimus, repugnet. Quiſquis ille, qualiſcunq;, ſileatur, quem inſignire exempli nihil, non inſignire humanitatis plurimum refert. Vale.

C. PL. MARCELLINO SVO S.

OMnia mihi ſtudia, omnes curas, oĩa auocamenta exemit, excuſſit, eripuit dolor, quem ex morte Iunii Auiti grauiſſimum cœpi. Latum clauum in domo mea induerat, Suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat ad hoc ita me dilexerat, ita uerebatur, ut me formatore morum, me quaſi magiſtro uteretur. Rarum hoc adoleſcentibus noſtris. Nam quotus quiſq; uel ætate alterius, uel autoritate ut minor cedit? Statim ſapiũt ſtatim ſciunt omnia, neminem uerentur, imitantur neminem, atq; ipſi ſibi exempla ſunt. Sed nõ Auitus cuius hæc præcipua prudentia, quod alios prudentio

res arbitrabatur· hæc præcipua eruditio, quod diſcere uolebat. ſemper ille, aut de ſtudiis aliquid, aut de officiis uitæ conſulebat· ſemper ita recedebat, ut melior factus, et erat factus, uel eo, quod audierat, uel quod omnino quæſierat· Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit? quem legatum tribunus ita et intellexit, et excepit, ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut comes, adſectorq́; ſequeretur, qua induſtria, qua modeſtia quæſtor conſulibus ſuis (et plureis habuit) nō minus iucundus, et gratus, quàm uſui fuit? quo diſcurſu, qua uigilantia hanc ipſam ædilitatem, cui præreptus eſt, petiit? Quod uel maxime dolorem meum uicerat, obuerſantur oculis paſſi labores, et infructuoſæ preces, et honor, quem meruit· Tantum redit animo ille latus clauus in penatibus meis ſumptus, redeunt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes· Adficior adoleſcentia ipſius, adficior neceſſitudinum caſu· Erat ille grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum uirginē acceperat· erat filia, quam paulo ante ſuſtulerat· Tot ſpes, tot gaudia dies unus in diuerſa conuertit· Modo deſignatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, uiduam uxorē, filiam pupillam, ignaramq́; patris reliquit· Accedit lachrymis meis, quod abſens, et impendentis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognoui ne grauiſſimo dolori timore conſueſcerem· In tantis tormentis eram, cum ſcriberem hæc· neq; enim nunc aliud aut cogitare, aut loqui poſſum· Vale·

quiritur· longe'q; ualẽtior amor ad optinẽdũ, quod uelis, quàm timor· nam timor abit, ſi recedas, manet amor, ac ſic, ut ille in odium, hic in reuerentiã uertatur· Te uero etiam atq; etiã (Repetam enim) meminiſſe oportet offici tui titulum, ac tibi ipſum interpretari, quale, quantum'q; ſit ordinare ſtatum liberarum ciuitatum· Nã quid ordinatione ciuilius? quid libertate pretioſi us? porro quàm turpe ſi ordinatio euerſione, libertas ſeruitute mutetur? Accedit, ꝙ tibi certamẽ eſt tecum· onerat te quæſturæ tuæ fama, quã ex Bithynia optimã reuexiſti· onerat teſtimoniũ prĩcipis, onerat tribunatus, prætura, atq; hæc ipſa legatio quaſi præmium data· Quo magis nitendum eſt, ne in longinquam prouinciam, quàm ſuburbanam, ne inter ſeruienteis, q̃ liberos, ne ſorte, q̃ iudicio miſſus, ne rudis, et incognitus, quàm exploratus, probatus'q; humanior, melior, peritior fuiſſe uidearis· cum ſit alioqui, ut ſæpe audiuiſti, ſæpe legiſti multo deformius amittere, quàm non adſequi laudem· Hæc uelim credas, quod initio dixi, ſcripſiſſe me admonẽtem, non præcipiẽtem, quanquam præcipientẽ quoq;· Quippe non uereor in amore, ne modum exceſſerim· neq; enim periculũ eſt, ne ſit nimiũ, quod eſſe maximum debet·

Vale·

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS·

C·PL·MAXIMO SVO·S·

ſ Aepe te monui, ut libros, quos uel pro te, uel in Plantam, immo et pro te et in illũ, (ita enim materia cogebat,) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres, quod nunc praecipue morte eius audita, et hortor et moneo· Quamuis enim legeris multis, legendosq; dederis, nolo tamen quenquam opinari defuncto demum incohatos, quos incolumi eo peregiſti· Salua ſit tibi conſtantia; et fama· Erit autem ſi notũ aequis, iniquisq; fuerit, non poſt inimici mortem ſcribendi tibi natam eſſe fiduciam, ſed iam paratam editionẽ morte praeuentã· Simul uitabis illud οὐχ ὁσίη φθιμένοισι· Nam, quod de uiuente ſcriptum, de uiuente recitatum eſt, in defunctum quoq; tanquam uiuentem adhuc editur, ſi editur, ſtati igitur· Siquid aliud in manibus differ, interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum uidetur, ſed iam uideatur et tibi, cuius cunctationem ne res ipſa deſyderet, etiã horis ratio praecedit· Vale·

C·PL· SABINO SVO·S·

f Acis iucunde, quod nõ ſolum plurimas epiſtolas meas, uerumetiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

occupationes uerebar, partim quia ipſe multum diſtringebar plerunq; frigidis negocijs, quæ ſimul & auocant animum, & comminuunt· Præterea nec materia plura ſcribendi dabatur· neq; enim eadem noſtra conditio, quæ · M · Tullii ad cuius exemplum nos uocas · illi enim et copioſiſſimum ingenium, et par ingenio materia, quã tã uarietas rerum, quam magnitudo largiſſime ſuppetebat · Nos quam anguſtis terminis cludamur, etiam tacente me perſpicis, niſi forte uolumus ſcholaſticas tibi, atq; (ut ita dicam) umbraticas literas mittere · Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma ueſtra, cum caſtra, deniq; cornua, Tubas ſudorem, puluerẽ, ſoles cogitamus · Habes, ut puto, iuſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi probari uelim · Eſt enim ſummi amoris negare ueniã breuibus epiſtolis amicorum, quamuis ſcias illis conſtare rationem · Vale ·

C · PL · PAVLINO SVO · S ·

Lius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ, manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cum futura gloria uiuit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante oculos pingue illud, altumq; ocium placeat · Et · n · omneis homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuã, aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere eniti, hos quieſcere remitti, nec breuem uitam caducis laboribus fatigare, ut uideo multos miſera ſimul, et ingrata imagine induſtriæ ad uilitatem ſui peruenire · Hæc ego tecum quæ quotidie mecũ, ut deſinã me-

cum ſi diſſenties tu, quanquam non diſſenties, ut qui ſemper clarum aliquid, et ĩmortale meditare. Vale.

C. PL. MACRINO SVO. S.

u Ererer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epiſtola accepiſſes, niſi eſſet generis eius, ut ſæpe incipere, ſæpe deſinere uideatur. nam ſingulis criminibus ſingulæ uelut cauſſæ continentur. Poteris ergo undecunq; cœperis, ubicunq; deſieris, quæ deinceps ſequentur, et quaſi incipiẽtia legere et quaſi cohærẽtia, meq; in uniuerſitate longiſſimũ, breuiſſimũ in partibus iudicare. Vale.

C. PL. TYRONI SVO. S.

e Gregie facis (inquiro enim, et perſeuero) ꝙ iuſtitiam tuam prouincialibus multa humanitate commendas, cuius præcipua pars eſt honeſtiſſimum quenq; complecti, atq; ita a minoribus amari, ut ſimul a principibus diligare. Pleriq; autem dum uerentur, ne gratiæ potentium nimium impertire uideantur ſiniſtritatis, atq; etiam malignitatis famam conſequuntur, a quo uitio tu longe receſſiſti ſcio. Sed temperare mihi non poſſum, quo minus laudem ſimilis monenti, quod eum modum tenes, ut diſcrimina ordinum, dignitatumq; cuſtodias, quæ ſi confuſa, turbata, permiſta ſint, nihil eſt ipſa æqualitate inæqualius. Vale.

C. PL. CALVISIO SVO. S.

o Mne hoc tempus inter pugillares, ac libellos iucundiſſima quiete tranſmiſi. Quẽad-

modum inquis in urbe potuiſti? Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidem teneor. Nihil nouum, nihil uarium, nihil, quod non ſemel ſpectaſſe, ſufficiat. Quo magis miror tot millia uirorum, tã pueriliter identidem currentes equos, inſiſtentes curribus hoĩes uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nõnulla. Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipſo curſu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur. Studium, fauorq; tranſiuit, et repente agitatores illos equos, illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina relinquent. Tanta gratia, tanta autoritas ĩ una uiliſſima tunica, Mitto apud uulgus, quod uilius tunica eſt, ſed apud quoſdã graues homines, quos ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam uoluptatem, quod hac uoluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſime ocium meum in literis colloco, quos alii ocioſiſſimis occupationibus perdũt. Vale.

C. PL. ROMANO SVO. S.

Edificare te ſcribis, bene eſt. inueni patrocinium. ædifico enim iam ratione, quia tecũ. Nam hoc quoq; nõ diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum, huius in litore plures uillæ meæ, ſed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. altera impoſita ſaxis more baiano lacum proſpicit. altera æque more baiano lacũ tangit. Itaq; illam tragœdiam, hanc appellare comœdiam ſoleo, illã, quod -

quaſi cothurnis, hanc, quod quaſi oculis ſuſtinentur. Sua utriq; amœnitas, et utranq; poſſidenti ipſa diuerſitate iucundior. Hæc lacu propius, illa latius utitur, hæc unum ſinum molli curuamine amplectitur, illa è ditiſſimo dorſo duos dirimit, illic recta geſtatio longo limite ſuper litus extenditur, hic ſpacioſiſſimo xyſto leuiter inflectitur, illa fluctus non ſentit, hæc frangit, ex illa poſſis deſpicere piſcanteis, ex hac ipſe piſcari, hamumq; è cubiculo, ac penè etiam lectulo, ut è nauicula iacere, hæ mihi cauſæ utriq;, quæ deſunt adſtruendi, ob ea, quæ ſuperſunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

C. PL. AVGVRINO SVO. S.

SI laudatus a te, laudare te cœpero, uereor, ne non tam proferre iudicium meum, quã referre gratiã uidear. ſed licet uidear, oĩa ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamẽ illa, quæ de nobis. Accedit hoc, una, eademq; de cauſſa. Nam et tu quæ de amicis optimis ſcribis, et ego quæ de me, ut optima lego. Vale.

C. PL. COLONI SVO. S.

VNice probo, quod Pompeii Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amiſſi caritatẽ deſyderio extendas, non ut pleriq;, qui tantum uiuenteis amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, ac ne ſimulant quidem, niſi quod florenteis uident. nam miſerorum non ſecus ac defunctorum obliui-

ſcuntur, ſed tibi perenis fides, tantaq; in amore cõſtantia· ut finiri niſi tua morte non poſſit, & Hercules, is fuit Quintianus, quem diligi deceat exemplo ipſius, felices amabat, miſeros tuebatur, deſyderabat amiſſos· Iã illa quanta probitas in ore, q̃ta in ſermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitasq; quod ſtudium literarum, quod iudicium, qua pietate cum diſſimillimo patre uiuebat, cum non obſtabat illi, quo minus uir optimus uideretur, quod erat optimus filius? Sed quid dolorem tuũ exulcero? quãquam ſic amaſti uiuentem, ut hoc potius, quam de illo ſileri uelis, à me præſertim, cuius prædicatione putas uitam eius ornari, memoriam prorogari, ipſamq; illam, qua eſt raptus ætatem poſſe reſtitui· Vale.

C·PL·TACITO SVO·S·

CVpio præceptis tuis parere, ſed aprorũ tanta penuria eſt, ut Mineruæ et Dianæ, quas ais pariter colendas, conuenire non poſſit· Itaq; Mineruæ tantum ſeruiẽdum eſt, delicate tamẽ, ut in ſeceſſu· et æſtate· In uia plane nõnulla leuiora, ſtatimq; delenda ea garrulitate, qua ſermones in uehiculo ſeruntur extẽdi· His quædam addidi in uillam, cum aliud non liberet· Itaq; poemata quieſcunt, quæ tu inter nemora, et lucos commodiſſime perfici putas oratiunculam unam, alteram retractaui, quanquã id genus operis inamabile, inamœnum, magiſq; laboribus ruris, quàm uoluptatibus ſimile· Vale.

C·P L·GEMINIO SVO·S.

e Piſtolam tuam iucundiſſimā recepi, eo maxime, quod aliq̄d ad te ſcribi uolebas, quod libris īſeri poſſet, obueniat materia uel hæc ipſa, quam mōſtras, uel potior alia. Sunt enim ī hac offendicula nonnulla, circunfero oculos, et occurrēt. Bibliopolas Lugduni eſſe non putabā, ac tanto libentius ex literis tuis cognoui uēditari libellos meos, quibus peregre manere gratiā, quā in urbe collegerint, delector. Incipio enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diuerſitate regionum diſcrepata hominū iudicia conſentiunt. Vale.

C·PL·IVNIORI SVO·S.

c Aſtigabat quidam filium ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos, et canes emeret, huic ego, iuuene digreſſo, heus tu, nūquam ne feciſti, quod à patre corripi poſſit? feciſti dico, non interdum facis, quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? nō omnes homines aliquo errore ducūtur? nō hic in illo ſibi, in hoc alius īdulget? hæc tibi admonitus īmodicæ ſeueritatis exēplo pro amore mutuo ſcripſi, nequando tu quoq; filiū tuum acerbius, duriusq; tractares. Cogita & illum puerū eſſe, et te fuiſſe, atq; ita hoc, quod es pater utere, ut memineris hominem te eſſe, et hoīs patrē. Vale

C·PL.QVADRATO SVO·S.

q Vanto ſtudioſius, intentiusq; legiſti libros, quos de Heluidii ultione cōpoſui, tanto im-

penſius poſtulas, ut perſcribam tibi, quæq; extra libros, quæq; circa libros, totum deniq; ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano ſtatui mecum, ac deliberaui, eſſe magnam, pulchramq; materiam inſectandi nocenteis, miſeros uindicandi, ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorũ, nullum atrocius uidebatur, quàm quod in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius conſulari, reo iudex manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum nomen ingens, pareis uirtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cũ Arria et Fannia, quarũ altera Heluidii nouerca, altera mater nouercæ. Sed non ita me iura priuata, ut publicum fas, et indignitas facti, et exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſq; inimicos ſuos duntaxat minores inconditο, turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul, et oppreſſerat. Ego et modeſtius, et conſtantius arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum inuidia, ſed proprio crimine urgere. Cũ iam ſatis ille primus impetus deferuiſſet, et languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet, quanquam tum maxime triſtis amiſſa nuper uxore, mitto ad Anteiã (nupta hæc Heluidio fuerat) rogo ut ueniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Vt uenit, deſtinatũ eſt inquam mihi, maritum tuum non inultum pati, nuntia Arriæ et Fanniæ (ab exilio redierant) conſule te, conſule illas, an uelitis adſcribi facto, in quo ego comite non egeo. ſed non ita gloriæ meæ fauerim, ut uobis ſocietatem eius inuideam. perfert Anteia mandata, nec illæ mo

ullius nihil magis, quam lenitas deceat. Atq; ego optimum, et emendatiſſimũ exiſtimo, qui cæteris ita ignoſcit, tanquã ipſe quotidie peccet, ita peccatis abſtinet, tanquam nemini ignoſcat. Proinde hoc domi, hoc foris, hoc in omni uitæ genere teneamus, ut nobis implacabiles ſimus, exorabiles iſtis, etiã qui dare ueniã niſi ſibi neſciunt. Mandemusq; memoriæ, quod uir mitiſſimus, et ob hoc quoq; maximus Thraſea crebro dicere ſolebat. Qui uitia odit, homines odit. Fortaſſe quæris, quod commotus hoc ſcribam. Quidam, ſed melius coram. quanquam ne tunc quidem. Vereor enĩ, ne id, quod improbo, eos ſectari, carpere, referre, huic quod quammaxime præcipimus, repugnet. Quiſquis ille, qualiſcunq;, ſileatur, quem inſignire exempli nihil, non inſignire humanitatis plurimum refert. Vale.

C. PL. MARCELLINO SVO S.

Omnia mihi ſtudia, omnes curas, oĩa auocamenta exemit, excuſſit, eripuit dolor, quem ex morte Iunii Auiti grauiſſimum cœpi. Latum clauum in domo mea induerat, Suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat ad hoc ita me dilexerat, ita uerebatur, ut me formatore morum, me quaſi magiſtro uteretur. Rarum hoc adoleſcentibus noſtris. Nam quotus quiſq; uel ætate alterius, uel autoritate ut minor cedit? Statim ſapiũt ſtatim ſciunt omnia, neminem uerentur, imitantur neminem, atq; ipſi ſibi exempla ſunt. Sed nõ Auitus cuius hæc præcipua prudentia, quod alios prudentio

res arbitrabatur· hæc præcipua eruditio, quod diſce re uolebat.ſemper ille, aut de ſtudiis aliquid, aut de officiis uitæ conſulebat·ſemper ita recedebat, ut meli or factus, et erat factus, uel eo, quod audierat, uel quod omnino quæſierat· Quod ille obſequium Seruiano exactiſſimo uiro præſtitit? quem legatum tribunus ita et intellexit, et excepit, ut ex Germania in Pannoniam tranſeuntem, non ut commilito, ſed ut comes, adſectorq; ſequeretur, qua induſtria, qua modeſtia quæſtor conſulibus ſuis (et plureis habuit) nõ minus iucundus, et gratus, quàm uſui fuit? quo diſcurſu, qua uigilantia hanc ipſam ædilitatem, cui præreptus eſt, petiit? Quod uel maxime dolorem meum uicerat, obuerſantur oculis paſſi labores, et infructuoſæ preces, et honor, quem meruit·Tantum redit animo ille latus clauus in penatibus meis ſumptus, redeunt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes· Adficior aduleſcentia ipſius, adficior neceſſitudinum caſu· Erat ille grandis natu parens, erat uxor, quam ante annum uirginẽ acceperat· erat filia, quam paulo ante ſuſtulerat· Tot ſpes, tot gaudia dies unus in diuerſa conuertit· Modo deſignatus ædilis, recens maritus, recens pater, intactum honorem, orbam matrem, uiduam uxorẽ, filiam pupillam, ignaramq; patris reliquit· Accedit lachrymis meis, quod abſens, et impendentis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognoui ne grauiſſimo dolori timore conſueſcerem· In tantis tormentis eram, cum ſcriberem hæc· neq; enim nunc aliud aut cogitare, aut loqui poſſum· Vale·

quiritur. longe'q; ualētior amor ad optinendū, quod uelis, quàm timor. nam timor abit, ſi recedas, manet amor, ac ſic, ut ille in odium, hic in reuerentiā uertatur. Te uero etiam atq; etiā (Repetam enim) meminiſſe oportet officii tui titulum, ac tibi ipſum interpretari, quale, quantum'q; ſit ordinare ſtatum liberarum ciuitatium. Nā quid ordinatione ciuilius? quid libertate pretioſius? porro quàm turpe ſi ordinatio euerſione, libertas ſeruitute mutetur? Accedit, q tibi certamē eſt tecum. onerat te quæſturæ tuæ fama, quā ex Bithynia optimā reuexiſti. onerat teſtimoniū prīcipis, onerat tribunatus, prætura, atq; hæc ipſa legatio quaſi præmium data. Quo magis nitendum eſt, ne in longinquam prouinciam, quàm ſuburbanam, ne inter ſeruienteis, q̃ liberos, ne ſorte, q̃ iudicio miſſus, ne rudis, et incognitus, quàm exploratus, probatus'q; humanior, melior, peritior fuiſſe uidearis. cum ſit alioqui, ut ſæpe audiuiſti, ſæpe legiſti multo deformius amittere, quàm non adſequi laudem. Hæc uelim credas, quod initio dixi, ſcripſiſſe me admonētem, non præcipiētem, quanquam præcipientē quoq;. Quippe non uereor in amore, ne modum exceſſerim. neq; enim periculū eſt, ne ſit nimiū, quod eſſe maximum debet.

Vale.

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS·

C·PL· MAXIMO SVO·S·

SAepe te monui, ut libros, quos uel pro te, uel in Plantam, immo et pro te et in illũ, (ita enim materia cogebat,) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres, quod nunc præcipue morte eius audita, et hortor et moneo· Quamuis enim legeris multis, legendosq; dederis, nolo tamen quenquam opinari defuncto demum incohatos, quos incolumi eo peregiſti· Salua ſit tibi conſtantia; et fama· Erit autem, ſi notũ æquis, iniquisq; fuerit, non poſt inimici mortem ſcribenda tibi natam eſſe fiduciam, ſed iam paratam editionẽ morte præuentã· Simul uitabis illud οὐχ ὁσίη φθιμένοισι· Nam, quod de uiuente ſcriptum, de uiuente recitatum eſt, in defunctum quoq; tanquam uiuentem adhuc editur, ſi editur, ſtatí igitur· Siquid aliud in manibus differ, interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum uidetur, ſed iam uideatur et tibi, cuius cunctationem ne res ipſa deſyderet, etiã horis ratio præcedit· Vale·

C·PL· SABINO SVO·S·

FAcis iucunde, quod nõ ſolum plurimas epiſtolas meas, uerumetiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

*occupationes uerebar, partim quia ipſe multum di-
ſtringebar plerunq; frigidis negocijs, quæ ſimul &
auocant animum, & comminuunt · Præterea nec ma
teria plura ſcribendi dabatur · neq; enim eadem no=
ſtra conditio, quæ · M · Tullii ad cuius exemplum nos
uocas · illi enim et copioſiſſimum ingenium, et par in-
genio materia, quā tā uarietas rerum, quam magnitu-
do largiſſime ſuppetebat · Nos quam anguſtis termi-
nis cludamur, etiam tacente me perſpicis, niſi forte uo
lumus ſcholaſticas tibi, atq;(ut ita dicam) umbraticas
literas mittere · Sed nihil minus aptum arbitramur,
cum arma ueſtra, cum caſtra, deniq; cornua, Tubas
ſudorem, puluerē, ſoles cogitamus · Habes, ut puto, iu
ſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi pro-
bari uelim · Eſt enim ſummi amoris negare ueniā bre
uibus epiſtolis amicorum, quamuis ſcias illis conſta-
re rationem · Vale ·*

C · PL · PAVLINO SVO · S ·

*Lius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui
bonæ, manſuræq; famæ præſumptione per
fruitur, certusq; poſteritatis cum futura glo
ria uiuit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante ocu
los pingue illud, altumq; ocium placeat · Et · n · omneis
homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuā,
aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere
eniti, hos quieſcere remitti, nec breuem uitam cadu-
cis laboribus fatigare, ut uideo multos miſera ſimul, et
ingrata imagine induſtriæ ad uilitatem ſui perueni
re · Hæc ego tecum quæ quotidie mecū, ut deſinā me-*

modum inquis in urbe potuiſti? Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidem teneor. Nihil nouum, nihil uarium, nihil, quod non ſemel ſpectaſſe, ſufficiat. Quo magis miror tot millia uirorum, tã pueriliter identidem currentes equos, inſiſtentes curribus hoĩes uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nõnulla. Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipſo curſu, medio'q; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur. Studium, fauor'q; tranſiuit, et repente agitatores illos equos, illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina relinquent. Tanta gratia, tanta autoritas ĩ una uiliſſima tunica, Mitto apud uulgus, quod uilius tunica eſt, ſed apud quoſdã graues homines, quos ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam uoluptatem, quod hac uoluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſime ocium meum in literis colloco, quos alii ocioſiſſimis occupationibus perdũt. Vale.

C. PL. ROMANO SVO. S.

Edificare te ſcribis, bene eſt. inueni patrocinium. ædifico enim iam ratione, quia tecũ. Nam hoc quoq; nõ diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum, huius in litore plures uillæ meæ, ſed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. altera impoſita ſaxis more baiano lacum proſpicat. altera æque more baiano lacũ tangit. Itaq; illam tragœdiam, hanc appellare comœdiam ſoleo, illã, quod

quaſi cothurniis, hanc, quod quaſi oculis ſuſtinentur. Sua utriq; amœnitas, et utranq; poſſidenti ipſa diuerſitate iucundior. Hæc lacu propius, illa latius utitur, hæc unum ſinum molli curuamine amplectitur, illa è ditiſſimo dorſo duos dirimit, illic recta geſtatio longo limite ſuper litus extenditur, hic ſpacioſiſſimo xyſto leuiter inflectitur, illa fluctus non ſentit, hæc frangit, ex illa poſſis deſpicere piſcanteis, ex hac ipſe piſcari, hamumq; è cubiculo, ac penè etiam lectulo, ut è nauicula iacere, hæ mihi cauſæ utriq; quæ deſunt adſtruendi, ob ea, quæ ſuperſunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

C. PL. AVGVRINO SVO. S.

S I laudatus a te, laudare te cœpero, uereor, ne non tam proferre iudicium meum, quã referre gratiã uidear. ſed licet uidear, oĩa ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamẽ illa, quæ de nobis. Accedit hoc, una, eademq; de cauſſa. Nam et tu quæ de amicis optimis ſcribis, et ego quæ de me, ut optima lego. Vale.

C. PL. COLONI SVO. S.

U Nice probo, quod Pompeii Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amiſſi caritatẽ deſyderio extendas, non ut pleriq;, qui tantum uiuenteis amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, ac ne ſimulant quidem, niſi quod florenteis uident. nam miſerorum non ſecus ac defunctorum obliui-

ſcuntur, ſed tibi perēnis fides, tantáq; in amore cō-ſtantia· ut finiri niſi tua morte non poſſit, & Hercu-les, is fuit Quintianus, quem diligi deceat exem-plo ipſius, felices amabat, miſeros tuebatur, deſydera-bat amiſſos· Iā illa quanta probitas in ore, q̃ta in ſer-mone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitásq; quod ſtudium literarum, quod iudicium, qua pie-tate cum diſſimillimo patre uiuebat, cum non obſta-bat illi, quo minus uir optimus uideretur, quod erat optimus filius? Sed quid dolorem tuū exulcero? quā-quam ſic amaſti uiuentem, ut hoc potius, quam de il-lo ſileri uelis, à me præſertim, cuius prædicatione pu-tas uitam eius ornari, memoriam prorogari, ipſamq; illam, qua eſt raptus ætatem poſſe reſtitui· Vale.

C·PL·TACITO SVO·S·

C VPio præceptis tuis parere, ſed aprorū tan-ta penuria eſt, ut Mineruæ et Dianæ, quas ais pariter colendas, conuenire non poſſit· Itaq; Mineruæ tantum ſeruiēdum eſt, delicate tamē, ut in ſeceſſu· et æſtate· In uia plane nōnulla leuiora, ſtatimq; delenda ea garulitate, qua ſermones in uehi-culo ſeruntur extēdi· His quædam addidi in uillam, cum aliud non liberet· Itaq; poemata quieſcunt, quæ tu inter nemora, et lucos commodiſſime perfici putas orationculam unam, alteram retractaui, quanquā id genus operis inamabile, inamœnum, magisq; labo-ribus ruris, quàm uoluptatibus ſimile· Vale.

C·PL·GEMINIO SVO·S·

e Piſtolam tuam iucundiſſimã recepi, eo maxime, quod aliqd ad te ſcribi uolebas, quod libris iſeri poſſet, obueniat materia uel hæc ipſa, quam mõſtras, uel potior alia· Sunt enim ĩ hac offendicula nonnulla, circunfero oculos, et occurrẽt: Bibliopolas Lugduni eſſe non putabã, ac tanto libentius ex literis tuis cognoui uẽditari libellos meos, quibus peregre manere gratiã, quã in urbe collegerint, delector· Incipio enim ſatis abſolutum exiſtimare, de quo tanta diuerſitate regionum diſcrepata hominũ iudicia conſentiunt· Vale·

C·PL·IVNIORI SVO·S·

c Aſtigabat quidam filium ſuum, quod paulo ſumptuoſius equos, et canes emeret, huic ego, iuuene digreſſo, heus tu, nũquam ne feciſti, quod à patre corripi poſſit? feciſti dico, non interdum facis, quod filius tuus, ſi repente pater ille, tu filius, pari grauitate reprehendat? nõ omnes homines aliquo errore ducũtur? nõ hic in illo ſibi, in hoc alius ĩdulget? hæc tibi admonitus ĩmodicæ ſeueritatis exẽplo pro amore mutuo ſcripſi, nequando tu quoq; filiũ tuum acerbius, duriusq́; tractares· Cogita & illum puerũ eſſe, et te fuiſſe, atq; ita hoc, quod es pater utere, ut memineris hominem te eſſe, et hoĩs patrẽ· Vale

C·PL·QVADRATO SVO·S·

q Vanto ſtudioſius, intentiusq́; legiſti libros, quos de Heluidii ultione cõpoſui, tanto im-

penſius poſtulas, ut perſcribam tibi, quæq; extra libros, quæq; circa libros, totum deniq; ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano ſtatui mecum, ac deliberaui, eſſe magnam, pulchramq; materiam inſectandi nocenteis, miſeros uindicandi, ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorũ, nullum atrocius uidebatur, quàm quod in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius conſulari, reo iudex manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum nomen ingens, pareis uirtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cũ Arria et Fannia, quarũ altera Heluidii nouerca, altera mater nouercæ. Sed non ita me iura priuata, ut publicum fas, et indignitas facti, et exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſq; inimicos ſuos dũtaxat minores incondito, turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul, et oppreſſerat. Ego et modeſtius, et conſtantius arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum inuidia, ſed proprio crimine urgere. Cũ iam ſatis ille primus impetus deferuiſſet, et languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet, quanquam tum maxime triſtis amiſſa nuper uxore, mitto ad Anteiã (nupta hæc Heluidio fuerat) rogo ut ueniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Vt uenit, deſtinatũ eſt inquam mihi, maritum tuum non inultum pati, nuntia Arriæ et Fanniæ (ab exilio redierant) conſule te, conſule illas, an uelitis adſcribi facto, in quo ego comite non egeo. ſed non ita gloriæ meæ fauerim, ut uobis ſocietatem eius inuideam. perfert Anteia mandata, nec illæ mo

rantur. Opportune ſenatus intra diem tertiũ. Omnia ego ſemper ad Corellium retuli, quem prouidentiſſimum ætatis noſtræ, ſapientiſſimumq́; cognoui. hoc tamen contentus in conſilio meo fui, ueritus ne uetaret. (erat enim cunctantior, cautiorq́;) ſed nõ ſuſtinui inducere in animum, quo minus illi eodem die facturũ me indicarem, quod an facerem, non deliberabam, expertus uſu, De eo, quod deſtinaueris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi debeas. Venio in ſenatum, ius dicendi peto, dico pauliſper maximo adſenſu, ubi cœpi ad crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine undiq; mihi reclamari. alius ſciamus, qui ſit, de quo extra ordinem referas. alius, quis eſt ante relationẽ reus? alius ſalui ſimus, qui ſuperſumus. Audio imperturbatus, interritus, tantum ſuſceptæ rei honeſtas ualet, tantum ad fiduciam, uel metum differt. nolint homines, quod facias, an nõ probent. Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde iactæ ſunt, recenſere. Nouiſſime conſul, Secunde ſententiæ loco dices, ſi quid uolueris. permiſeras inquam, quod uſq; adhuc omnibus permiſiſti. Reſido. aguntur alia interea. me quidam ex conſularibus amicis ſecreto, curatoq́; ſermone quaſi nimis fortiter, incauteq́; progreſſum corripit, reuocat, monet, ut deſiſtã, adiecit etiã. Notabilem te futuris principibus feciſti. eſto inquam dum malis. Vix ille diſceſſerat, rurſus alter, quid audes? cur ruis? quibus te periculis obiicis? quid præſentibus confidis incertus futurorũ? laceſſis hominem iam præfectum ærarii, et breui conſulem. Præterea qua gratia? quibus amicitiis fultum? nominat quendam, qui tunc

qui tunc ad orientem ampliſſimum et famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis, dubiiſq; rumoribus obtinebat· Ad hæc ego· Omnia percepi, atq; animo mecũ ante peregi, nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas ob honeſtiſſimum factum, dum flagitioſiſſimum factum ulciſcor· Iã cenſendi tempus· Dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus; dicit Fabritius Veiento, Fabius Poſthuminus, Vectius Proculus collegæ Publicii Certi, de quo agebatur· Vxoris autem meæ, quam amiſeram, uitricus· Poſt hos Ammius Flaccus, omnes Certum non dum a me nominatum, ut nominatum defendunt, crimenq; quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt, quæ præterea dixerint, nõ eſt neceſſe narrare, in libris habes· Sum enim cuncta ipſorũ uerbis perſecutus· Dicunt cõtra Auidius Quietus, Cornutus Tertullus, iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium excludi, ideoq; Arriæ, et Fanniæ ius querendi non auferendũ, nec intereſſe cuius ordinis quis ſit· Sed quam cauſſam habeat· Cornutus datũ ſe a cõſulibus tutorem Heluidii filiæ petentibus matre eius, et uitrico, nũc quoq; non ſuſtinere deſerere officiĩ ſui parteis, in quo tamen et ſuo dolori modum imponere, et optimarum fœminarum ferre modeſtiſſimum adfectum, quas contentas eſſe admonere Senatũ Publicii Certi cruẽtæ adulationis· Et petere, ſi pœna flagitii manifeſſimi remittatur, nota Certo quaſi cenſoria inuratur· Tũ Satrius Rufus medio, ambiguoq; ſermone, puto, inquit, iniuriã factam Publicio Certo, ſi non abſoluitur, nominatus eſt ab amicis Arriæ, et Fanniæ, nominatus ab amicis ſuis, nec debemus ſoli-

citi eſſe· Idem enim nos, qui bene ſentimus de homine, iudicaturi ſumus, ſi innocens eſt, ſicuti et ſpero, et ma= lo, et donec aliquid probetur, credo poteritis abſolue re· Hæc illi, quo quiſq; ordine citabantur· Venitur ad me, conſurgo, utor initio, quod in libro eſt, reſpondeo ſingulis· mirum, qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant, tanta con= uerſio uel negocii dignitatem, uel prouentum oratio- nis, uel actoris conſtantiam ſubſecuta eſt· Finio· Inci- pit reſpondere Veiento, nemo patitur, obturbatur, ob- ſtrepitur, adeo quidem, ut diceret, rogo Patres· C· ne me cogatis ĩplorare auxiliũ tribunorũ· Et ſtatim Mu rena tribunus, permitto tibi uir clariſſime Veiento di cere. tunc quoq; reclamatur· Inter moras conſul citatis nominibus, et peracta diſceſſione mittit Senatum, ac penè adhuc ſtantem, tentantemq́; dicere Veientonem relinquit· Multum ille de hac (ita uocitabat) contume lia, queſtus eſt Homerico uerſu ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί· non ferè quiſquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certa- timq́; laudẽ cumularet, quod intermiſſum iá diu mo rem in publicum cõſulendi, ſuſceptis propriis ſimul- tatibus, reduxiſſem, quod deniq; ſenatum inuidia li- beraſſem, qua flagrabat apud ordines alios, quod ſe- uerus ĩ cæteros, ſenatoribus ſolus diſſimulatione qua= ſi mutua parceret· Hæc acta ſunt abſente Certo· Ab= fuit enim ſeu tale aliquid ſuſpicatus, ſiue ut excuſaba tur, infirmus· Et relationem quidem de eo Cæſar ad ſenatum non remiſit· obtinui tamen, quod intenderá· nam collega Certi conſulatum, ſucceſſorẽ Certus ac-

cepit, planeq; factum eſt, quod dixeram in fine. Red
dat præmiũ ſub optimo principe, quod a peſſimo ac-
cepit. Poſtea actionem meam utcunq; potui, recollegi,
addidi multa. Accidit fortuitum, ſed non tanquam for
tuitum, quod editis libris Certus ĩtra paucıſſimos dies
implicatus morbo deceſſit. Audi referenteis hanc
imaginem mentis eius, hanc oculis oberraſſe, tanquam
uideret Heluidiũ reſpondere mihi. Vera ne hæc, ad-
firmare non auſim intereſt enim exempli, ut uera ui
deantur. Habes epiſtolam, ſi modum epiſtolæ cogites,
libris, quos legiſti non minorem ſed imputabis tibi,
qui contentus libris non fuiſti. Vale.

C. PL. TACITO SVO S.

Ec ipſe tibi plaudis, et ego nihil magis ex fi-
n de, quã de te ſcribo. Poſteris an aliqua cura
noſtri, neſcio. nos certe meremur, ut ſit ali-
qua, non dico ingenio (id enim ſuperbum) ſed ſtudio,
ſed labore, et reuerentia poſterum. Pergamus modo
itinere inſtituto, quod ut paucos in lucẽ, famãq; pro
uexit, ita multos è tenebris, et ſilẽtio protulit. Vale.

C. PL. FALCONI SVO S.

Efugeram in Tuſcos, ut omnia ad arbitriũ
r meum facerem, at hoc ne in Tuſcis quidẽ,
tam multis undiq; ruſticorum libellis, et tã
querulis ĩquietior, quos aliquanto magis inuitus, quã
meos lego. nam et meos inuitus. retracto enim ratiun-
culas quaſdam, quod poſt intercapedinem temporis
et frigidũ, et acerbũ eſt ratiocinationes, quaſi abſen-

C·PL·MAXIMO SVO ·S·

Mor in te meus cogit, nō ut præcipiā·(neq;
a eni præceptore eges) admoneā tamē, ut quæ
ſcis, teneas, et obſerues, aut ſcias melius·co-
gita te miſſum in prouinciam Achaiā illam ueram
et meram Græciam, ubi humanitas, literæ, etiā fru
ges inuentæ eſſe creduntur, miſſum ad ordinandum
ſtatum liberarum ciuitatium, id eſt ad homines ma-
xime liberos, qui ius a natura datum uirtute, meri=
tis, amicitia, fœdere deniq;, et religione, tenuerunt·
Reuerere conditores deos, numina deorum·reuerere
gloriam ueterē, et hanc ipſam ſenectutem, quæ in ho
mine uenerabilis, in urbibus ſacra eſt·ſit apud te ho
nor antiquitatis. ſit ingentibus factis, ſit in fabulis
quoq;·Nihil ex cuiuſq̄ dignitate, nihil ex libertate, ni
hil ex cuiuſquā iactatione decerpſeris·habe ante ocu
los hanc eſſe terram, quæ nobis miſerit iura, quæ
leges non uicta, ſed petentibus dederit, Athenas eſſe,
quas adeas, Lacedæmonem eſſe, quam regas, quibus
reliquam umbrā, et reſiduū libertatis nomen eripere
durum, ferū, barbarumq́; eſt·uides a medicis, quan=
quam in aduerſa ualetudine nihil ſerui, ac liberi
differant, mollius tamen liberos, clemētiusq́; tracta
ri? Recordare quid quaq; ciuitas fuerit, non ut deſpi
cias, quod eſſe deſierit abſit ſuperbia, aſperitas, nec ti
mueris contemptum, an contemnitur, qui imperium,
qui faſces habet? niſi qui humilis, et ſordidus, et q̄ ſe
primus ipſe contemnit·Male uim ſuam poteſtas alio
rū contumeliis experitur·male terrore ueneratio ad-

quiritur. longe'q; ualētior amor ad optinendū, quod uelis, quàm timor. nam timor abit, ſi recedas, manet amor, ac ſic, ut ille in odium, hic in reuerentiā uertatur. Te uero etiam atq; etiā (Repetam enim) meminiſſe oportet officii tui titulum, ac tibi ipſum interpretari, quale, quantum'q; ſit ordinare ſtatum liberarum ciuitatum. Nā quid ordinatione ciuilius? quid libertate pretioſius? porro quàm turpe ſi ordinatio euerſione, libertas ſeruitute mutetur? Accedit, q̄ tibi certamē eſt tecum. onerat te quæſturæ tuæ fama, quā ex Bithynia optimā reuexiſti. onerat teſtimoniū principis, onerat tribunatus, prætura, atq; hæc ipſa legatio quaſi præmium data. Quo magis nitendum eſt, ne in longinquam prouinciam, quàm ſuburbanam, ne inter ſeruientes, q̄ liberos, ne ſorte, q̄ iudicio miſſus, ne rudis, et incognitus, quàm exploratus, probatus'q; humanior, melior, peritior fuiſſe uidearis. cum ſit alioqui, ut ſæpe audiuiſti, ſæpe legiſti multo deformius amittere, quàm non adſequi laudem. Hæc uelim credas, quod initio dixi, ſcripſiſſe me admonētem, non præcipiētem, quanquam præcipientē quoq;. Quippe non uereor in amore, ne modum exceſſerim. neq; enim periculū eſt, ne ſit nimiū, quod eſſe maximum debet.

Vale.

C.PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS.

C.PL. MAXIMO SVO S.

s *Aepe te monui, ut libros, quos uel pro te, uel in Plantam, immo et pro te et in illũ, (ita enim materia cogebat,) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres, quod nunc præcipue morte eius audita, et hortor et moneo. Quamuis enim legeris multis, legendosq́; dederis, nolo tamen quenquam opinari defuncto demum incohatos, quos incolumi eo peregiſti. Salua ſit tibi conſtantia, et fama. Erit autem, ſi notũ æquis, iniquisq́; fuerit, non poſt inimici mortem ſcribendi tibi natam eſſe fiduciam, ſed iam paratam editionẽ morte præuentã. Simul uitabis illud* οὐχ ὁσίη φθιμένοισι. *Nam, quod de uiuente ſcriptum, de uiuente recitatum eſt, in defunctum quoq; tanquam uiuentem adhuc editur, ſi editur, ſtatí igitur. Siquid aliud in manibus differ, interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum uidetur, ſed iam uideatur et tibi, cuius cunctationem ne res ipſa deſyderet, etiã horis ratio præcedit. Vale.*

C.PL. SABINO SVO S.

f *Acis iucunde, quod nõ ſolum plurimas epiſtolas meas, uerumetiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas*

occupationes uerebar, partim quia ipſe multum diſtringebar plerunq; frigidis negociis, quæ ſimul & auocant animum, & comminuunt· Præterea nec materia plura ſcribendi dabatur· neq; enim eadem noſtra conditio, quæ M· Tullii ad cuius exemplum nos uocas· illi enim et copioſiſſimum ingenium, et par ingenio materia, quã tã uarietas rerum, quam magnitudo largiſſime ſuppetebat· Nos quam anguſtis terminis cludamur, etiam tacente me perſpicis, niſi forte uolumus ſcholaſticas tibi, atq;(ut ita dicam) umbraticas literas mittere· Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma ueſtra, cum caſtra, deniq; cornua, Tubas ſudorem, puluerẽ, ſoles cogitamus· Habes, ut puto, iuſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi probari uelim· Eſt enim ſummi amoris negare ueniã breuibus epiſtolis amicorum, quamuis ſcias illis conſtare rationem· Vale·

C·PL· PAVLINO SVO ·S·

Alius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ, manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cum futura gloria uiuit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante oculos pingue illud, altumq; ocium placeat· Et·n· omneis homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuã, aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere eniti, hos quieſcere remitti, nec breuem uitam caducis laboribus fatigare, ut uideo multos miſera ſimul, et ingrata imagine induſtriæ ad uilitatem ſui peruenire· Hæc ego tecum quæ quotidie mecũ, ut deſinã me-

modum inquis in urbe potuiſti? Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidem teneor. Nihil nouum, nihil uarium, nihil, quod non ſemel ſpectaſſe, ſufficiat. Quo magis miror tot millia uirorum, tã pueriliter identidem currenteis equos, inſiſtenteis curribus hoĩes uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nõnulla. Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipſo curſu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur. Studium, fauorq; tranſiuit, et repente agitatores illos equos, illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina relinquent. Tanta gratia, tanta autoritas ĩ una uiliſſima tunica, Mitto apud uulgus, quod uilius tunica eſt, ſed apud quoſdã graueis homines, quos ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam uoluptatem, quod hac uoluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſime ocium meum in literis colloco, quos alii ocioſiſſimis occupationibus perdũt. Vale.

C·PL·ROMANO SVO·S.

Edificare te ſcribis, bene eſt. inueni patrocinium. ædifico enim iam ratione, quia tecũ. Nam hoc quoq; nõ diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum, huius in litore plures uillæ meæ, ſed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. altera impoſita ſaxis more baiano lacum proſpicit. altera æque more baiano lacũ tangit. Itaq; illam tragœdiam, hanc appellare comœdiam ſoleo, illã, quod

quaſi cothurnis, hanc, quod quaſi oculis ſuſtinentur. Sua utriq; amœnitas, et utranq; poſſidenti ipſa diuerſitate iucundior. Hæc lacu propius, illa latius utitur, hæc unum ſinum molli curuamine amplectitur, illa è ditiſſimo dorſo duos dirimit, illic recta geſtatio longo limite ſuper litus extenditur, hic ſpacioſiſſimo xyſto leuiter inflectitur, illa fluctus non ſentit, hæc frangit, ex illa poſſis deſpicere piſcanteis, ex hac ipſe piſcari, hamumq; è cubiculo, ac penè etiam lectulo, ut è nauicula iacere, hæ mihi cauſſæ utriq;, quæ deſunt adſtruendi, ob ea, quæ ſuperſunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

C. PL. AVGVRINO SVO. S.

S I laudatus a te, laudare te cœpero, uereor, ne non tam proferre iudicium meum, quã referre gratiã uidear. ſed licet uidear, oĩa ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamẽ illa, quæ de nobis. Accedit hoc, una, eademq; de cauſſa. Nam et tu quæ de amicis optimis ſcribis, et ego quæ de me, ut optima lego. Vale.

C. PL. COLONI SVO. S.

U Nice probo, quod Pompeii Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amiſſi caritatẽ deſyderio extendas, non ut pleriq;, qui tantum uiuenteis amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, ac ne ſimulant quidem, niſi quod florenteis uident, nam miſerorum non ſecus ac defunctorum oblini-

ſcuntur, ſed tibi perēnis fides, tantaq; in amore cō-ſtantia· ut finiri niſi tua morte non poſſit, & Hercules, is fuit Quintianus, quem diligi decæat exemplo ipſius, felices amabat, miſeros tuebatur, deſyderabat amiſſos· Iā illa quanta probitas in ore, q̄ta in ſermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitasq; quod ſtudium literarum, quod iudicium, qua pietate cum diſſimillimo patre uiuebat, cum non obſtabat illi, quo minus uir optimus uideretur, quod erat optimus filius? Sed quid dolorem tuū exulcero? quāquam ſic amaſti uiuentem, ut hoc potius, quam de illo ſileri uelis, à me præſertim, cuius prædicatione putas uitam eius ornari, memoriam prorogari, ipſamq; illam, qua eſt raptus ætatem poſſe reſtitui· Vale.

C·PL·TACITO SVO·S·

c Vpio præceptis tuis parere, ſed aprorū tanta penuria eſt, ut Mineruæ et Dianæ, quas ais pariter colendas, conuenire non poſſit· Itaq; Mineruæ tantum ſeruiēdum eſt, delicate tamē, ut in ſeceſſu· et æſtate· In uia plane nōnulla leuiora, ſtatimq; delenda ea garulitate, qua ſermones in uehiculo ſeruntur extēdi· His quædam addidi in uillam, cum aliud non liberet· Itaq; poemata quieſcunt, quæ tu inter nemora, et lucos commodiſſime perfici putas oratiunculam unam, alteram retractaui, quanquā id genus operis inamabile, inamœnum, magisq; laboribus ruris, quàm uoluptatibus ſimile· Vale.

penſius poſtulas, ut perſcribam tibi, quæq; extra
libros, quæq; circa libros, totum deniq; ordinem rei,
cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano ſta
tui mecum, ac deliberaui, eſſe magnam, pulchramq;
materiam inſectandi nocentes, miſeros uindicandi,
ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorũ, nul
lum atrocius uidebatur, quàm quod in ſenatu ſena-
tor ſenatori, prætorius conſulari, reo iudex manus in
tuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia,
quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum no-
men ingens, pares uirtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cũ
Arria et Fannia, quarũ altera Heluidii nouerat, al=
tera mater nouercæ. Sed non ita me iura priuata, ut
publicum fas, et indignitas facti, et exempli ratio in-
citabat. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis
pro ſe quiſq; inimicos ſuos dúntaxat minores incon-
dito, turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul, et oppreſ
ſerat. Ego et modeſtius, et conſtantius arbitratus im-
maniſſimum reum non communi temporum inuidia,
ſed proprio crimine urgere. Cũ iam ſatis ille primus
impetus deferuiſſet, et languidior in dies ira ad iuſti
tiam rediſſet, quanquam tum maxime triſtis amiſſa
nuper uxore, mitto ad Anteiã (nupta hæc Heluidio
fuerat) rogo ut ueniat, quia me recens adhuc luctus
limine contineret. Vt uenit, deſtinatũ eſt inquam mi-
hi, maritum tuum non inultum pati, nuntia Arriæ et
Fanniæ (ab exilio redierant) conſule te, conſule illas,
an uelitis adſcribi facto, in quo ego comite non egeo.
ſed non ita gloriæ meæ fauerim, ut uobis ſocietatem
eius inuideam. perfert Anteia mandata, nec illæ mo

rantur. Opportune ſenatus intra diem tertiũ. Omnia ego ſemper ad Corellium retuli, quem prouidentiſſimum ætatis noſtræ, ſapientiſſimumq́; cognoui. hoc tamen contentus in conſilio meo fui, ueritus ne uetaret. (erat enim cunctantior, cautiorq́;) ſed nõ ſuſtinui inducere in animum, quo minus illi eodem die facturũ me indicarem, quod an facerem, non deliberabam, expertus uſu, De eo, quod deſtinaueris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi debeas. Venio in ſenatum, ius dicendi peto, dico pauliſper maximo adſenſu, ubi cœpi ad crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine undiq; mihi reclamari. alius ſciamus, qui ſit, de quo extra ordinem referas. alius, quis eſt ante relationẽ reus? alius ſalui ſimus, qui ſuperſumus. Audio imperturbatus, interritus, tantum ſuſceptæ rei honeſtas ualet, tantum ad fiduciam, uel metum differt. nolint homines, quod facias, an nõ probent. Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde iacta ſunt, recenſere. Nouiſſime conſul, Secunde ſententiæ loco dices, ſi quid uolueris. permiſeras inquam, quod uſq; adhuc omnibus permiſiſti. Reſido. aguntur alia interea. me quidam ex conſularibus amicis ſecreto, curatoq́; ſermone quaſi nimis fortiter, incauteq́; progreſſum corripit, reuocat, monet, ut deſiſtã, adiecit etiã. Notabilem te futuris principibus feciſti. eſto inquam dum malis. Vix ille diſceſſerat, rurſus alter, quid audes? cur ruis? quibus te periculis obiicis? quid præſentibus confidis incertus futurorũ? laceſſis hominem iam præfectum ærarii, et breui conſulem. Præterea qua gratia? quibus amicitiis fultum? nominat quendam, qui tunc

qui tunc ad orientem ampliſſimum et famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis, dubiiſq; rumoribus obtinebat· Ad hæc ego· Omnia percepi, atq; animo mecũ ante peregi, nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas ob honeſtiſſimum factum, dum flagitioſiſſimum factum ulciſcor· Iã cenſendi tempus· Dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus, dicit Fabritius Veiento, Fabius Poſthuminus, Vettius Proculus collega Publicii Certi, de quo agebatur· Vxoris autem meæ, quam amiſeram, uitricus· Poſt hos Ammius Flaccus, omnes Certum non dum a me nominatum, ut nominatum defendunt, crimenq; quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt, quæ præterea dixerint, nõ eſt neceſſe narrare, in libris habes· Sum enim cuncta ipſorũ uerbis perſecutus· Dicunt cõtra Auidius Quietus, Cornutus Tertullus, iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium excludi, ideoq; Arriæ, et Fanniæ ius querendi non auferendũ, nec intereſſe cuius ordinis quis ſit· Sed quam cauſſam habeat· Cornutus datũ ſe a cõſulibus tutorem Heluidii filiæ petentibus matre eius, et uitrico, nũc quoq; non ſuſtinere deſerere officii ſui partes, in quo tamen et ſuo dolori modum imponere, et optimarum fœminarum ferre modeſtiſſimum adfectum, quas contentas eſſe admonere Senatũ Publicii Certi cruẽtæ adulationis· Et petere, ſi pœna flagitii manifeſſimi remittatur, nota Certo quaſi cenſoria inuratur· Tũ Satrius Rufus medio, ambiguoq; ſermone, puto, inquit, iniuriã factam Publicio Certo, ſi non abſoluitur, nominatus eſt ab amicis Arriæ, et Fanniæ, nominatus ab amicis ſuis, nec debemus ſoli-

citi eſſe· Idem enim nos, qui bene ſentimus de homine, iudicaturi ſumus, ſi innocens eſt, ſicuti et ſpero, et malo, et donec aliquid probetur, credo poteritis abſolue re· Hæc illi, quo quiſq; ordine citabantur· Venitur ad me, conſurgo, utor initio, quod in libro eſt, reſpondeo ſingulis· mirum, qua intentione, quibus clamoribus omnia exceperint, qui modo reclamabant, tanta conuerſio uel negocii dignitatem, uel prouentum orationis, uel actoris conſtantiam ſubſecuta eſt· Finio· Incipit reſpondere Veiento, nemo patitur, obturbatur, obſtrepitur, adeo quidem, ut diceret, rogo Patres· C· ne me cogatis iplorare auxiliũ tribunorũ· Et ſtatim Murena tribunus, permitto tibi uir clariſſime Veiento dicere. tunc quoq; reclamatur· Inter moras conſul citatis nominibus, et peracta diſceſſione mittit Senatum, ac penè adhuc ſtantem, tentantemq́; dicere Veientonem relinquit· Multum ille de hac (ita uocitabat) contumelia, queſtus eſt Homerico uerſu ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί· non ferè quiſquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exoſcularetur, certatimq́; laudẽ cumularet, quod intermiſſum iá diu morem in publicum cõſulendi, ſuſceptis propriis ſimultatibus, reduxiſſem, quod deniq; ſenatum inuidia liberaſſem, qua flagrabat apud ordines alios, quod ſeuerus ĩ cæteros, ſenatoribus ſolis diſſimulatione quaſi mutua parceret· Hæc acta ſunt abſente Certo· Abfuit enim ſeu tale aliquid ſuſpicatus, ſiue ut excuſaba tur, infirmus· Et relationem quidem de eo Cæſar ad ſenatum non remiſit· obtinui tamen, quod intenderã· nam collega Certi conſulatum, ſucceſſorẽ Certus ac-

cepit, planeq; factum eſt, quod dixeram in fine· Red dat præmiũ ſub optimo principe, quod a peſſimo accepit· Poſtea actionem meam utcunq; potui, recollegi, addidi multa· Accidit fortuitum, ſed non tanquam fortuitum, quod editis libris Certus ĩtra paucisſimos dies impliatus morbo deceſſit· Audi referenteis hanc imaginem mentis eius, hanc oculis oberraſſe, tanquam uideret Heluidiũ reſpondere mihi· Vera ne hæc, adfirmare non auſim intereſt enim exempli, ut uera uideantur· Habes epiſtolam, ſi modum epiſtolæ cogites, libris, quos legiſti non minorem ſed imputabis tibi, qui contentus libris non fuiſti· Vale·

C·PL·TACITO SVO·S·

n Ec ipſe tibi plaudis, et ego nihil magis ex fide, quã de te ſcribo· Poſteris an aliqua cura noſtri, neſcio· nos certe meremur, ut ſit aliqua, non dico ingenio (id enim ſuperbum) ſed ſtudio, ſed labore, et reuerentia poſterum· Pergamus modo itinere inſtituto, quod ut paucos in lucẽ, famãq; prouexit, ita multos è tenebris, et ſilẽtio protulit· Vale·

C·PL· FALCONI SVO·S·

r Efugeram in Tuſcos, ut omnia ad arbitriũ meum facerem, at hoc ne in Tuſcis quidẽ, tam multis undiq; ruſticorum libellis, et tã querulis ĩquietor, quos aliquanto magis inuitus, quã meos lego· nam et meos inuitus· retracto enim ratiunculas quaſdam, quod poſt intercapedinem temporis et frigidũ, et acerbũ eſt ratiocinationes, quaſi abſen=

te negleguntur· Interdum tamen equum conſcendo, et patrẽfamuliæ hactenus ago· quod aliquã partẽ prædiorum, ſed pro geſtatione percurro· Tu conſuetudinem ſerua, nobisq; ſic ruſticas urbana acta perſcribe· Vale·

C·PL· MAMILIANO SVO·S·

s Vmmam te uoluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere uenandi non miror, cum hiſtoricorum more ſcribas numerũ iniri nõ potuiſſe· Nobis uenari nec uacat, nec libet· Nõ uacat, quia uindemiæ in manibus· Non libet, quia exiguæ· Deuehemus tamen pro nouo muſto, nouos uerſiculos tibi, quos iucundiſſime exigenti, ut primũ uidebuntur deferuiſſe, mittemus· Vale·

C·PL·GENITORI SVO·S·

r Ecepi literas tuas, quibus quereris tædio tibi fuiſſe quamuis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones, mẽſis inerrabãt. Vis tu remittere aliquid ex rugis· equidem nihil tale habeo, habenteis tamen fero, cur ergo non habeo? quia nequaquam me, ut inexpectatũ, feſtiuũmue delectat, ſiquid molle a cinædo, petulans a ſcurra, ſtultum a morione profertur, nõ rationem, ſed ſtomachũ tibi narro· Atq; adeo, quam multos putas eſſe, quos ea, quibus ego et tu capimur, & ducimur, partim ut inepta, partim ut moleſtiſſima offendant· Quã mul ti cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos poſcunt, aut nõ minore cum tædio recubant,

quam tu iſta(ſic enim appellas)prodigia perpeſſus es· Demus igitur alienis oblectationibus ueniam,ut noſtris impetremus·Vale·

C·PL·SABINO SVO·S·

Q Va intentione,quo ſtudio,qua deniq; memoria legeris libellos meos,epiſtola tua oſtẽdit,ipſi igitur exhibes negocium tibi,qui elicis,& inuitas,ut quamplurima communicare tecum uelim,faciam,per parteis tamen,et quaſi digeſta,ne iſtam ipſam memoriã,cui gratias ago adſiduitate,et copia turbẽ,oneratamq́;,et quaſi oppreſſam cogam pluribus ſingula,poſterioribus priora dimittere·Vale·

C·PL·RVSONI SVO·S·

S Ignificas legiſſe te ĩ quadã epiſtola mea,iuſſiſſe Verginũ Rufum ĩſcribi ſepulchro ſuo·

Hic ſitus eſt Rufus,pulſo quindice quondã·

Imperium adſeruit non ſibi,ſed patriæ·

Reprehẽdis,quod iuſſerit,addis etiam melius,rectiusq́; Frontinum,quod uetuerit omnino monimentum ſibi fieri,meq́; ad extremum,quid de utroq; ſentiã, conſulis·utrunq; dilexi,miratus ſum magis,quem tu reprehendis miratus,atq; ita,ut non putarẽ ſatis unquam laudari poſſe,cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt·Omnes ego,qui magnum aliquod,memorandumq́; fecerunt,non modo uenia,uerũetiam laude dignisſimos iudico,ſi ĩmortalitatem,quam meruere ſectantur·Victuriq; nominis famam ſupremis etiam

titulis prorogare nituntur. Nec facile quenquam, niſi Verginium inuenio, cuius tanta in prædicando uerecundia, quãta gloria ex facto. ipſe ſum teſtis familiariter ab eo dilectus, probatusq́; ſemel omnino me audiente prouectum, ut de rebus ſuis hoc unum referret, ita ſecum aliquando Cluuium locutum, Scis Vergini quæ hiſtoriæ fides debeatur. proinde ſiquid in hiſtoriis meis legis aliter ac uelles, rogo ignoſcas. At hoc ſeculũ Cluui ne tu ignoras, ideo me feciſſe, quod feci, ut eſſet liberũ uobis ſcribere, quæ libuiſſet? Agedum hunc ipſum Frontinum in hoc ipſo, in quo tibi parcior uidetur et preſſior, cõparemus. Vetuit extrui monimentum. ſed quibus uerbis? impenſa monimenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi uitam meruimus. an reſtrictius arbitraris per orbem terrarũ legendum, dare duraturam memoriam ſuam, quam uno in loco duobus uerſiculis ſignare, quod feceris? Quanquam non habeo propoſitum illum reprehendendi, ſed hunc tuendi, cuiuſq; poteſt apud te iuſtior eſſe defenſio, quam ex collatione eius, quem prætuliſti. Meo quidem iudicio neuter culpandus, quorum uterq; ad gloriam pari cupiditate, diuerſo itinere cõtendit, alter dũ expetit debitos titulos, alter dum mauolt uideri contempſiſſe. Vale.

C. PL. VENATORI SVO. S.

Va uero epiſtola tanto mihi iucundior fuit, quanto longior erat, præſertim cum de libellis meis tota loqueretur, quos tibi uoluptati

eſſe non miror, cum omnia noſtra, perinde ac nos, ames. Ipſe cum maxime uindemias graciles quidẽ, uberiores tamen, quam expectaueram, colligo, ſi colligere eſt nonunquam decerpere uuam, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtũ, obrepere. urbani, qui nunc ruſticis præſunt, meq; notariis et lectoribus reliquerunt. Vale.

C. PL. SABINIANO SVO S.

Libertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, uenit ad me, aduolutusq; pedibus meis tanquam tuis hæſit. fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit, in ſumma, fecit mihi fidẽ pœnitentiæ. uere credo emendatum, quia deliquiſſe ſe ſentit. Iraſceris ſcio, et iraſceris merito, id quoq; ſcio, ſed tũc præcipua manſuetudinis laus, cum iræ cauſſa iuſtiſſima eſt. amaſti hominem, et ſpero amabis. Interim ſuffi, ut exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies. Remitte aliqd adoleſcẽtiæ ipſius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te. torqueris enim, cũ tam lenis iraſceris. Vereor ne uidear non rogare, ſed cogere, ſi precibus eius meas iunxero. Iungam tamẽ tanto plenius, et effuſius, quanto ipſum acrius, ſeueriusq; corripui. deſtricte minatus nunquam me poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi nõ idem. nam fortaſſe iterum rogabo, iterum ĩpetrabo. ſit modo tale, ut rogare me, ut præſtare te deceat. Vale.

C. PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER NONVS.

C. PL. MAXIMO SVO. S.

s Aepe te monui, ut libros, quos uel pro te, uel in Plantam, immo et pro te et in illũ, (ita enim materia cogebat,) compoſuiſti, quam maturiſſime emitteres, quod nunc præcipue morte eius audita, et hortor et moneo. Quamuis enim legeris multis, legendosq; dederis, nolo tamen quenquam opinari defuncto demum incohatos, quos incolumi eo peregiſti. Salua ſit tibi conſtantia; et fama. Erit autem, ſi notũ æquis, iniquiſq; fuerit, non poſt inimici mortem ſcribenda tibi natam eſſe fiduciam, ſed iam paratam editionẽ morte præuentã. Simul uitabis illud οὐχ ὁσίη φθιμένοισι. Nam, quod de uiuente ſcriptum, de uiuente recitatum eſt, in defunctum quoq; tanquam uiuentem adhuc editur, ſi editur, ſtatĩ igitur. Siquid aliud in manibus differ, interim hoc perfice, quod nobis, qui legimus olim, abſolutum uidetur, ſed iam uideatur et tibi, cuius cunctationem ne res ipſa deſyderet, etiã horis ratio præcedit. Vale.

C. PL. SABINO SVO. S.

f Acis iucunde, quod nõ ſolum plurimas epiſtolas meas, uerumetiam longiſſimas flagitas, in quibus parcior fui, partim quia tuas

occupationes uerebar, partim quia ipſe multum diſtringebar plerunq; frigidis negotiis, quæ ſimul & auocant animum, & comminuunt· Præterea nec materia plura ſcribendi dabatur· neq; enim eadem noſtra conditio, quæ M· Tullii ad cuius exemplum nos uocas· illi enim et copioſiſſimum ingenium, et par ingenio materia, quā tu uarietas rerum, quam magnitudo largiſſime ſuppetebat· Nos quam anguſtis terminis cludamur, etiam tacente me perſpicis, niſi forte uolumus ſcholaſticas tibi, atq; (ut ita dicam) umbraticas literas mittere· Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma ueſtra, cum caſtra, deniq; cornua, Tubas ſudorem, puluerē, ſoles cogitamus· Habes, ut puto, iuſtam excuſationem, quam tamen dubito, an tibi probari uelim· Eſt enim ſummi amoris negare ueniā breuibus epiſtolis amicorum, quamuis ſcias illis conſtare rationem· Vale·

C· PL· PAVLINO SVO ·S·

Lius alium, ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ, manſuræq; famæ præſumptione perfruitur, certusq; poſteritatis cum futura gloria uiuit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante oculos pingue illud, altumq; ocium placeat· Et ·n· omneis homines arbitror oportere aut immortalitatem ſuā, aut mortalitatem cogitare, et illos quidem contendere eniti, hos quieſcere remitti, nec breuem uitam caducis laboribus fatigare, ut uideo multos miſera ſimul, et ingrata imagine induſtriæ ad uilitatem ſui peruenire· Hæc ego tecum quæ quotidie mecū, ut deſinā me-

modum inquis in urbe potuiſti? Circenſes erant, quo genere ſpectaculi ne leuiſſime quidem teneor. Nihil nouum, nihil uarium, nihil, quod non ſemel ſpectaſſe, ſufficiat. Quo magis miror tot millia uirorum, tā pueriliter identidem currentes equos, inſiſtentes curribus hoīes uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nō nulla. Nunc fauent panno, pannum amant, & in ipſo curſu, medioq; certamine, hic color illuc, ille huc transferatur. Studium, fauorq; tranſiuit, et repente agitatores illos equos, illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina relinquent. Tanta gratia, tanta autoritas ī una uiliſſima tunica, Mitto apud uulgus, quod uilius tunica eſt, ſed apud quoſdā graues homines, quos ego cum recordor in re inani, frigida, aſſidua tam inſatiabiliter deſidere, capio aliquam uoluptatem, quod hac uoluptate non capiar. Ac per hos dies libentiſſime ocium meum in literis colloco, quos alii ocioſiſſimis occupationibus perdūt. Vale.

C·PL·ROMANO SVO·S.

Edificare te ſcribis, bene eſt. inueni patrocinium. ædifico enim iam ratione, quia tecū. Nam hoc quoq; nō diſſimile, quod ad mare tu, ego ad Larium lacum, huius in litore plures uillæ meæ, ſed duæ, ut maxime delectant, ita exercent. altera impoſita ſaxis more baiano lacum proſpicit. altera æque more baiano lacū tangit. Itaq; illam tragœdiam, hanc appellare comœdiam ſoleo, illā, quod

quaſi cothurniis, hanc, quod quaſi oculis ſuſtinentur. Sua utriq; amœnitas, et utranq; poſſidenti ipſa diuerſitate iucundior. Hæc lacu propius, illa latius utitur, hæc unum ſinum molli curuamine amplectitur, illa è ditiſſimo dorſo duos dirimit, illic recta geſtatio longo limite ſuper litus extenditur, hic ſpacioſiſſimo xyſto leuiter inflectitur, illa fluctus non ſentit, hæc frangit, ex illa poſſis deſpicere piſcanteis, ex hac ipſe piſcari, hamumq; è cubiculo, ac penè etiam lectulo, ut è nauicula iacere, hæ mihi cauſſæ utriq;, quæ deſunt adſtruendi, ob ea, quæ ſuperſunt. Sed quid ego rationem tibi, apud quem pro ratione erit idem facere? Vale.

C. PL. AVGVRINO SVO S.

S I laudatus a te, laudare te cœpero, uereor, ne non tam proferre iudicium meum, quã referre gratiã uidear. ſed licet uidear, oĩa ſcripta tua pulcherrima exiſtimo, maxime tamẽ illa, quæ de nobis. Accedit hoc, una, eademq; de cauſſa. Nam et tu quæ de amicis optimis ſcribis, et ego quæ de me, ut optima lego. Vale.

C. PL. COLONI SVO S.

U Nice probo, quod Pompeii Quintiani morte tam dolenter adficeris, ut amiſſi caritatẽ deſyderio extendas, non ut pleriq;, qui tantum uiuenteis amant, ſeu potius amare ſe ſimulant, ac ne ſimulant quidem, niſi quod florenteis uident. nam miſerorum non ſecus ac defunctorum obliui-

ſcuntur, ſed tibi perēnis fides, tantaq; in amore cō- ſtantia· ut finiri niſi tua morte non poſſit, & Hercules, is fuit Quintianus, quem diligi deceat exemplo ipſius, felices amabat, miſeros tuebatur, deſyderabat amiſſos· Iā illa quanta probitas in ore, q̄ta in ſermone cunctatio, quam pari libra grauitas, comitasq; quod ſtudium literarum, quod iudicium, qua pietate cum diſſimillimo patre uiuebat, cum non obſtabat illi, quo minus uir optimus uideretur, quod erat optimus filius? Sed quid dolorem tuū exulcero? quāquam ſic amaſti uiuentem, ut hoc potius, quam de illo ſileri uelis, à me præſertim, cuius prædicatione putas uitam eius ornari, memoriam prorogari, ipſamq; illam, qua eſt raptus ætatem poſſe reſtitui· Vale.

C·PL·TACITO SVO·S·

e Vpio præceptis tuis parere, ſed aprorū tanta penuria eſt, ut Mineruæ et Dianæ, quas ais pariter colendas, conuenire non poſſit· Itaq; Mineruæ tantum ſeruiēdum eſt, delicate tamē, ut in ſeceſſu· et æſtate· In uia plane nōnulla leuiora, ſtatimq; delenda ea garrulitate, qua ſermones in uehiculo ſeruntur extēdi· His quædam addidi in uillam, cum aliud non liberet· Itaq; poemata quieſcunt, quæ tu inter nemora, et lucos commodiſſime perfici putas oratiunculam unam, alteram retractaui, quanquā id genus operis inamabile, inamœnum, magisq; laboribus ruris, quàm uoluptatibus ſimile· Vale.

penſius poſtulas, ut perſcribam tibi, quæq; extra libros, quæq; circa libros, totum deniq; ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti. Occiſo Domitiano ſtatui mecum, ac deliberaui, eſſe magnam, pulchramq; materiam inſectandi nocenteis, miſeros uindicandi, ſe proferendi. Porro inter multa ſcelera multorũ, nullum atrocius uidebatur, quàm quod in ſenatu ſenator ſenatori, prætorius conſulari, reo iudex manus intuliſſet. Fuerat alioqui mihi cum Heluidio amicitia, quanta potuerat eſſe cum eo, qui metu temporum nomen ingens, pareis uirtutes ſeceſſu tegebat. Fuerat cũ Arria et Fannia, quarũ altera Heluidii nouerca, altera mater nouercæ. Sed non ita me iura priuata, ut publicum fas, et indignitas facti, et exempli ratio incitabat. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſq; inimicos ſuos dũtaxat minores incondito, turbidoq; clamore poſtulauerat ſimul, et oppreſſerat. Ego et modeſtius, et conſtantius arbitratus immaniſſimum reum non communi temporum inuidia, ſed proprio crimine urgere. Cũ iam ſatis ille primus impetus deferuiſſet, et languidior in dies ira ad iuſtitiam rediſſet, quanquam tum maxime triſtis amiſſa nuper uxore, mitto ad Anteiã (nupta hæc Heluidio fuerat) rogo ut ueniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret. Vt uenit, deſtinatũ eſt inquam mihi, maritum tuum non inultum pati, nuntia Arriæ et Fanniæ (ab exilio redierant) conſule te, conſule illas, an uelitis adſcribi facto, in quo ego comite non egeo. ſed non ita gloriæ meæ fauerim, ut uobis ſocietatem eius inuideam. perfert Anteia mandata, nec illæ mo

rantur. Opportune ſenatus intra diem tertiũ. Omnia ego ſemper ad Corellium retuli, quem prouidentiſſimum ætatis noſtræ, ſapientiſſimumq́; cognoui. hoc tamen contentus in conſilio meo fui, ueritus ne uetaret. (erat enim cunctantior, cautiorq́;) ſed nõ ſuſtinui inducere in animum, quo minus illi eodem die facturũ me indicarem, quod an facerem, non deliberabam, expertus uſu, De eo, quod deſtinaueris, non eſſe conſulendos, quibus conſultis obſequi debeas. Venio in ſenatum, ius dicendi peto, dico pauliſper maximo adſenſu, ubi cœpi ad crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine undiq; mihi reclamari. alius ſciamus, qui ſit, de quo extra ordinem referas. alius, quis eſt ante relationẽ reus? alius ſalui ſimus, qui ſuperſumus. Audio imperturbatus, interritus, tantum ſuſceptæ rei honeſtas ualet, tantum ad fiduciam, uel metum differt. nolint homines, quod facias, an nõ probent. Longum eſt omnia, quæ tunc hinc inde iacta ſunt, recenſere. Nouiſſime conſul, Secunde ſententiæ loco dices, ſi quid uolueris. permiſeras inquam, quod uſq; adhuc omnibus permiſiſti. Reſido. aguntur alia interea. me quidam ex conſularibus amicis ſecreto, curatoq́; ſermone quaſi nimis fortiter, incauteq́; progreſſum corripit, reuocat, monet, ut deſiſtã, adiecit etiã. Notabilem te futuris principibus feciſti. eſto inquam dum malis. Vix ille diſceſſerat, rurſus alter, quid audes? cur ruis? quibus te periculis obiicis? quid præſentibus confidis incertus futurorũ? laceſſis hominem iam præfectum ærarii, et breui conſulem. Præterea qua gratia? quibus amicitiis fultum? nominat quendam,

qui tunc

qui tunc ad orientem ampliſſimum et famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis, dubiiſq́; rumoribus obtinebat. Ad hæc ego. Omnia percepi, atq; animo mecũ ante peregi, nec recuſo, ſi ita caſus attulerit, luere pœnas ob honeſtiſſimum factum, dum flagitioſiſſimum factum ulciſcor. Iã cenſendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris conſul deſignatus, dicit Fabritius Veiento, Fabius Poſthuminus, Vectius Proculus collega Publicii Certi, de quo agebatur. Vxoris autem meæ, quam amiſeram, uitricus. Poſt hos Ammius Flaccus, omnes Certum non dum a me nominatum, ut nominatum defendunt, crimenq́; quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt, quæ præterea dixerint, nõ eſt neceſſe narrare, in libris habes. Sum enim cuncta ipſorũ uerbis perſecutus. Dicunt cõtra Auidius Quietus, Cornutus Tertullus, iniquiſſimum eſſe, querelas dolentium excludi, ideóq; Arriæ, et Fanniæ ius querendi non auferendũ, nec intereſſe cuius ordinis quis ſit. Sed quam cauſſam habeat. Cornutus datũ ſe a cõſulibus tutorem Heluidii filiæ petentibus matre eius, et uitrico, nũc quoq; non ſuſtinere deſerere officiũ ſui partem, in quo tamen et ſuo dolori modum imponere, et optimarum fœminarum ferre modeſtiſſimum adfectum, quas contentas eſſe admonere Senatũ Publicii Certi cruẽtæ adulationis. Et petere, ſi pœna flagitii manifeſſimi remittatur, nota Certo quaſi cenſoria inuratur. Tũ Satrius Rufus medio, ambiguóq; ſermone, puto, inquit, iniuriã factam Publicio Certo, ſi non abſoluitur, nominatus eſt ab amicis Arriæ, et Fanniæ, nominatus ab amicis ſuis, nec debemus ſoli-

cepit,planeq; factum eſt,quod dixeram in fine· Red dat præmiũ ſub optimo principe,quod a peſſimo accepit·Poſtea actionem meam utcunq; potui,recollegi, addidi multa· Accidit fortuitum,ſed non tanquam fortuitum,quod editis libris Certusītra pauciſſimos dies implicatus morbo deceſſit· Audi referenteis hanc imaginem mentis eius,hanc oculis oberraſſe,tanquam uideret Heluidiũ reſpondere mihi·Vera ne hæc,adfirmare non auſim intereſt enim exempli,ut uera uideantur·Habes epiſtolam,ſi modum epiſtolæ cogites, libris,quos legiſti non minorem ſed imputabis tibi, qui contentus libris non fuiſti·Vale·

C··PL·TACITO SVO·S·

nEc ipſe tibi plaudis,et ego nihil magis ex fide,quã de te ſcribo·Poſteris an aliqua cura noſtri,neſcio·nos certe meremur,ut ſit aliqua,non dico ingenio(id enim ſuperbum)ſed ſtudio, ſed labore,et reuerentia poſterum·Pergamus modo itinere inſtituto,quod ut paucos in lucẽ,famã'q; prouexit,ita multos è tenebris,et ſilẽtio protulit·Vale·

C·PL· FALCONI SVO·S·

rEfugeram in Tuſcos,ut omnia ad arbitriũ meum facerem,at hoc ne in Tuſcis quidẽ, tam multis undiq; ruſticorum libellis,et tã querulis īquietor,quos aliquanto magis inuitus,quã meos lego·nam et meos inuitus·retracto enim ratiunculas quaſdam,quod poſt intercapedinem temporis et frigidũ,et acerbũ eſt ratiocinationes,quaſi abſen=

te negleguntur. Interdum tamen equum conſcendo, et patrēfamiliæ hactenus ago. quod aliquā partē prædiorum, ſed pro geſtatione percurro. Tu conſuetudinem ſerua, nobisq; ſic ruſticas urbana acta perſcribe. Vale.

C. PL. MAMILIANO SVO S.

Summam te uoluptatem percepiſſe ex iſto copioſiſſimo genere uenandi non miror, cum hiſtoricorum more ſcribas numerū iniri nō potuiſſe. Nobis uenari nec uacat, nec libet. Nō uacat, quia uindemiæ in manibus. Non libet, quia exiguæ. Deuehemus tamen pro nouo muſto, nouos uerſiculos tibi, quos iucundiſſime exigenti, ut primū uidebuntur deſeruiſſe, mittemus. Vale.

C. PL. GENITORI SVO S.

Recepi literas tuas, quibus quereris tædio tibi feciſſe quamuis lautiſſimam cœnam, quia ſcurræ, cinædi, moriones, mēſis inerrabāt. Vis tu remittere aliquid ex rugis. equidem nihil tale habeo, habentes tamen fero, cur ergo non habeo? quia nequaquam me, ut inexpectatū, feſtiuúmue delectat, ſi quid molle a cinædo, petulans a ſcurra, ſtultum a morione profertur, nō rationem, ſed ſtomachū tibi narro. Atq; adeo, quam multos putas eſſe, quos ea, quibus ego et tu capimur, & ducimur, partim ut inepta, partim ut moleſtiſſima offendant. Quā multi cum lector, aut lyriſtes, aut comœdus inductus eſt, calceos poſcunt, aut nō minore cum tædio recubant,

quam tu iſta (ſic enim appellas) prodigia perpeſſus es. Demus igitur alienis oblectationibus ueniam, ut noſtris impetremus. Vale.

C. PL. SABINO SVO S.

Qua intentione, quo ſtudio, qua deniq; memoria legeris libellos meos, epiſtola tua oſtēdit, ipſi igitur exhibes negocium tibi, qui elicis, & inuitas, ut quamplurima communicare tecum uelim, faciam, per parteis tamen, et quaſi digeſta, ne iſtam ipſam memoriā, cui gratias ago adſiduitate, et copia turbē, oneratamq;, et quaſi oppreſſam cogam pluribus ſingula, poſterioribus priora dimittere. Vale.

C. PL. RVSONI SVO S.

Significas legiſſe te ī quadā epiſtola mea, iuſſiſſe Vergniū Rufum īſcribi ſepulchro ſuo.

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo q uindice quondā.

Imperium adſeruit non ſibi, ſed patriæ.

Reprehēdis, quod iuſſerit, addis etiam melius, rectiusq; Frontinum, quod uetuerit omnino monimentum ſibi fieri, meq; ad extremum, quid de utroq; ſentiā, conſulis. utrunq; dilexi, miratus ſum magis, quem tu reprehendis miratus, atq; ita, ut non putarē ſatis unquam laudari poſſe, cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Omnes ego, qui magnum aliquod, memorandumq; fecerunt, non modo uenia, uerūetiam laude dignisſimos iudico, ſi īmortalitatem, quam meruere ſectantur. Victuriq; nominis famam ſupremis etiam

titulis prorogare nituntur· Nec facile quenquam, niſi Verginium inuenio, cuius tanta in prædicando uerecundia, quãta gloria ex facto· ipſe ſum teſtis familiariter ab eo dilectus, probatuſq; ſemel omnino me audiente prouectum, ut de rebus ſuis hoc unum referret, ita ſecum aliquando Cluuium locutum, Scis Vergini quæ hiſtoriæ fides debeatur· proinde ſiquid in hiſtoriis meis legis aliter ac uelles, rogo ignoſcas· At hoc ſeculũ Cluui ne tu ignoras, ideo me feciſſe, quod feci, ut eſſet liberũ uobis ſcribere, quæ libuiſſet? Age dum hunc ipſum Frontinum in hoc ipſo, in quo tibi parcior uidetur et preſſior, cõparemus· Vetuit extrui monimentum· ſed quibus uerbis? impenſa monimenti ſuperuacua eſt, memoria noſtri durabit, ſi uitam meruimus· an reſtrictius arbitraris per orbem terrarũ legendum, dare duraturam memoriam ſuam, quam uno in loco duobus uerſiculis ſignare, quod feceris? Quanquam non habeo propoſitum illum reprehendendi, ſed hunc tuendi, cuiuſq; poteſt apud te iuſtior eſſe defenſio, quam ex collatione eius, quem prætuliſti· Meo quidem iudicio neuter culpandus, quorum uterq; ad gloriam pari cupiditate, diuerſo itinere cõtendit, alter dũ expetit debitos titulos, alter dum mauolt uideri contempſiſſe· Vale·

C·PL·VENATORI SVO·S·

Va uero epiſtola tanto mihi iucundior fuit, quanto longior erat, præſertim cum de libellis meis tota loqueretur, quos tibi uoluptati

eſſe non miror, cum omnia noſtra, perinde ac nos, ames. Ipſe cum maxime uindemias graciles quidẽ, uberiores tamen, quam expectaueram, colligo, ſi colligere eſt nonunquam decerpere uuam, torculum inuiſere, guſtare de lacu muſtũ, obrepere. urbani, qui nunc ruſticis præſunt, meq́; notariis et lectoribus reliquerunt. Vale.

C·PL· SABINIANO SVO·S·

LIbertus tuus, cui ſuccenſere te dixeras, uenit ad me, aduolutusq́; pedibus meis tanquam tuis hæſit. fleuit multum, multum rogauit, multum etiam tacuit, in ſumma, fecit mihi fidẽ pœnitentiæ. uere credo emendatum, quia deliquiſſe ſentit. Iraſceris ſcio, et iraſceris merito, id quoq; ſcio, ſed tũc præcipua manſuetudinis laus, cum iræ cauſſa iuſtiſſima eſt. amaſti hominem, et ſpero amabis. Interim ſuffias, ut exorari te ſinas. Licebit rurſus iraſci, ſi meruerit, quod exoratus excuſatius facies. Remitte aliqd adoleſcẽtiæ ipſius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te. torqueris enim, cũ tam lenis iraſceris. Vereor ne uidear non rogare, ſed cogere, ſi precibus eius meas iunxero. Iungam tamẽ tanto plenius, et effuſius, quanto ipſum acrius, ſeueriusq́; corripui. deſtricte minatus nunquam me poſtea rogaturum. Hoc illi, quem terreri oportebat, tibi nõ idem. nam fortaſſe iterum rogabo, iterum ĩpetrabo. ſit modo tale, ut rogare me, ut præſtare te deceat. Vale.

C·PL·SEVERO SVO ·S·

Magna me ſolicitudine adficit Paſſenis Pauli ualetudo, et quidē plurimis, iuſtiſſimisq; de cauſſis. Vir eſt optimus, honeſtiſſimus, noſtri amantiſſimus. Præterea in literis ueteres æmulatur, exprimit, reddit. Propertiū in primis, a quo genus ducit, uera ſoboles, eoq; ſimillima illi, in quo ille præcipuus. ſi elegos eius in manum ſumpſeris, leges opus terſum, molle, iucundum, et planè in Propertii domo ſcriptum. Nuper ad lyrica deflexit, in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum effingi putes. ſiquid in ſtudiis cognatio ualet, et huius propinquū. magna uarietas, magna mobilitas. Amat, ut qui uerissime. dolet, ut qui impatientiſſime laudat, ut qui benigniſſime. ludit, ut qui facetiſſime. omnia deniq; tanquam ſingula abſoluit. Pro hoc ego amico, pro hoc ingenio, non minus æger animo, quam corpore Ille. Tandem illum, tandē me recepi. Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipſius, quæ ex periculo eius tantum diſcrimen adierunt, quantū ex ſalute gloriæ conſequentur. Vale.

C·PL·MAXIMO SVO·S·

Frequenter agenti mihi uenit, ut centūuiri, cum diu ſe intra iudicium, autoritatem grauitatemq; tenuiſſent, omnes repente quaſi uicti, coactiq; conſurgerent, laudarentq;. Frequenter è ſenatu famam, qualem maxime optaueram, retuli, nūquam tamen maiorem cæpi uoluptatem, quam nuper

ex ſermone Cornelii Taciti narrabat ſediſſe ſecum Circēſibus proximis equitē Ro. hūc poſt uarios, eruditosq; ſermones requiſiſſe, Italicus es, an prouincialis, ſe reſpondiſſe, noſti me, et quidē ex ſtudiis. Ad hoc illum, Tacitus es, an Plinius? exprimere nō poſſum, q̄ ſit iucundum mihi, quod nomina noſtra quaſi literarum propria, non hominum, literis reddūtur, quod uterq; noſtrum his etiam ex ſtudiis notus, quibus aliter ignotus eſt. Accidit aliud ante pauculos dies ſimile. Recumbebat mecum uir egregius Fidius Rufinus, ſuper eum municeps ipſius, qui illo die primum in urbem, cui Rufinus demonſtrans me, uides hunc? multa deinde de ſtudiis noſtris. Et ille, Plinius eſt, īquit. Verum fatebor, capio magnū laboris mei fructum. An ſi Demoſthenes iure lætatus eſt, quod illū anus Attica ita demonſtrauit οὗτός ἐστι Δημοσθένης. ego celebritate nominis mei gaudere nō debeo? Ego uero et gaudeo, et gaudere me dico. Neq; enim uereor, ne iactantior uidear, cum de me aliorum iudicium, non meum profero, præſertim apud te, qui nec illius inuides laudibus, et faues noſtris. Vale.

C. PL. SABINIANO SVO S.

b Ene feciſti, quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epiſtolis meis in domum animum recepiſti. Iuuabit hoc te. me certe iuuat, primū, quod te talem uideo, ut in ira regi poſſis, deinde, quod tantum mihi tribuis, ut uel autoritati meæ pareas, uel precibus indulgeas. Igitur et laudo, et gratias ago, ſimul in poſterum moneo, ut te er-

roribus tuorum, et ſi non fuerit, qui deprecetur, placabilem præſtes. Vale.

C·PL· MAMILIANO SVO·S·

q Vereris de turba caſtrenſium negociorum, et tanquam ſummo otio perfruare, luſus, et ineptias noſtras legis, amas, flagitas, meq́; ad ſimilia cōdēda nō mediocriter īcitas. Incipio.n. ex hoc genere ſtudiorum non ſolum oblectationem, uerumetiam gloriam petere, poſt iudicium tuum uiri grauiſſimi, eruditiſſimi, ac ſuper iſta ueriſſimi. Nūc me rerum actus modicæ, ſed tamen diſtringit, quo finito, aliquid earundem camœnarū in iſtum benigniſſimum Sinum mittam. Tu paſſerculis, et columbulis noſtris inter aquilas ueſtras dabis pennas, ſi tamen et ſibi et tibi placebunt, ſi tantum ſibi, continēdos cauea, nidó ue curabis. Vale.

C·PL·LVPERCO SVO·S·

d Ixi de quodam oratore ſeculi noſtri, recto quidem, et ſano, ſed parum grandi et ornato, ut opinor, apte. Nihil peccat, niſi quod nihil peccat. debet enim orator erigi, attolli, interdū etiā efferueſcere, efferri, ac ſæpe accedere ad præceps. nā plerunq; altis, et excelſis adiacent abrupta tutius per plana, ſed humilius, & depreſſius. Item frequentior currentibus, quàm reptantibus lapſus. ſed his nō labentibus nulla laus, illis nōnulla etiā ſi labantur. nā ut quaſdā artes, ita eloquentiam nihil magis, quā ancipitia cōmendant. Vides qui per funē in ſumma

nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, cum iam iamq; caſuri uidētur. ſunt enim maxime mirabilia, quæ maxime inſpectata, maxime periculoſa, ut quæ græci magis exprimūt παράβολα, ideo nequaquam par gubernatoris eſt uirtus cum placido, & cum turbato mari uehitur, tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum. at cum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarius et diis maris proximus. Cur hæc? quia uiſus es mihi in ſcriptis meis adnotaſſe quædam, ut tumida, quæ ego ſublimia, aut improba, quæ ego audientia, aut nimia, quæ ego plena arbitrabar. Plurimū autem refert reprehēdenda adnotes, an inſignia. Omnis enim aduertit, quod eminet, et extat, ſed acri intentione diiudicandū eſt, immodicum ſit, an grande, altum, an enorme, atq; ut Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutrā in partem poteſt fugere. ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανὸς. ἧρι δ' ἴχος E κίνλιτο· & totum illud. οὔτι θαλάσσης κύματος συμβολαί. Sed opus eſt examine et libra, incredibilia ſint hæc, & inania, an magnifica, et cœleſtia. Ne nunc ego me his ſimilia aut dixiſſe, aut poſſe dicere puto, non ita inſanio, ſed hoc ītelligi uolo, laxādos eſſe eloquentiæ frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos. At enim alia conditio oratorū, alia poetarum. quaſi uero M. Tullius minus audeat, quanq̄ hunc omitto. neq; enim ambigi puto. Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris, & regula, num ſe cohibet, et cōprimit cum dicat illa notiſſima, ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες, καὶ ἀλάστορες. & rurſus οὐ λίθοις ἐτείχισα

τὴν πόλιν, οὐ δὲ πλίνθοις ἐγώ. & ſtatim, οὐκ ἐκ μὲν θα-
λάττης τὴν εὔβοιαν προὐβαλόμην, πρὸ τῆς ἀττικῆς. Et ali
bi, ἐγὼ δὲ, οἶμαι μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖ
νον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Iam quid au
dientibus illo pulcherrimo, ac longiſſimo exceſſu. νό-
σημα γὰρ. quid hæc? breuiora ſuperioribus, ſed auda
cia paria, τότε ἐγὼ μὲν τῷ πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολ
λῷ ῥέοντι καθ᾽ ἡμῶν. Ex eadem nota, ὅταν δὲ ἐκ πλεονε
ξίας καὶ πονηρίας ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις
καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. Si-
mile his ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις.
Et ibidē σὺ γὰρ εἰς ταῦτα ἔλεον προὔδωκας ἀρισογείτον.
μᾶλλον δὲ ἀνῄρηκας ὅλως. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἐάλω
κας λιμένας, καὶ προσβολῶν ἐνέπλησας. πρὸς τούτους ὁρ-
μίζου. Et dixerat τούτῳ δ᾽ οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βά
σιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας. βάρα
θρα. & deinceps δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλό-
μενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν. ἀσθενὴς
μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ᾽ ἑαυτόν. Nec ſatis οὐδὲ γὰρ τοὺς
προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα οἰκοδομῆ-
σαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε, ἀλλὰ τοὐναντίον,
ἵν᾽ ἀνείργητε, καὶ κολάζητε, καὶ μηδεὶς ζηλοῖ, μηδ᾽ ἐπιθυ-
μεῖ κακίας. adhuc εἰ γὰρ κάπηλός ἐστι πονηρίας, καὶ παλιν-
κάπηλος, καὶ μεταβολεύς. Et mille talia, ut præteream,
quæ ab Aeſchine θαύματα, non ῥήματα. uocantur in
cōtrarium inadi dices, hūc quoq; ob iſta culpari. Sed
uide quanto maior ſit, qui reprehenditur, ipſo repre-
hendente, et maior ob hoc quoq;. in aliis enim uis, in
his granditas eius elucet. Num autem Aeſchines ipſe
iis, quæ in Demoſthene carpebat abſtinuit? χρὴ γὰρ τὸ

αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δὲ ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δικαίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ· alio loco, ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι· πρὸς τῷ γράμματι γράψας τὰ πεντετάλαντα τοὺς πρέσβεις ἀξιῶν τοὺς Ὠρείτας μὴ ἡμῖν ἀλλὰ Καλλίᾳ διδόναι· ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω ἀφελὼν τὸν κόμπον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάγνωθι· Iterũ alio, καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιίστασθαι, Quod adeo probauit, ut repetat ἀλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε· An illa cuſtoditius, preſſiusq́;, σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημερὸν λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως· Altius illa, οὐκ ἀποπέμψησθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφοράν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε· et alia· Expecto, ut quædam ex hac epiſtola, gubernacula gemũt, et diis maris pro ximus, iiſdem notis, quibus ea, de quibus ſcribo· con fodias· Intellego enim me dũ ueniam prioribus peto, in illa ipſa, quæ adnotaueras, incidiſſe· Sed confodias licet, dummodo iam nunc deſtines diem, quo & de il lis, et de his corã exigere poſſimus · Aut enim tu me timidum, aut ego te temerarium faciam· Vale·

C·PL· PATERNO SVO·S·

q Vanta poteſtas, quanta dignitas, quanta ma ieſtas, quantum deniq; numen ſit hiſtoriæ, cum frequenter alias, tum proxime ſenſi· Recitauerat quidam ueriſſimum librum, partemq́;

eius in alium diem reſeruauerat·ecce amici cuiuſdã orantes, obſecrantesq́; ne reliqua recitaret. Tantus audiendi, quæ fecerint, pudor, quibus nullus faciendi, quæ audire erubeſcunt. Et ille quidem præſtitit, quod rogabatur·ſinebat fides·liber tamen, ut factum ipſum manet, manebitq́;, legetur q́; ſemper tanto magis, quia nõ ſtatim. Incitantur enim homines ad agnoſcenda, quæ differuntur. Vale.

C.PL. ROMANO SVO S.

Poſt longum tempus epiſtolas tuas, ſed treis pariter recepi, omneis elegantiſſimas, amãtiſſimas, et qualeis a te uenire præſertim deſyderatas, oportebat, quarum una iniungis mihi iocundiſſimum miniſterium, ut ad Plotinam ſanctiſſimam fœminam literæ tuæ perferantur, perferentur, eadem commendas Popilium Artemiſiũ, ſtatim præſtiti, quod petebat. Indicas etiam modicas te uindemias collegiſſe communis hæc mihi tecum, quanquam in diuerſiſſima parte terrarum querela eſt. Altera epiſtola nuntias multa te nunc dictare, nunc ſcribere, quibus nos tibi repræſentes, gratias ago, agerem magis, ſi me illa ipſa, quæ ſcribis, aut dictas, legere uoluiſſes, et erat æquũ, ut te mea, ita me tua ſcripta cognoſcere, etiam ſi ad alium, quàm ad me pertinerent. Polliceris, in finem, cum certius de uitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris, futurum te fugitiuum rei familiaris, ſtatimq́; ad nos euolaturum, qui iam tibi compedes nectimus, quas perfrigere nullo modo poſſis. Tertia epiſtola continebat eſſe tibi redditum orationem

pro Clario ,eam'q; uiſam uberiorem , quam dicente me audiente te fuerit · Eſt uberior ·multa enī poſtea inſerui, adiicis te alias te literas curioſius ſcriptas miſiſſe, an acceperim quæris, non accepi, et accipere geſtio · proinde prima quaq; occaſione mitte , adpoſitis quidem uſuris, quas ego (num parcius poſſum) cē teſima computabo· Vale·

C·PL· RVSTICO SVO ·S·

u T ſatius eſt unum aliquid inſigniter facere quamplurima mediocriter, ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter · quod intuens ego, uariis me ſtudiorum generibus nulli ſatis confiſus experior· proīde cum hoc uel illud legis, ita ſingulis ueniam, ut nō ſingulis dabis· An cæteris artibus excuſatio in numero, literis durior lex, in quibus difficilior effectus eſt? quid autē ego de uenia quaſi ingratus? nam ſi ea facilitate hæc proxima acceperis, qua priora, laus potius ſperāda, q̄ uenia obſecrāda eſt, mihi tamē uenia ſufficit· Vale

C·PL·GEMINO SVO ·S·

l Audas mihi, et frequenter præſens, et nūc per epiſtolas Nonium tuum, quod ſit liberalis in quoſdam, et ipſe laudo, ſi tamen nō in nos ſolos· Volo enī eum, qui ſit uere liberalis tribuere patriæ, propinquis, adfinibus, amicis, ſed amicis dico pauperibus, non ut iſti, qui iis potiſſimum donant, qui donare maxime poſſunt· Hos ego uiſcatis, hamatis'q; muneribus, nō ſua promere puto, ſed alie-

na corripere. Sunt igenio ſimili, q quod huic donát auferunt illi, famamq; liberalitatis auaritia petũt. Primum eſt autem ſuo eſſe contentum, deide quos praecipue ſcias indigere, ſuſtentantem, fouentemq;, orbe quodam ſocietatis ambire. Quae cuncta ſi facit iſte, uſquequaq; laudandus eſt, ſi unum aliquod, minus quidem, laudandus tamen. Tam rarum eſt etiam imperfectae liberalitatis exemplar, ea inuaſit homines habendi cupido, ut poſſideri magis, quam poſſidere uideantur. Vale.

C. PL. SARDO SVO. S.

Poſtquam a te receſſi, non minus tecum, quã cum apud te fui. legi enim librũ tuum idẽtidem repetens ea maxime (non enim mentiar) quae de me ſcripſiſti. in quibus quidem percopioſus fuiſti. quam multa. quam uaria, quam non eadẽ de eodem, nec tamen diuerſa dixiſti? Laudem pariter, et gratias agam? neutrum ſatis poſſum. et ſi poſſem, timerem ne adrogans eſſet, ob ea laudare, ob quae gratias agerem. Vnum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora uiſa, quanto iucundiora, tanto iucundiora, quanto laudabiliora erant. Vale.

C. PL. TITIANO SVO. S.

Quid agis? quid acturus es? ipſe uitam iucũdiſſimam ideſt otioſiſſimam uiuo. quo fit, ut ſcribere lõgiores epiſtolas nolim, uelim legere, illud tanquã delicatus, hoc tanq̃ otioſus. Nihil eſt. n. aut pigrius delicatis, aut curioſius otioſis. Vale.

C. PL.

C·PL· CANINIO SVO·S·

INcidi in materiam ueram, ſed ſimillimam fictæ, dignáq; iſto lætiſſimo, altiſſimo, planéq; poetico ingenio· incidi autem dum ſuper cœnam uaria miracula hinc inde referũtur· magna autoris fides, tam etſi quid poetæ cum fide? is tamen autor, cui bene uel hiſtoriam ſcripturus credidiſſes· Eſt in Africa Hipponẽſis Colonia, mari proxima, adiacet ei nauigabile ſtagnum, quod in modum fluminis æſtuariũ emergit, quod uice alterna prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno, omnis hic ætas piſcandi, nauigandi, atq; etiam natandi ſtudio tenetur, maxime pueri, quos otium, luduſq; ſolicitant, his gloria et uirtus, altiſſime prouehi, uictor ille, qui longiſſime ut litus, ita ſimul nantes reliquit· hoc certamine puer quidã audentior cæteris in ulteriora tendebat, Delphinus occurrit, et nunc præcedere puerum, nunc ſequi, nũc circuire, poſtremo ſubire, deponere, iterum ſubire, trepidantemq; perferre primum in altum, mox flectit ad litus, redditq; terræ, et æqualibus· Serpit per Coloniam fama, cõcurrere omnes, ipſum puerũ tanquã miraculum aſpicere, interrogare, audire, narrare· poſtero die obſident litus, proſpectant mare, et ſiquid ẽ mari ſimile, natant pueri, inter hos ille, ſed cautius, Delphinus rurſus ad tempus, rurſus ad puerum. fugit ille cum cæteris, delphinus quaſi inuitet, reuocet, exilit, mergitur, uarioſq; orbes īplicatat, expeditq;. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus donec homi=

nes innutritos mari ſubiret timendi pudor, accedunt, et alludunt, et appellant, tangunt etiã, pertrectãtq́; præbentẽ, creſcit audacia experimẽto maxime. puer qui primus expertus eſt, adnatat, nanti inſilit tergo, fertur, refertuŕq;, adnoſci ſe, amari putat, amat ipſe, neuter timet, neuter timetur. huius fiducia, manſuetu do illius augetur. necnon alii pueri dextra, leuáq; ſimul eunt hortantes, monentesq́;. ibat una (id quoq; mirum) delphinus alius tantum ſpectator, et comes. Nihil enim ſimile, aut faciebat, aut patiebatur, ſed alterum illum ducebat, reducebat, ut puerum cæteri pueri, incredibile, tam uerumtamen, quam priora, delphinum geſtatorẽ, collu ſoreḿq; puerorum in terram quoq; extrahi ſolitũ, harenisq́; ſiccatum ubi incaluiſſet, in mare reuolui. cõſtat Octauium Auitũ legatum proconſulis in litus educto religione praua ſuperfudiſſe unguentum, cuius ille nouitatem, odoreḿq; in altum refugiſſe, nec niſi poſt multos dies uiſum languidum, et mœſtum, mox redditis uiribus priorem laſciuiam, & ſolita miniſteria repetiſſe. Confluebant ad ſpectaculũ omnes magiſtratus, quorum aduentu, et mora modica Reſp. nouis ſumptibus atterebatur. Poſtremo locus ipſe quietem ſuam, ſecretuḿq; perdebat. Placuit ſecrete interfici, ad quod coibatur. Hæc tu qua miſeratione, qua copia deflebis, ornabis, attolles? q̃q̃ non eſt opus adfingas aliq̃d, aut ſtruas, ſufficiat ne ea, quæ ſũt uera, minuãtur. Vale.

C. PL. TRANQVILLO SVO. S.

EXplica æſtum meum, audio me male legere duntaxat uerſus, orationes enim com-

mode, ſed tanto minus uerſus· Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum·hoc quoq; familiare, quod elegi, nō bene, ſed melius ſcio lecturum, ſi tamen non fuerit perturbatus · Eſt enim tam nouus lector, quàm ego poeta·Ipſe neſcio quid illo legente interim faciam, ſedeam defixus, et mutus, et ſimilis otioſo? an ut quidā, quæ pronuntiabit, murmure, oculis, manu proſequar? Sed puto me non minus male ſaltare, q̄ legere·iterum dicam, explicat æſtum meū, uereq; reſcribe, num ſit melius peſſi me legere, quàm iſta uel non facere, uel facere· Vale·

C·PL· OPPIO SVO·S·

librum, quem miſiſti recepi, et gratias ago· ſum tamen hoc tēpore occupatiſſimus·Ideo nō dum eum legi, cum alioqui ualidiſſime cupiam, ſed eam reuerentiam cum literis ipſis tum ſcriptis tuis debeo, ut ſumere illa niſi uacuo animo, ir religioſum putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus ualde probo· Eſt tamen aliquis modus, primum, quod nimia cura deterit magis, quàm emē dat, deīde, quod nos a recentioribus reuocat, ſimulq; nec abſoluit priora, et inchoare poſteriora non patitur· Vale·

C·PL· FVSCO SVO·S·

quæris, quēadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. Euigilo, cum libuit, plerunq; circa horam primā, ſæpe ante, tardius raro, clauſæ feneſtræ manent · mire enim ſilentio,

C·PL·SEVERO SVO ·S·

m Agna me ſolicitudine adfecit Paſſenis Pauli ualetudo, et quidē plurimis, iuſtiſſimisq; de cauſſis. Vir eſt optimus, honeſtiſſimus, noſtri amantiſſimus, Præterea in literis ueteres æmulatur, exprimit, reddit. Propertiū in primis, a quo genus ducit, uera ſoboles, eoq; ſimillima illi, in quo ille præcipuus. ſi elegos eius in manum ſumpſeris, leges opus terſum, molle, iucundum, et planè in Propertii domo ſcriptum. Nuper ad lyrica deflexit, in quibus ita Horatium, ut in illis illum alterum effingi putes. ſiquid in ſtudiis cognatio ualet, et huius propinquū. magna uarietas, magna mobilitas. Amat, ut qui ueriſſime dolet, ut qui impatientiſſime laudat, ut qui benigniſſime ludit, ut qui facetiſſime. omnia deniq; tanquam ſingula abſoluit. Pro hoc ego amico, pro hoc ingenio, non minus æger animo, quam corpore ille. Tandem illum, tandē me recepi. Gratulare mihi, gratulare etiam literis ipſius, quæ ex periculo eius tantum diſcrimen adierunt, quantū ex ſalute gloriæ conſequentur. Vale.

C·PL·MAXIMO SVO·S·

f Requenter agenti mihi uenit, ut centūuiri, cum diu ſe intra iudicium, autoritatem, grauitatemq; tenuiſſent, omnes repente quaſi uicti, coactiq; conſurgerent, laudarentq;. Frequenter è ſenatu famam, qualem maxime optauerā, retuli, nūquam tamen maiorem cepi uoluptatem, quam nuper

ex ſermone Cornelii Taciti·narrabat ſediſſe ſecum Circẽſibus proximis equitẽ Ro·hũc poſt uarios,eruditosq; ſermones requiſiſſe,Italicus es,an prouincialis,ſe reſpondiſſe,noſti me,et quidẽ ex ſtudiis·Ad hoc illum,Tacitus es,an Plinius? exprimere nõ poſſum,q̃ ſit iucundum mihi,quod nomina noſtra quaſi literarum propria,non hominum,literis reddũtur,quod uterq; noſtrum his etiam ex ſtudiis notus,quibus aliter ignotus eſt·Accidit aliud ante paucul os dies ſimile·Recumbebat mecum uir egregius Fidius Ruſinus; ſuper eum municeps ipſius,qui illo die primum in urbem,cui Ruſinus demonſtrans me,uides hunc?multa deinde de ſtudiis noſtris·Et ille,Plinius eſt,iquit·Verum fatebor,capio magnũ laboris mei fructum· An ſi Demoſthenes iure lætatus eſt,quod illũ anus Attica ita demonſtrauit οὗτός ἐστι δημοσθένης·ego celebritate nominis mei gaudere nõ debeo?Ego uero et gaudeo, et gaudere me dico·Neq; enim uereor,ne iactantior uidear,cum de me aliorum iudicium,non meum profero,præſertim apud te,qui nec illius inuides laudibus,et faues noſtris· Vale·

C·PL· SABINIANO SVO·S·

b Ene feciſti,quod libertum aliquando tibi carum reducentibus epiſtolis meis in domum animum recepiſti·Iuuabit hoc te·me certe iuuat,primũ,quod te talem uideo,ut in ira regi poſſis,deinde,quod tantum mihi tribuis,ut uel autoritati meæ pareas,uel precibus indulgeas·Igitur et laudo,et gratias ago,ſimul in poſterum moneo,ut te er-

roribus tuorum, et ſi non fuerit, qui deprecetur, placabilem præſtes. Vale.

C. PL. MAMILIANO SVO. S.

q Vereris de turba caſtrenſium negociorum, et tanquam ſummo otio perfruare, luſus, et ineptias noſtras legis, amas, flagitas, meq; ad ſimilia cōdēda nō mediocriter icitas. Incipio .n. ex hoc genere ſtudiorum non ſolum oblectationem, uerumetiam gloriam petere, poſt iudicium tuum uiri grauiſſimi, eruditiſſimi, ac ſuper iſta ueriſſimi. Nūc me rerum actus modicæ, ſed tamen diſtringit, quo finito, aliquid earundem camœnarū in iſtum benigniſſimum ſinum mittam. Tu paſſerculis, et columbulis noſtris inter aquilas ueſtras dabis pennas, ſi tamen et ſibi et tibi placebunt, ſi tantum ſibi, continēdos cauea, nidó ue curabis. Vale.

C. PL. LVPERCO SVO. S.

d Ixi de quodam oratore ſeculi noſtri, recto quidem, et ſano, ſed parum grandi et ornato, ut opinor, apte. Nihil peccat, niſi quod nihil peccat. debet enim orator erigi, attolli, interdū etiā efferueſcere, efferri, ac ſæpe accedere ad præceps. nā plerunq; altis, et excelſis adiacent abrupta. tutius per plana, ſed humilius, & depreſſius. Item frequentior currentibus, quàm reptantibus lapſus. ſed his nō labentibus nulla laus, illis nōnulla etiā ſi labantur. nā ut quaſdā artes, ita eloquentiam nihil magis, quā ancipitia cōmendant. Vides qui per funē in ſumma

nituntur, quantos ſoleant excitare clamores, cum iam iamq; caſuri uidẽtur· ſunt enim maxime mirabilia, quæ maxime inſpectata, maxime periculoſa, ut quæ græci magis exprimũt παράβολα, ideo nequaquam par gubernatoris eſt uirtus cum placido, & cum turbato mari uehitur, tunc admirante nullo illaudatus, inglorius ſubit portum· at cum ſtridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, tunc ille clarius et diis maris proximus· Cur hæc? quia uiſus es mihi in ſcriptis meis adnotaſſe quædam, ut tumida, quæ ego ſublimia, aut improba, quæ ego audentia, aut nimia, quæ ego plena arbitrabar· Plurimũ autem refert reprehẽdenda adnotes, an inſignia· Omnis enim aduertit, quod eminet, et extat, ſed acri intentione diiudicandũ eſt, immodicum ſit, an grande, altum, an enorme, atq; ut Homerum potiſſimum attingam, quem tandem alterutrã in partem poteſt fugere· ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανός· ἠέρι δ' ἔγχος E κέκλιτο· & totum illud· οὔτι θαλάσσης κύματος συμβολαί· Sed opus eſt examine et libra, incredibilia ſint hæc, & inania, an magnifica, et cœleſtia· Ne nunc ego me his ſimilia aut dixiſſe, aut poſſe dicere puto, non ita inſanio, ſed hoc ĩtelligi uolo, laxãdos eſſe eloquentiæ frenos, nec anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus refringendos· At enim alia conditio oratorũ, alia poetarum· quaſi uero· M· Tullius minus audeat, quanq̃ hunc omitto· neq; enim ambigi puto· Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris, & regula, num ſe cohibet, et cõprimit cum dicat illa notiſſima, ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες, καὶ ἀλάστορες· & rursus οὐ λίθοις ἐτείχισα

τὴν πόλιν, οὐ δὲ πλίνθοις ἐγώ. & ſtatim, οὐκ ἐκ μὲν θαλάττης τὴν εὔβοιαν προὐβαλόμην, πρὸ τῆς ἀττικῆς. Et alibi, ἐγὼ δὲ, οἶμαι μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι νὴ τοὺς θεοὺς ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Iam quid audientibus illo pulcherrimo, ac longiſſimo exceſſu. νόσημα γάρ. quid hæc? breuiora ſuperioribus, ſed audacia paria, τότε ἐγὼ μὲν τῷ πύθωνι θρασυνομένῳ, καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. Ex eadem nota, ὅταν δὲ ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσε. Simile his ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις. Et ibidē σὺ τὸν ἐς ταῦτα ἔλεον προὔδωκας ἀριστόγειτον. μᾶλλον δὲ ἀνῄρηκας ὅλως. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἐάλωκας λιμένας, καὶ προσβολῶν ἐνέπλησας. πρὸς τούτους ὁρμίζου. Et dixerat τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα, ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα, φάραγγας. βάραθρα. & deinceps δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν. ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐστι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν. Nec ſatis οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαστήρια ταῦτα οἰκοδομῆσαι, ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἵν' ἀνείργητε, καὶ κολάζητε, καὶ μηδεὶς ζηλοῖ, μηδ' ἐπιθυμῇ κακίας. adhuc ὁ δὲ κάπηλός ἐστι πονηρίας, καὶ παλιγκάπηλος, καὶ μεταβολεύς. Et mille talia, ut prætereā, quæ ab Aeſchine θαύματα, non ῥήματα. uocantur in cōtrarium inadi dices, hūc quoq; ob iſta culpari. Sed uide quanto maior ſit, qui reprehenditur, ipſo reprehendente, et maior ob hoc quoq; in aliis enim uis, in his granditas eius elucet. Num autem Aeſchines ipſe iis, quæ in Demoſthene carpebat abſtinuit? χρὴ γὰρ τὸ

αὐτὸ φθέγγεσθαι τὸν ῥήτορα καὶ τὸν νόμον· ὅταν δ' ἑτέραν μὲν φωνὴν ἀφιῇ ὁ νόμος, ἑτέραν δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ τοῦ νόμου δι καίῳ χρὴ διδόναι τὴν ψῆφον, οὐ τῇ τοῦ λέγοντος ἀναισχυντίᾳ· alio loco, ἔπειτα ἀναφαίνεται περὶ πάντων ἐν τῷ ψηφίσματι· πρὸς τῷ ψηφίσματι γράψας τὰ πεντατάλαντα τῶν πρέσβεις ἀξιῶν τῶν ὠρείτας μὴ ὑμῖν ἀλλὰ καλλίᾳ διδόναι· ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω ἀφελὼν τὸν κόμπον, καὶ τὰς τριήρεις, καὶ τὴν ἀλαζονείαν ἐκ τοῦ ψηφίσματος ἀνάγνωθι· Iterũ alio, καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους περιίστασθαι, Quod adeo probauit, ut repetat ἀλλὰ ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσελαύνετε αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους, καὶ τὰς ἐκτροπὰς αὐτοῦ τῶν λόγων ἐπιτηρεῖτε· An illa cuſtoditius, preſſiusq́;, σὺ δὲ ἑλκοποιεῖς, καὶ μᾶλλόν σοι μέλει τῶν αὐθημερῶν λόγων, ἢ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως· Altius illa, οὐκ ἀποπέμψεσθε τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν ἑλλήνων συμφοράν, ἢ συλλαβόντες ὡς λῃστὴν τῶν πραγμάτων διὰ τῆς πολιτείας πλέοντα τιμωρήσασθε· et alia· Expecto, ut quædam ex hac epiſtola, gubernacula gemũt, et diis maris pro ximus, iiſdem notis, quibus ea, de quibus ſcribo· con fodias· Intellego enim me dũ ueniam prioribus peto, in illa ipſa, quæ adnotaueras, incidiſſe· Sed confodias licet, dummodo iam nunc deſtines diem, quo & de il lis, et de his corã exigere poſſimus · Aut enim tu me timidum, aut ego te temerarium faciam· Vale·

C·PL· PATERNO SVO·S·

Qvanta poteſtas, quanta dignitas, quanta ma ieſtas, quantum deniq; numen ſit hiſtoriæ, cum frequenter aliãs, tum proxime ſenſi· Recitauerat quidam ueriſſimum librum, partemq́;

tius in alium diem reſeruauerat·ecce amici cuiuſdã orantes,obſecranteſq́;,ne reliqua recitaret· Tantus audiendi,quæ fecerint,pudor,quibus nullus faciendi,quæ audire erubeſcunt·Et ille quidem præſtitit, quod rogabatur·ſinebat fides·liber tamen,ut factum ipſum manet,manebitq́;,legeturq́; ſemper tanto magis,quia nõ ſtatim·Irritantur enim homines ad agnoſcenda,quæ differuntur·Vale·

C·PL·ROMANO SVO·S·

Poſt longum tempus epiſtolas tuas,ſed treis pariter recepi,omneis elegantiſſimas, amãtiſſimas,et qualeis a te uenire præſertim deſyderatas,oportebat,quarum una iniungis mihi iocundiſſimum miniſterium,ut ad Plotinam ſanctiſſimam fœminam literæ tuæ perferantur, perferentur, eadem commendas Popilium Artemiſiũ,ſtatim præſtiti,quod petebat·Indicas etiam modicas te uindemias collegiſſe communis hæc mihi tecum,quanquam in diuerſiſſima parte terrarum querela eſt· Altera epiſtola nuntias multa te nunc dictare,nunc ſcribere,q̃bus nos tibi repræſentes,gratias ago,agerem magis,ſi me illa ipſa,quæ ſcribis,aut dictas, legere uoluiſſes, et erat æquũ,ut te mea,ita me tua ſcripta cognoſcere, etiam ſi ad alium,quàm ad me pertinerent,Polliceris,in finem,cum certius de uitæ noſtræ ordinatione aliquid audieris,futurum te fugitiuum rei familiaris,ſtatimq́; ad nos euolaturum,qui iam tibi compedes nectimus,quas perfringere nullo modo poſſis·Tertia epiſtola continebat eſſe tibi redditam orationem

pro Clario, eamq́; uiſam uberiorem, quam dicente me audiente te fuerit· Eſt uberior· multa eni poſtea inſerui, adiicis te alias te literas curioſius ſcriptas miſiſſe, an acceperim quæris, non accepi, et accipere geſtio· proinde prima quaq; occaſione mitte, adpoſitis quidem uſuris, quas ego (num parcius poſſum) cẽteſima computabo· Vale·

C. PL. RVSTICO SVO ·S·

u T ſatius eſt unum aliquid inſigniter facere quamplurima mediocriter, ita plurima mediocriter, ſi non poſſis unum aliquid inſigniter· quod intuens ego, uariis me ſtudiorum generibus nulli ſatis confiſus experior· proīde cum hoc uel illud legis, ita ſingulis ueniam, ut nõ ſingulis dabis· An cæteris artibus excuſatio in numero, literis durior lex, in quibus difficilior effectus eſt? quid autẽ ego de uenia quaſi ingratus? nam ſi ea facilitate hæc proxima acceperis, qua priora, laus potius ſperãda, ꝙ uenia obſecrãda eſt, mihi tamẽ uenia ſufficit· Vale

C. PL. GEMINO SVO ·S·

l Audas mihi, et frequenter præſens, et nũc per epiſtolas Nonium tuum, quod ſit liberalis in quoſdam, et ipſe laudo, ſi tamen nõ in nos ſolos· Volo eni eum, qui ſit uere liberalis tribuere patriæ, propinquis, adfinibus, amicis, ſed amicis, dico pauperibus, non ut iſti, qui iis potiſſimum donant, qui donare maxime poſſunt· Hos ego uiſcatis, hamatiſq; muneribus, nõ ſua promere puto, ſed alie-

na corripere. Sunt igenio ſimili, q̃ quod huic donát auferunt illi, famam'q; liberalitatis auaritia petũt. Primum eſt autem ſuo eſſe contentum, deide quos præcipue ſcias indigere, ſuſtentantem, fouentem'q; , orbe quodam ſocietatis ambire. Quæ cuncta ſi facit iſte, uſquequaq; laudandus eſt, ſi unum aliquod, minus quidem, laudandus tamen. Tam rarum eſt etiam imperfectæ liberalitatis exemplar, ea inuaſit homines habendi cupido, ut poſſideri magis, quàm poſſidere uideantur. Vale.

C. PL. SARDO SVO. S.

POſtquam a te receſſi, non minus tecum, quã cum apud te fui. legi enim librũ tuum idẽtidem repetens ea maxime (non enim mentiar) quæ de me ſcripſiſti. in quibus quidem percopioſus fuiſti. quam multa. quam uaria, quam non eadẽ de eodem, nec tamen diuerſa dixiſti? Laudem pariter, et gratias agam? neutrum ſatis poſſum. et ſi poſſem, timerem ne adrogans eſſet, ob ea laudare, ob quæ gratias agerem. Vnum illud addam, omnia mihi tanto laudabiliora uiſa, quanto iucundiora, tanto iudicundiora, quanto laudabiliora erant. Vale.

C. PL. TITIANO SVO. S.

QVid agis? quid acturus es? ipſe uitam iucũdiſſimam ideſt otioſiſſimam uiuo. quo fit, ut ſcribere lõgiores epiſtolas nolim, uelim legere, illud tanquã delicatus, hoc tanq̃ otioſus. Nihil eſt. n. aut pigrius delicatis, aut curioſius otioſis. Vale.

C·PL· CANINIO SVO·S·

Ncidi in materiam ueram, ſed ſimillimam fictæ, dignáq; iſto lætiſſimo, altiſſimo, planéq; poetico ingenio· incidi autem dum ſuper cœnam uaria miracula hinc inde referũtur· magna autoris fides, tam etſi quid poetæ cum fide? is tamen autor, cui bene uel hiſtoriam ſcripturus credidiſſes· Eſt in Africa Hipponẽſis Colonia, *mari proxima, adiacet ei nauigabile ſtagnum, quod in modum fluminis æſtuariũ emergit, quod uice alterna prout æſtus aut repreſſit, aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno, omnis hic ætas piſcandi, nauigandi, atq; etiam natandi ſtudio tenetur, maxime pueri, quos otium, luduſq; ſolicitant, his gloria et uirtus, altiſſime prouehi, uictor ille, qui longiſſime ut litus, ita ſimul nanteis reliquit· hoc certamine puer quidã audentior cæteris in ulteriora tendebat,* Delphinus *occurrit, et nunc præcedere puerum, nunc ſequi, nũc circuire, poſtremo ſubire, deponere, iterum ſubire, trepidantemq; perferre primum in altum, mox flectit ad litus, redditq; terræ, et æqualibus· Serpit per* Co*loniam fama, cõcurrere omnes, ipſum puerũ tanquã miraculum aſpicere, interrogare, audire, narrare· poſtero die obſident litus, proſpectant mare, et ſi quid ẽ mari ſimile, natant pueri, inter hos ille, ſed cautius,* Delphinus *rurſus ad tempus, rurſus ad puerum. fugit ille cum cæteris, delphinus quaſi inuitet, reuocet, exilit, mergitur, uarioſq; orbeis ĩplicat, expeditq;·* Hoc *altero die, hoc tertio, hoc pluribus· donec homi=*

ſ

mode, ſed tanto minus uerſus. Cogito ergo recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum. hoc quoq; familiare, quod elegi, nō bene, ſed melius ſcio lecturum, ſi tamen non fuerit perturbatus. Eſt enim tam nouus lector, quàm ego poeta. Ipſe neſcio quid il lo legente interim faciam, ſedeam defixus, et mutus, et ſimilis otioſo? an ut quidā, quæ pronuntiabit, murmure, oculis, manu proſequar? Sed puto me non minus male ſaltare, q̃ legere. Iterum dicam, explica æſtum meū, uereq; reſcribe, num ſit melius peſſime legere, quàm iſta uel non facere, uel facere. Vale.

C.PL. OPPIO SVO.S.

Librum, quem miſiſti recepi, et gratias ago. ſum tamen hoc tēpore occupatiſſimus. Ideo nō dum eum legi, cum alioqui ualidiſſime cupiam, ſed eam reuerentiam cum literis ipſis tum ſcriptis tuis debeo, ut ſumere illa niſi uacuo animo, ir religioſum putem. Diligentiam tuam in retractandis operibus ualde probo. Eſt tamen aliquis modus, primum, quod nimia cura deterit magis, quàm emē dat, deīde, quod nos a recentioribus reuocat, ſimulq; nec abſoluit priora, et inchoare poſteriora non patitur. Vale.

C.PL. FVSCO SVO.S.

Quæris, quēadmodum in Tuſcis diem æſtate diſponam. Euigilo, cum libuit, plerunq; circa horam primā, ſæpe ante, tardius raro, clauſæ feneſtræ manent. mire enim ſilentio,

et tenebris ab iis, quæ auocant, abductus, et liber, et mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis ſequor, qui eadem, quæ mens uident, quoties non uident alia. Cogito ſi quid in manibus, cogito ad uerbũ ſcribenti, emendantiq; ſimilis, nunc pauciora, nunc plura, ut uel difficile, uel facile componi, teneri ue potuerunt. Notarium uoco, et die admiſſo, quæ formauerã, dicto, abit, rurſuſq; reuocatur, rurſuſq; remittitur. ubi hora quarta, uel quinta, neq; enim certum, dimenſumq; tempus, ut dies ſuaſit, in xyſtum me, uel cryptoporticum confero. reliqua meditor, et dicto, uehiculum aſcendo. ibi quoq; idẽ, quod ambulans, aut iacens, durat intentio, mutatione ipſa refecta. paulũ redormio. dein ambulo. mox orationem Græcam, latinãmue clare, et intente non tam uocis cauſſa, quàm ſtomachi lego, pariter tamen et illa firmatur. Iterum ambulo, ungor, exerceor, lauor. cœnanti mihi ſic cũ uxore, uel paucis liber legitur. poſt cœnam comœdia aut lyriſtes. mox cũ meis ambulo, quorũ numero ſũt eruditi. ita uariis ſermonibus ueſpera extenditur, et quanq̃ lõgiſſimus dies, cito cõditur. Nõnunq̃ ex hoc ordine aliqua mutantur. nã ſi diu iacui, uel ambulaui, poſt ſomnum demum, lectionemq;, non uehiculo, ſed quod breuius, quia uelocius, equo geſtor. interueniũt amici ex proximis oppidis, partemq; diei ad ſe trahunt, interdumq; laſſato mihi, opportuna interpellatione ſubueniunt. uenor aliquando, ſed non ſine pugillaribus, ut quamuis nihil ceperim, non nihil referam, datur et colonis, ut uidetur ipſis non ſatis temporis, quorum mihi agreſtes querelæ literas noſtras

et hæc urbana opera commendarit. Vale.

C. PL. PAVLINO SVO. S.

n Ec tuæ naturæ eſt tralatitia hæc, et quaſi publica officia a familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere, et ego te conſtãtius amo, quàm ut uerear, ne aliter ac ueli, accipias, niſi te Kalendis ſtatim conſulem uidero, præſertim cum me neceſſitas locandorũ prædiorum plureis annos ordinatura detineat, in quã noua conſilia ſumenda ſunt. Nam priore luſtro, quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creuerunt. Inde pleriſq; nulla iã cura minuendi æris alieni, quod deſperant poſſe perſolui. rapiunt etiam, conſumuntq;, quod natum eſt, ut qui iam putent ſe non ſibi parcere. Occurrendũ ergo augeſcentibus uitiis et medendũ eſt, medẽdi una ratio, ſi non numo, ſed partibus locem, ac deinde ex meis aliquos exactores operi custodes fructibus ponam, et alioqui nullum iuſtius genus reditus, q̃ quod terra, cœlum, annus refert. Ad hoc magnam fidem, acreis oculos, numeroſas manus poſcit, experiendũ tamen, et quaſi in ueteri morbo quælibet mutationis auxilia tentanda ſunt. Vides, quam non delicata me cauſſa obire primum conſulatus tui diem non ſinat. quem tamen hic quoq; ut præſens, uotis, gaudio, gratulatione celebrabo. Vale.

C. PL. SATVRNINO SVO. S.

e Go uero Rufum noſtrum laudo, non quia tu, ut ita facerem, petiſti, ſed quia eſt ille di-

gniſſimus·Legi *enim librum omnibus numeris abſolutum,cui multum apud me gratiæ amor ipſius adiecit·indicaui tamen neq; enim ſoli iudicant,qui maligne legunt*. Vale.

C·PL· MVSTIO SVO ·S·

Ruſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes a *Cereris in prædiis i melius et in maius·uetus ſanè,et anguſta cũ ſit,alioqui ſtato die frequentiſſima·Nam idibus ſeptembribus magnus e regione tota coit populus multæ res aguntur · multa uota ſuſcipiuntur·multa redduntur·ſed nullum in proximo ſuffugium aut imbris,aut ſolis·Videor ergo munifice ſimul,religioſe'q; facturus,ſi ædẽ quã-pulcherrimam extruxero,addidero porticus ædi,Illam ad uſum deæ,has ad hominũ·Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas,cuius tibi uidebitur generis,emas marmora,quibus ſolum,quibus parietes excolantur·Erit etiam uel faciendum,uel emendũ ipſius Deæ ſignum,quia antiquum illud è ligno quibuſdã ſui partibus uetuſtate truncatum eſt·Quãtum ad porticus nihil ĩterim occurrit,quod uideatur iſtinc eſſe repetendum,niſi tamen, ut formam ſecundum rationem loca ſcribas.neq; enim poſſunt circundari templo·Nam ſolum templi hinc flumine,et abruptiſſimis ripis,hinc uia cingitur·Eſt ultra uiam latiſſimum pratum,in quo ſatis apte contra templum ipſum porticus explicabuntur,niſi quid tu melius inueneris,qui ſoles locorum difficultates arte ſuperare*· Vale·

C·PL· FVSCO SVO ·S·

Cribis pergratas tibi fuiſſe literas meas,
s quibus cognouiſti quemadmodum in Tuſcis otium æſtatis exigerem, requiris, quid ex hoc ĩ Laurẽtino hyeme permutẽ. Nihil, niſi quod meridianus ſomnus eximitur, multumq́; de nocte uel ante, uel poſt diem ſumitur, et ſi agendi neceſſitas inſtat, quæ frequens hyeme, non iam comœdo, uel lyriſtæ poſt cœnam locus, ſed illa, quæ dictaui identidem retrectantur, ac ſimul memoriæ frequenti emẽdatione proficitur. Habes æſtate, hyeme conſuetudinem, non addas huc, licet tantumnum, quæ iter hyemem, æſtatemq́; mediam? ut nihil de die perdunt, de nocte paruulum acquirunt. Vale.

C·PL· SECVNDI EPISTOLARVM LIBER DECIMVS· AD TRAIANVM IMP.

Gratulatoria ob Imperium.

Va qdẽ pietas Imperator Sanctiſſime optauerat, ut quã tardiſſime ſucce-
t deres patri. Sed Dii immortales feſtinauerunt uirtutes tuas ad gubernacula Reipublicæ, quã ſuſceperas, admouere. Precor ergo ut tibi et per te generi humano proſpera omnia, ideſt digna ſeculo tuo contingant. Fortem te, et hilarem Imp. optime et priuatim, & publice opto.

C·PL·TRAIANO IMP·

Gratias agit·

Xprimere Domine uerbis nō poſſum, quā-
e tum mihi gaudiū attuleris, quod me dignū
putaſti iure trium liberorum · quamuis enī
Iulii Seruiani optimi uiri, tuiq; amantiſſimi preci-
bus indulſeris, tamen etiam ex reſcripto intellego, li-
bentius hoc ei te præſtitiſſe, quia pro me rogabat· Vi-
deor ergo ſummam uoti mei conſecutus, cum iter ini-
tia feliciſſimi principatus tui, probaueris me ad pecu-
liarem indulgentiam tuam pertinere, eoq; magis libe-
ros concupiſco, quos habere etiam illo triſtiſſimo ſecu-
lo uolui, ſicut potes duobus matrimoniis meis credere,
ſed Dii melius, qui omnia integra bonitati tuæ reſer-
uarunt· malui hoc potius tempore me patrem fie-
ri, quo futurus eſſem et ſecurus, et felix·

C·PL· TRAIANO IMP.S·

De ſortione patrocinii aduerſus Mariū Priſcū·

T primum me Domine indulgentia ueſtra
u promouit ad præfecturam ærarii Saturni
omnibus aduocationibus, quibus alioqui nū-
quam eram promiſcue functus, renuntiaui, ut toto
animo, delegato mihi officio uacarē qua ex cauſſa cū
patronum me prouinciales optaſſent contra Mariū
Priſcum, et petii ueniam huius muneris, et impetra-
ui· Sed cum poſtea conſul deſignatus cenſuiſſes tacen-
dum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, ut

eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremurq; nomina noſtra in urnam coniici, conuenientiſſimũ eſſe trã quillitate ſeculi tui putaui, præſertim tam moderatæ uoluntati ampliſſimi ordinis non repugnare, cui obſequio meo opto, ut exiſtimes conſtare rationem, cum oĩa facta, dictaq; mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam, & ciuis et ſenatoris boni partibus functus es, obſequium ampliſſimi ordinis quod iuſtiſſime exigebat præſtando, quas parteis impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido·

C·PL· TRAIANO IMP· S·

Petit latum clauum amico·

INdulgentia tua Imp· optime, quam pleniſſimam experior, hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos ſibi uel præcipuum locum uindicat Voconius Romanus, ab ineunte ætate condiſcipulus et contubernalis meus· Quibus ex cauſſis et a Diuo patre tuo petieram, ut illum in ampliſſimum ordinem promoueret, ſed hoc uotum meum bonitati tuæ reſeruatũ eſt, quia mater Romani liberalitatem ſeſtertii quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nõdum ſatis legitime peregerat, quod poſtea fecit admonita a nobis· nam et fundos emãcipauit et cætera, quæ in emancipatione ĩplẽda ſolent exigi, cõſumauit· Cum ſit ergo finitũ, quod ſpes noſtras morabatur, non ſine magna fiducia ſubſigno· adit te fidem pro moribus Romani mei, quos et liberalia ſtudia exornant, et eximia pietas; quæ hãc.

ipſam matris liberalitatem, et ſtatim patriis hæredi tatem, et adoptionem a uitrico meruit. auget hæc & natalium et paternarum facultatũ ſplendor, quibus ſingulis multũ cõmendationis acceſſurũ, etiã ex meis precibus ĩdulgentiæ tuæ credo. Rogo ergo domine, ut me exoptatiſſimæ mihi gratulationis cõpotẽ facias, et honeſtis (ut ſpero) adfectibus meis præſtes, ut nõ ĩ me tantum, uerũ et in amico gloriari iudiciis tuis poſſim.

PLINIVS TRAIANO.

Ciuitatẽ Romanã Harpocrati Iatraliptæ ſuo petit.

PRoximo anno Domine grauiſſima ualetudine uſq; ad periculũ uitæ uexatus, Iatraliptem adſumpſi, cuius ſolicitudine, & ſtudio tuæ tantum indulgentiæ beneficio, referre gratiam parem poſſum. Quare rogo, des ei ciuitatẽ Romanã. Eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus a peregrina. Vocatur ipſe Harpocras, matronam habet. Thermuthin Theonis, quæ iampridem defuncta eſt. Item rogo, des ius Quiritiũ libertis Antoniæ Maximillæ ornatiſſimæ fœminæ, Hediæ et Antoniæ Harmeridi. Quod a te, petente patronam, peto.

PLINIVS TRAIANO.

Agit gratias.

AGo gratias domine, quod et ius Quiritium libertis neceſſariæ mihi fœminæ, et ciuitatem Romanã Harpocrati Iatraliptæ meo ſine mora indulſiſti. Sed cum annos eius et cenſum ſi

cut præceperas, ederem, admonitus ſum a peritioribus, debuiſſe me ante, ei Alexandrinam ciuitatem impetrare, deinde Romanam, quoniã eſſet Aegyptius. Ego autem, quia inter ægyptios, cæteroſq; peregrinos nihil intereſſe credebam, contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi, eum ſcilicet a peregrina manumiſſum, patronamq; eius iampridem deceſſiſſe, de qua ignorantia mea non queror, per quam ſtetit, ut tibi pro eodem homine ſæpius obligarer. Rogo itaq;, ut beneficio tuo legitime frui poſſim. tribuas ei et Alexandrinam ciuitatem, et Romanam. Annos eius & cenſum, (nequid rurſus indulgentiam tuam moraretur) libertis tuis, quibus iuſſeras miſi.

TRAIANVS PLINIO.

C Iuitatem Alexandrinam ſecundum inſtitutionem principum non temere dare propoſui, ſed cum Harpocrati Iatraliptæ tuo iã ciuitatem Romanã impetraueris, huic quoq; petitioni tuæ negare non ſuſtineo. Tu ex quo nomo ſit, notum mihi facere debebis, ut epiſtolã tibi ad Pompeiũ Plantam præfectum Aegypti amicum meũ mittam.

PLINIVS TRAIANO.

De ſtatuis principum in municipium transferendis.

C Vm diuus pater tuus Domine, & oratione pulcherrima, & honeſtiſſimo exemplo, omnes ciues ad munificentiam eſſet cohortatus, petii ab eo, ut ſtatuas principum, quas in longinquis agris, per plures ſucceſſiões traditas mihi, quã

leis acceperam, cuſtodiebã, permitteret in municipiũ transferre, adiecta ſua ſtatua, quodq; ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, ut adſignarent ſolum, in quo templum pecunia mea extruerem, illi in honore operis ipſius electionẽ loci mihi obtulerant. Sed primũ mea, deĩde patris tui ualetudine, poſtea curis delegati a uobis offici retentus, nunc uideor commodiſſime poſſe in rem præſentem excurrere. nam et menſtruum meum Kal. ſeptembris finitur, & ſequẽs menſis complureis dies feriatos habet. Rogo ergo ante omnia permittas mihi, opus, quod incohaturus ſum, exornare & tua ſtatua, deinde, ut hoc facere quammaturiſſime poſſim, indulgeas commeatum. Non eſt autem ſimplicitatis meæ diſſimulare apud bonitatem tuã obiter te plurimum conlaturum utilitatibus rei familiaris meæ. Agrorum enim, quos in eadem regione poſſideo, locationem alioqui. cccc. excedat. Adeo non poteſt differri, ut proximam putationem nouus colonus facere debeat. Præterea continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum rationem niſi præſens inire nõ poſſum. Debeo ergo domine ĩdulgentiæ tuæ, et pietati meæ celeritatem, & ſtatus ordinationem, ſi mihi ob utraq; hæc dederis cõmeatum. xxx. dierum. Neq; enim anguſtius tempus præfinire poſſum, cum et municipiũ, et agri de quibus loquor, ſint ultra centeſimum et quinquageſimum lapidem.

TRAIANVS PLINIO.

e T *multas, et omneis publicas cauſſas petendi commeatus reddidiſti. Mihi autem uel ſo-*

*la uolũtas tua ſuffeceſſet. Neq; enim dubito te, ut pri
mum potueris, ad tam diſtrictũ officiũ reuerſurum.
Statuã poni mihi a te eo, quod deſyderas loco, quan=
quam eiuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior,
ne impediſſe curſum ergæ me pietatis tuæ uidear.*

PLINIVS TRAIANO.

*Impetratæ ciuitatis Alexandrinorum pro
Harpocrate gaudium.*

*e X primere Domine uerbis nõ poſſum, quan
to me gaudio adfecerint epiſtolæ tuæ · ex qui
bus cognoui te Harpocrati Iatraliptæ meo
et Alexandrinam ciuitatem tribuiſſe, quamuis ſecun
dum inſtitutionem principum non temere eam da=
re propoſuiſſes. Eſſe autem Harpocran νόμου μεμ
φύτου indico tibi. Rogo ergo indulgentiſſime Imp.
ut mihi ad Pompeium Plantam, præfectum Aegy=
pti amicum tuum, ſic, ut promiſiſti, epiſtolam mit=
tas. Obuiam iturus, quo maturius domine exoptatiſ-
ſime aduentus tui gaudio frui poſſim. rogo permittas
mihi quã longiſſime occurrere tibi.*

PLINIVS TRAIANO.

Medici ſui propinquis ciuitatem petit.

*p ROxima infirmitas mea domine obligauit
me Poſthumo Marino medico, cui parem
gratiam referre beneficio tuo poſſum, ſi præ
cibus meis ex conſuetudine bonitatis tuæ indulſeris.
Rogo ergo, ut propinquis eius des ciuitatẽ Chryſippo*

Mitridatis, uxoriq; Chryſippi Stratonicæ Epigoni. Item liberis eiuſdem Chryſippi Epigono, & Mitridati, ita ut ſint in patris poteſtate, utq; iis in libertos ſeruetur ius patronorum. Item rogo indulgeas ius Quiritium. L. Satrio Abaſcanto et P. Cæſio Phoſphoro, et Panchariæ Soteridi, quod a te uolētibus patronis peto.

PLINIVS TRAIANO.

Præturam amico petit.

Scio dominæ memoriæ tuæ, quæ eſt benefaciendi tenaciſſima preces noſtras inhærere, quia tamē in hoc quoq; indulſiſti, admoneo ſimul, & impenſe rogo, ut Accium Suram prætura exornare digneris, cū locus uacet, ad quam ſpem alioqui quietiſſimū hortatur et nataliū ſplendor, et ſumma integritas in paupertate, et ante omnia felicitas tēporum, quæ bonam conſcientiam ciuium tuorum ad uſum indulgentiæ tuæ prouocat, & attollit.

PLINIVS TRAIANO.

Sacerdotium ſibi petit.

Cum ſciam domine ad teſtimoniū, laudēq; morum meorum pertinere tam boni principis iudicio exornari, rogo dignitati, ad quā me prouexit indulgentia tua uel auguratum, uel ſeptemuiratū, quia uacat adiicere digneris, ut iure ſacerdotii precari deos pro te publicæ poſſim, quos nunc precor pietate priuata.

PLINIVS TRAIANO.

Gratulatoria ob uictoriam.

Ictoriæ tuæ optime Imp. Maxime pulcher
u rimæ, antiquiſſimæ, et tuo nomine, et Reip.
gratulor, Deoſq; imortaleis precor, ut oẽis
cogitationes tuas tam lætus ſequatur euentus, ut uir
tutibus tantis gloria imperii et nouetur, et augeatur.

PLINIVS TRAIANO.

De itinere ſuo in Bithyniam.

Via confido Domine ad curam tuam perti
q nere, nuntio tibi me Epheſum cum omnibus
meis ὑπὲρ μαλέαν nauigaſſe, quamuis con=
trariis uentis retentus. Nũc deſtino partim orariis na
uibus, partim uehiculis prouinciã petere. nam ſicut
itinere graueis æſtus, ita cõtinuæ nauigationi Eteſiæ
reluctantur.

TRAIANVS PLINIO.

Ecte renuntiaſti mi Secunde Cariſſime. Per
r tinet enim ad animum meum, quali itinere
prouinciam peruenias. Prudenter autem cõ
ſtituis interim nauibus, interim uehiculis uti, prout
loca ſuaſerint.

PLINIVS TRAIANO

In Bithyniam ſe ueniſſe ſcribit.

s Icut ſaluberrimam nauigationem Domine
uſq; Epheſum expertus, ita inde poſtquam

uehiculis iter facere cœpi grauiſſimis æſtibus, atq; etiam febriculis uexatus, Pergami ſubſtiti. Rurſus cum tranſiſſem in orarias nauiculas contrariis uentis retentus, aliquanto tardius, quám ſperaueram, ideſt. XV. Kal. octobreis Bithyniam intraui. Non poſſum tamen de mora queri, cum mihi contigerit, quod erat auſpicatiſſimum, natalem tuum in prouincia celebrare. Nunc Reip. Pruſenſium impendia, redditus, debitores excutio, quod ex ipſo tractu magis, ac magis neceſſarium intelligo. Multæ enim pecuniæ uariis ex cauſſis á priuatis detinentur. Præterea quædã minime legitimis ſumptibus erogantur. Hæc tibi domine in ipſo ingreſſu meo ſcripſi. Quintodecimo Kal. octob. Domine prouinciam intraui, quam in eo obſequio, in ea erga te fide, quam de genere humano mereris, inueni. Diſpice domine an neceſſariũ putes mittere huc menſorem. uidentur enim non mediocres pecuniæ poſſe reuocari a curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter aguntur, ita certe proſpicio ex ratione Pruſenſium, quám cum Maximo tracto.

TRAIANVS PLINIO. S.

CVperẽ ſine querela corpuſculi tui et tuorũ, peruenire in Bithyniam potuiſſes, ac ſimile tibi iter ab Epheſo, ut nauigationi fuiſſet, quam expertus uſq; illò eras. Quo autem die peruenisses in Bithyniam cognoui Secunde Cariſſime literis tuis. prouinciales credo proſpectum ſibi a me itelligent. nam et tu dabis operã, ut manifeſtum ſit illis electum te eſſe, qui ad eoſdem mei loco mittereris. Rationes

tiones autem in primis tibi rerum publicarum excu-tiendæ ſunt. nam et eſſe eas uexatas ſatis conſtat. Mẽſores uix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, ſufficienter habeo, ſed in omni prouincia inueniuntur, quibus credi poſſit, & ideo non deerunt tibi, modo uelis diligenter excutere.

PLINIVS TRAIANO.

De cuſtodiis.

T ogo domine, conſilio me regas hæſitantem, utrum per publicos ciuitatum ſeruos, quod uſq; adhuc factum, an per milites adſeruare cuſtodias debeã. Vereor enim ne et per ſeruos publicos parum fideliter cuſtodiantur, et non exiguum militum numerum hæc cura diſtringat. interim publicis ſeruis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne idipſum utriſq; neglegentiæ cauſſa ſit. dum communem culpam hi in illos, illi in hos regere poſſe confidunt.

TRAIANVS PLINIO.

N ihil opus ſit mi Secunde cariſſime ad continendas cuſtodias plureis cõmilitones conuerti. Perſeueremus in ea cõſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, ut per publicos ſeruos cuſtodiantur. Etenim ut fideliter hoc faciant, in tua ſeueritate, ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, uerendum eſt, ne ſi permiſceantur ſeruis publicis milites, mutua inter ſe fiducia neglegentiores ſint, ſed & illud hæreat nobis, quampauciſſimos milites a ſignis

auocandos eſſe.

PLINIVS TRAIANO.

De numero militũ Gabio Baſſo præfecto adſignatorũ.

g Abius Baſſus præfectus oræ Ponticæ et reuerentiſſime, et officioſiſſime domine uenit ad me, & compluribus diebus fuit mecum. Quantum perſpicere potui, uir egregius, et indulgentia tua dignus, cui ego notum feci præcepiſſe te, ut ex cohortibus, quibus me præeſſe uoluiſti, contentus eſſet beneficiariis decem, eqtibus duobus, cẽturione uno. Reſpondit non ſufficere ſibi hunc numerum, idq; ſe ſcripturum tibi. Hoc in cauſſa fuit, quo minus ſtatim reuocandos putarem, quos habet ſupra numerum.

TRAIANVS PLINIO.

e T mihi ſcripſit Gabius Baſſus non ſufficere ſibi eum militum numerum, qui ut daretur illi mandatis meis, complexus ſum. Quid quæris ſcripſiſſe me? ut notũ haberes, his literis ſubiici iuſſi. Multum ĩtereſt te poſcat, an homines in ſe, ut latius uelint. Nobis autem utilitas demum ſpectanda eſt, et quantum fieri poteſt, curandum ne milites a ſignis abſint.

PLINIVS TRAIANO.

De balineo Pruſenſium.

p Ruſenſes domine balineum habent. eſt ſordidum et uetus. Id itaq; indulgentia tua re-

ſtituere deſyderant, ego tamen æſtimans nouum fieri debere, uideris mihi deſyderio eorum indulgere poſſe. Erit enim pecunia, ex qua fiat primum ea, quam reuocare a priuatis, & exigere iam cœpi, deinde, quam ipſi erogare in oleũ ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre, quod alioqui et dignitas ciuitatis, et ſeculi, tui nitor poſtulat.

TRAIANVS PLINIO.

s I inſtructio noui balinei oneratura uires Pruſenſium non eſt, poſſumus deſyderio eorum indulgere. modo nequid ideo aut intribuantur, aut minus illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.

PLINIVS TRAIANO.

De aduentu Seruilii.

s Eruilius Pudens legatus domine. viii. Kal. Decembr. Nicomediá uenit, meq; longæ expectationis ſolicitudine liberauit.

PLINIVS TRAIANO.

Pro Roſiano Gemino.

r Oſianum Geminum domine arctiſſimo uinculo mecum tua in me beneficia iunxerunt. Habui enim illum quæſtorem in conſulatu, mei ſumme obſeruantiſſimũ, expertus tantá mihi poſt conſulatum reuerẽtiam præſtat, & publicæ ne-

gniſſimus. Legi enim librum omnibus numeris abſolutum, cui multum apud me gratiæ amor ipſius adiecit. iudicaui tamen neq; enim ſoli iudicant, qui maligne legunt. Vale.

C. PL. MVSTIO SVO .S.

Ruſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes Cereris in prædiis in melius et in maius. uetus ſanè, et anguſta cū ſit, alioqui ſtato die frequentiſſima. Nam idibus ſeptembribus magnus e regione tota coit populus multæ res aguntur. multa uota ſuſcipiuntur. multa redduntur. ſed nullum in proximo ſuffugium aut imbris, aut ſolis. Videor ergo munifice ſimul, religioſéq; facturus, ſi ædē quā-pulcherrimam extruxero, addidero porticus ædi, illam ad uſum deæ, has ad hominū. Velim ergo emas quatuor marmoreas columnas, cuius tibi uidebitur generis, emas marmora, quibus ſolum, quibus parietes excolantur. Erit etiam uel faciendum, uel emendū ipſius Deæ ſignum, quia antiquum illud è ligno quibuſdā ſui partibus uetuſtate truncatum eſt. Quātum ad porticus nihil iterim occurrit, quod uideatur iſtinc eſſe repetendum, niſi tamen, ut formam ſecundum rationem loci ſcribas. neq; enim poſſunt circundari templo. Nam ſolum templi hinc flumine, et abruptiſſimis ripis, hinc uia cingitur. Eſt ultra uiam latiſſimum pratum, in quo ſatis apte contra templum ipſum porticus explicabuntur, niſi quid tu melius inueneris, qui ſoles locorum difficultates arte ſuperare. Vale.

C.PL. FVSCO SVO .S.

s Cribis pergratas tibi fuiſſe literas meas, quibus cognouiſti quemadmodum in Tuſcis otium æſtatis exigerem, requiris, quid ex hoc i Laurẽtino hyeme permutẽ. Nihil, niſi quod meridianus ſomnus eximitur, multum'q; de nocte uel ante, uel poſt diem ſumitur, et ſi agendi neceſſitas inſtat, quæ frequens hyeme, non iam comœdo, uel lyriſtæ poſt cœnam locus, ſed illa, quæ dictaui identidem retrectantur, ac ſimul memoriæ frequenti emẽdatione proficitur. Habes æſtate, hyeme conſuetudinem: non addas huc, licet tantumnum, quæ iter hyemem, æſtatem'q; mediam? ut nihil de die perdunt, de nocte paruulum acquirunt. Vale.

C.PL. SECVNDI EPISTOLARVM LIBER DECIMVS. AD TRAIANVM IMP.

Gratulatoria ob Imperium.

t Va qdẽ pietas Imperator Sanctiſſime optauerat, ut quã tardiſſime ſuccederes patri. Sed Dii immortales feſtinauerunt uirtutes tuas ad gubernacula Reipublicæ, quã ſuſceperas, admouere. Precor ergo ut tibi et per te generi humano proſpera omnia, ideſt digna ſeculo tuo contingant. Fortem te, et hilarem Imp. optime et priuatim, & publice opto.

C.PL.TRAIANO IMP.

Gratias agit.

e *X primere Domine uerbis nõ poſſum, quã-tum mihi gaudiũ attuleris, quod me dignũ putaſti iure trium liberorum. quamuis enĩ Iulii Seruiani optimi uiri, tuiq; amantiſſimi precibus indulſeris, tamen etiam ex reſcripto intellego, libentius hoc ei te præſtitiſſe, quia pro me rogabat. Videor ergo ſummam uoti mei conſecutus, cum iter initia feliciſſimi principatus tui, probaueris me ad peculiarem indulgentiam tuam pertinere, eoq; magis liberos concupiſco, quos habere etiam illo triſtiſſimo ſeculo uolui, ſicut potes duobus matrimoniis meis credere, ſed Dii melius, qui omnia integra bonitati tuæ reſeruarunt. malui hoc potius tempore me patrem fieri, quo futurus eſſem et ſecurus, et felix.*

C.PL. TRAIANO IMP.S.

De ſortione patrocinii aduerſus Mariũ Priſcũ.

u *T primum me Domine indulgentia ueſtra promouit ad præfecturam ærarii Saturni omnibus aduocationibus, quibus alioqui nũquam eram promiſcue functus, renuntiaui, ut toto animo, delegato mihi officio uacarẽ. qua ex cauſſa cũ patronum me prouinciales optaſſent contra Mariũ Priſcum, et petii ueniam huius muneris, et impetraui. Sed cum poſtea conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, ut*

eſſemus in ſenatus poteſtate, pateremurq́; nomina noſtra in urnam coniici, conuenientiſſimũ eſſe trãquillitate ſeculi tui putaui, præſertim tam moderatæ uoluntati ampliſſimi ordinis non repugnare, cui obſequio meo opto, ut exiſtimes conſtare rationem, cum oĩa facta, dictaq́; mea probare ſanctiſſimis moribus tuis cupiam, & ciuis et ſenatoris boni partibus functus es, obſequium ampliſſimi ordinis quod iuſſiſſi me exigebat præſtando, quas parteis impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido·

C·PL· TRAIANO IMP· S·

Petit latum clauum amico·

Ndulgentia tua Imp· optime, quam pleniſſimam experior, hortatur me, ut audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos ſibi uel præcipuum locum uindicat Voconius Romanus, ab ineunte ætate condiſcipulus et contubernalis meus· Quibus ex cauſſis et a Diuo patre tuo petieram, ut illum in ampliſſimum ordinem promoueret, ſed hoc uotum meum bonitati tuæ reſeruatũ eſt, quia mater Romani liberalitatem ſeſtertii quadringenties, quod conferre ſe filio codicillis ad patrem tuum ſcriptis profeſſa fuerat, nõdum ſatis legitime peregerat, quod poſtea fecit admonita a nobis· nam et fundos emãcipauit et cætera, quæ in emancipatione ĩplẽda ſolent exigi, cõſũmauit· Cum ſit ergo finitũ, quod ſpes noſtras morabatur, non ſine magna fiducia ſubſigno· adit te fidem pro moribus Romani mei, quos et liberalia ſtudia exornant, et eximia pietas; quæ hãc

ipſam matris liberalitatem, et ſtatim patriis hæredi tatem, et adoptionem a uitrico meruit· auget hæc & natalium et paternarum facultatũ ſplendor, quibus ſingulis multũ cõmendationis acceſſurũ, etiã ex meis precibus idulgentiæ tuæ credo· Rogo ergo domine, ut me exoptatiſſimæ mihi gratulationis cõpotẽ facias, et honeſtis (ut ſpero) adfectibus meis præſtes, ut nõ i me tantum, uerũ et in amico gloriari iudiciis tuis poſſim·

PLINIVS TRAIANO·

Ciuitatẽ Romanã Harpocrati Iatraliptæ ſuo petit·

P Roximo anno Domine grauiſſima ualetudine uſq; ad periculũ uitæ uexatus, Iatraliptem adſumpſi, cuius ſolicitudine, & ſtudio tuæ tantum indulgentiæ beneficio, referre gratiam parem poſſum· Quare rogo, des ei ciuitatẽ Romanã· Eſt enim peregrinæ conditionis, manumiſſus a peregrina · Vocatur ipſe Harpocras, matronam habet· Thermuthin Theonis, quæ iampridem defuncta eſt· Item rogo, des ius Quiritiũ libertis Antoniæ Maximillæ ornatiſſimæ fœminæ, Hediæ et Antoniæ Harmeridi· Quod a te, petente patronam, peto·

PLINIVS TRAIANO·

Agit gratias·

A Gogratias domine, quod et ius Quiritium libertis neceſſariæ mihi fœminæ, et ciuitatem Romanã Harpocrati Iatraliptæ meo ſine mora indulſiſti· Sed cum annos eius et cenſum, ſi

cut præceperas, ederem, admonitus ſum a peritioribus, debuiſſe me ante, ei Alexandrinam ciuitatem impetrare, deinde Romanam, quoniã eſſet Aegyptius. Ego autem, quia inter ægyptios, cæterosq; peregrinos nihil intereſſe credebam, contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi, eum ſcilicet a peregrina manumiſſum, patronamq; eius iampridem deceſſiſſe, de qua ignorantia mea non queror, per quam ſtetit, ut tibi pro eodem homine ſæpius obligarer. Rogo itaq;, ut beneficio tuo legitime frui poſſim. tribuas ei et Alexandrinam ciuitatem, et Romanam. Annos eius & cenſum, (nequid rurſus indulgentiam tuam moraretur) libertis tuis, quibus iuſſeras miſi.

TRAIANVS PLINIO.

Ciuitatem Alexandrinam ſecundum inſtitutionem principum non temere dare propoſui, ſed cum Harpocrati Iatraliptæ tuo iã ciuitatem Romanã impetraueris, huic quoq; petitioni tuæ negare non ſuſtineo. Tu ex quo nomo ſit, notum mihi facere debebis, ut epiſtolã tibi ad Pompeiũ Plantam præfectum Aegypti amicum meũ mittam.

PLINIVS TRAIANO.

De ſtatuis principum in municipium transferendis.

Cum diuus pater tuus Domine, & oratione pulcherrima, & honeſtiſſimo exemplo, omnes ciues ad munificentiam eſſet cohortatus, petii ab eo, ut ſtatuas principum, quas in longinquis agris, per plures ſucceſſiões traditas mihi, qua

leis acceperam, cuſtodiebã, permitteret in municipiũ tranſferre, adiecta ſua ſtatua, quod'q; ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, ut adſignarent ſolum, in quo templum pecunia mea extruerem, illi in honore operis ipſius electionẽ loci mihi obtulerant. Sed primũ mea, deĩde patris tui ualetudine, poſtea curis delegati a uobis officii retentus, nunc uideor commodiſſime poſſe in rem præſentem excurrere. nam et menſtruum meum Kal. ſeptembris finitur, & ſequẽs menſis complureis dies feriatos habet. Rogo ergo ante omnia permittas mihi, opus, quod incohaturus ſum, exornare & tua ſtatua, deinde, ut hoc facere quammaturiſſime poſſim, indulgeas commeatum. Non eſt autem ſimplicitatis meæ diſſimulare apud bonitatem tuã obiter te plurimum conlaturum utilitatibus rei familiaris meæ. Agrorum enim, quos in eadem regione poſſideo, locationem alioqui. cccc. excedat. Adeo non poteſt differri, ut proximam putationem nouus colonus facere debeat. Præterea continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum rationem niſi præſens inire nõ poſſum. Debeo ergo domine ĩdulgentiæ tuæ, et pietati meæ celeritatem, & ſtatus ordinationem, ſi mihi ob utraq; hæc dederis cõmeatum. xxx. dierum. Neq; enim anguſtius tempus præfinire poſſum, cum et municipiũ, et agri de quibus loquor, ſint ultra centeſimum et quinquageſimum lapidem.

TRAIANVS PLINIO.

eT multas, et omneis publicas cauſſas petendi commeatus reddidiſti. Mihi autem uel ſo-

la uolūtas tua ſuffecœſſet. Neq; enim dubito te, ut primum potueris, ad tam diſtrictū officiū reuerſurum. Statuā poni mihi a te eo, quod deſyderas loco, quanquam eiuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior, ne impediſſe curſum erga me pietatis tuæ uidear.

PLINIVS TRAIANO.

Impetratæ ciuitatis Alexandrinorum pro Harpocrate gaudium.

X primere Domine uerbis nō poſſum, quanto me gaudio adfecerint epiſtolæ tuæ ex quibus cognoui te Harpocrati Iatraliptæ meo et Alexandrinam ciuitatem tribuiſſe, quamuis ſecundum inſtitutionem principum non temere eam dare propoſuiſſes. Eſſe autem Harpocran νόμου μεμφύτου indico tibi. Rogo ergo indulgentiſſime Imp. ut mihi ad Pompeium Plantam, præfectum Aegypti amicum tuum, ſic, ut promiſiſti, epiſtolam mittas. Obuiam iturus, quo maturius domine exoptatiſſime aduentus tui gaudio frui poſſim. rogo permittas mihi quā longiſſime occurrere tibi.

PLINIVS TRAIANO.

Medici ſui propinquis ciuitatem petit.

ROxima infirmitas mea domine obligauit me Poſthumio Marino medico, cui parem gratiam referre beneficio tuo poſſum, ſi præcibus meis ex conſuetudine bonitatis tuæ indulſeris. Rogo ergo, ut propinquis eius des ciuitatē Chryſippo

Mitridatis, uxoriq; Chryſippi Stratonicæ Epigoni. Item liberis eiuſdem Chryſippi Epigono, & Mitridati, ita ut ſint in patris poteſtate, utq; iis in libertos ſeruetur ius patronorum. Item rogo indulgeas ius Quiritium. L. Satrio Abaſcanto et P. Cæſio Phoſphoro, et Panchariæ Soteridi, quod a te uolētibus patronis peto.

PLINIVS TRAIANO.

Præturam amico petit.

Scio dominæ memoriæ tuæ, quæ eſt beneficiendi tenaciſſima preces noſtras inhærere, quia tamē in hoc quoq; indulſiſti, admoneo ſimul, & impenſe rogo, ut Accium Suram prætura exornare digneris, cū locus uacet, ad quam ſpem alioqui quietiſſimū hortatur et nataliū ſplendor, et ſumma integritas in paupertate, et ante omnia felicitas tēporum, quæ bonam conſcientiam ciuium tuorum ad uſum indulgentiæ tuæ prouocat, & attollit.

PLINIVS TRAIANO.

Sacerdotium ſibi petit.

Cum ſciam domine ad teſtimoniū, laudēq; morum meorum pertinere tam boni principis iudicio exornari, rogo dignitati, ad quā me prouexit indulgentia tua uel auguratum, uel ſeptemuiratū, quia uacat adiicere digneris, ut iure ſacerdotii precari deos pro te publicæ poſſim, quos nunc precor pietate priuata.

PLINIVS TRAIANO.

Gratulatoria ob uictoriam.

u Ictoriæ tuæ optime Imp. Maxime pulcherrimæ, antiquiſſimæ, et tuo nomine, et Reip. gratulor, Deoſq; imortaleis precor, ut oẽis cogitationes tuas tam lætus ſequatur euentus, ut uirtutibus tantis gloria imperii et nouetur, et augeatur.

PLINIVS TRAIANO.

De itinere ſuo in Bithyniam.

q Via confido Domine ad curam tuam pertinere, nuntio tibi me Epheſum cum omnibus meis ὑπὲρ μαλέαν nauigaſſe, quamuis contrariis uentis retentus. Nũc deſtino partim orariis nauibus, partim uehiculis prouinciã petere. nam ſicut itinere graueis æſtus, ita cõtinuæ nauigationi Eteſiæ reluctantur.

TRAIANVS PLINIO.

r Ectè renuntiaſti mi Secunde Cariſſime. Pertinet enim ad animum meum, quali itinere prouinciam peruenias. Prudenter autem cõſtituis interim nauibus, interim uehiculis uti, prout loca ſuaſerint.

PLINIVS TRAIANO

In Bithyniam ſe ueniſſe ſcribit.

s Icut ſaluberrimam nauigationem Domine uſq; Epheſum expertus, ita inde poſtquam

tiones autem in primis tibi rerum publicarum excutiendæ ſunt. nam et eſſe eas uexatas ſatis conſtat. Mēſores uix etiam iis operibus, quæ aut Romæ, aut in proximo fiunt, ſufficienter habeo, ſed in omni prouincia inueniuntur, quibus credi poſſit, & ideo non deerunt tibi, modo uelis diligenter excutere.

PLINIVS TRAIANO.
De cuſtodiis.

Rogo domine, conſilio me regas hæſitantem, utrum per publicos ciuitatum ſeruos, quod uſq; adhuc factum, an per milites adſeruare cuſtodias debeā. Vereor enim ne et per ſeruos publicos parum fideliter cuſtodiantur, et non exiguum militum numerum hæc cura diſtringat. interim publicis ſeruis paucos milites addidi. Video tamen periculum eſſe, ne idipſum utriſq; neglegentiæ cauſſa ſit. dum communem culpam hi in illos, illi in hos regere poſſe confidunt.

TRAIANVS PLINIO.

Nihil opus ſit mi Secunde cariſſime ad continendas cuſtodias plures cōmilitones conuerti. Perſeueremus in ea cōſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, ut per publicos ſeruos cuſtodiantur. Etenim ut fideliter hoc faciant, in tua ſeueritate, ac diligentia poſitum eſt. In primis enim, ſicut ſcribis, uerendum eſt, ne ſi permiſceantur ſeruis publicis milites, mutua inter ſe fiducia neglegentiores ſint, ſed & illud hæreat nobis, quampauciſſimos milites a ſignis

auocandos eſſe.

PLINIVS TRAIANO.

De numero militũ Gabio Baſſo præfecto adſignatorũ.

g *Abius Baſſus præfectus oræ Ponticæ et reuerentiſſime, et officioſiſſime domine uenit ad me, & compluribus diebus fuit mecum. Quantum perſpicere potui, uir egregius, et indulgentia tua dignus, cui ego notum feci præcepiſſe te, ut ex cohortibus, quibus me præeſſe uoluiſti, contentus eſſet beneficiarius decem, eqtibus duobus, cẽturione uno. Reſpondit non ſufficere ſibi hunc numerum, idq; ſe ſcripturum tibi. Hoc in cauſſa fuit, quo minus ſtatim reuocandos putarem, quos habet ſupra numerum.*

TRAIANVS PLINIO.

e *T mihi ſcripſit Gabius Baſſus non ſufficere ſibi eum militum numerum, qui ut daretur illi mandatis meis, complexus ſum. Quid quæris ſcripſiſſe me? ut notũ haberes, his literis ſubiici iuſſi. Multum ĩtereſt te poſcat, an homines in ſe, ut latius uelint. Nobis autem utilitas demum ſpectanda eſt, et quantum fieri poteſt, curandum ne milites a ſignis abſint.*

PLINIVS TRAIANO.

De balineo Pruſenſium.

p *Ruſenſes domine balineum habent. eſt ſordidum et uetus. Id itaq; indulgentia tua re-*

ſtituere deſyderant, ego tamen æſtimans nouum fieri debere, uideris mihi deſyderio eorum indul= gere poſſe. Erit enim pecunia, ex qua fiat primum ea, quam reuocare a priuatis, & exigere iam cœpi, deinde, quam ipſi erogare in oleũ ſoliti, parati ſunt in opus balinei conferre, quod alioqui et dignitas ci- uitatis, et ſeculi, tui nitor poſtulat.

TRAIANVS PLINIO.

I inſtructio noui balinei oneratura uires
s Pruſenſium non eſt, poſſumus deſyderio eo
rum indulgere. modo nequid ideo aut in- tribuantur, aut minus illis in poſterum fiat ad neceſ ſarias erogationes.

PLINIVS TRAIANO.

De aduentu Seruilii.

Eruilius Pudens legatus domine. viii. Kal.
s Decembr. Nicomediã uenit, meq; longæ ex
pectationis ſolicitudine liberauit.

PLINIVS TRAIANO.

Pro Roſiano Gemino.

Oſianum Geminum domine arctiſſimo ui
r culo mecum tua in me beneficia iunxerunt.
Habui enim illum quæſtorem in conſula- tu, mei ſumme obſeruantiſſimũ, expertus tantã mihi poſt conſulatum reuerẽtiam præſtat, & publicæ ne-

ceſſitudinis pignera priuatis cumulat officiis. Rogo ergo, ut ipſe apud te pro dignitate eius precibus, meis ſi ueas, cui et ſiquid mihi credis, indulgentiã tuam dabis. dabit ipſe operam, ut in his, quæ ei mandaueris, maiora mereatur. Parciorẽ me in laudando facit, quod ſpero tibi & integritatem eius, & probitatem, et induſtriam non ſolum ex eius honoribus, quos in urbe ſub oculis tuis geſſit, uerum etiam ex commilitio eſſe notiſſimam. Illud unum, quod propter caritatem eius nondum mihi uideor ſatis plene feciſſe, etiã atq; etiam facio, teq; domine rogo, gaudere me ex ornata quæſtoris mei dignitate, ideſt per illum meam quam maturiſſime uelis.

PLINIVS TRAIANO.

De militibus Maximo pro curatori adſignãdis.

Maximus libertus & procurator tuus domine, præter decem beneficiarios, quos adſignari a me Gemellino optimo uiro iuſſiſti, ſibi quoq; confirmat neceſſarios eſſe milites, ex his interim, ſicut inueneram in miniſterio eius, relinquendos exiſtimaui, præſertim cum ad frumentum comparandum iret in Paphlagoniam. Quinetiam tutelæ cauſſa, quia ita deſyderabat, addidi duos equites. in futurum, quid ſeruari uelis, rogo reſcribas.

TRAIANVS PLINIO.

Nunc quidem proficiſcentem ad comparationem frumentorum Maximũ Libertum meũ

recte militibus inſtruxiſti. fungebatur enim & ipſe extraordinario munere, cum ad priſtinũ actum reuerſus fuerit, ſufficient illi duo a te dati milites, et totidem a Virdio Gemellino procuratore meo, quem adiuuat,

PLINIVS TRAIANO.

De ſeruis inter tyrones inuentis.

Empronius Cælianus egregius iuuenis, re-
s pertos ĩter tyrones duos ſeruos miſit ad me, quorum ego ſupplicium diſtuli, ut te conditorem diſciplinæ militaris, firmatorem'q; conſulerem de modo pœnæ. Ipſe. n. dubito ob hæc maxime, quod ut iam dixerant, ſacramento militar i nõdum diſtri buti in numeros erant. Quid ergo debeam ſequi, ro go domine ſcribas, præſertĩ cũ pertineat ad exẽplũ,

TRAIANVS PLINIO.

Ecundum mandata mea fecit Sempronius
s Cælianus mittendo ad te eos, de quibus cognoſci oportebit, an capitale ſupplicium meruiſſe uideantur. Refert autem uoluntarii ſe obtulerint, an lecti ſint, uel etiam uicarii dati. Lecti ſunt. inquiſitio peccauit. ſi uicarii dati, penes eos culpa eſt, qui dederunt, ſi ipſi cum haberent conditionis ſuæ cõ ſcientiam uenerunt, animaduertendum in illos erit. Neq; .n. multum ĩtereſt, quod non dũ per numeros di ſtributi ſunt. Ille enim dies, pro quo primum probati

ſunt, ueritatem ab his originis ſuæ exegit.

PLINIVS TRAIANO.

De iis, qui ex damnatione ſerui publici eſſent.

s

Alua magnitudine tua domine deſcendas oportet ad meas curas, cum ius mihi dederis referendi ad te, de quibus dubito. In pleriſq; ciuitatibus, maxime Nicomediæ & Niceæ qdã uel in opus damnati, uel in ludum. Similia in his genera pœnarum publicorum ſeruorum officio, miniſterioq́; funguntur, atq; etiam ut publici ſerui annua accipiunt, quod ego cum audiſſem diu, multumq́; hæſitaui, quid facere deberẽ, nam et reddere pœnæ poſt longum tempus pleroſq; iam ſenes, et quantum adfirmatur, frugaliter, modeſteq́; uiuenteis, nimis ſeuerum arbitrabar, et in publicis officiis retinere dãnatos, non ſatis honeſtum putabam, eoſdem rurſus a Re publica paſci otioſos, inutile, non paſci, etiam periculoſum. Exiſtimabam neceſſario ergo rem totam, dum te conſulerem in ſuſpenſo relinqui. Quæ res fortaſſe quemadmodum euenerit, ut pœnis, in quas damnati erant, exoluerentur, et ego quæſii, ſed nihil comperi. Quod adfirmare tibi poſſum, ut decreta, quibus dãnati erant, proferebantur, ita nulla monimenta, quibus liberati probarentur. erant tamen quid dicerent deprecantes, iuſſu proconſulum, legatorumue dimiſſos. Addebat fidem, quod credibile erat, neminẽ hoc auſum ſine autore.

TRAIANVS PLINIO·

Eminerimus idcirco, te in iſtam prouinciam m miſſum, quoniã multa in ea emendanda ap paruerint· Erit autem uel hoc maxime cor= rigendum, quo qui damnati ad pœnam erant, non modo ea ſine autore, ut ſcribis, liberati ſunt, ſed etiã in conditionem proborum miniſtrorum retrahãtur· Qui igitur intra hos proximos decem annos dãnati, nec ullo idoneo autore liberati ſunt, hos oportebit pœnæ ſuæ reddi· Siqui uetuſtiores inueniẽtur et ſe= nes ante annos decem damnati, diſtribuamus illos in ea miniſteria, quæ non longe a pœna ſint· Solent·n· eiuſmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones uiarum, et uicorum dari·

PLINIVS TRAIANO·

De collegio fabrorum Nicomedenſium inſtituendo·

Vm diuerſam partem prouĩciæ circumirẽ, c Nicomediæ uaſtiſſimum ĩcendiũ multas pri uatorum domos, et duo publica opera, quan quam uia iteriacente Geruſian, & Iſſon abſumpſit· Eſt autem latius ſparſum· primum uiolentia uenti, de inde inertia hominum, quod ſatis conſtat otioſos, & immobiles tanti mali ſpectatores perſtitiſſe, et alioqui nullus uſquam in publico ſipo, nulla hama, nullum deniq; inſtrumentum ad incendia compeſcenda, ut hæc quidem, ut iam præcepi, parabantur· Tu do= mine diſpice, an inſtituendum putes collegium fabro-

rum, duntaxat hominum CL. ego attendá, nequis, niſi faber recipiatur, néue iure conceſſo in aliud utatur, nec erit difficile cuſtodire tam paucos.

TRAIANVS PLINIO.

T Ibi quidem ſecundum exempla complurimum in mētem uenit poſſe collegiū fabrorū apud Nicomedēſes conſtitui. Sed meminerimus prouinciá iſtam, et præcipue eas ciuitates eiuſmodi factionibus eſſe uexatas. Quodcunq; nomen, ex quacunq; cauſſa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint, hetæriæ *, quæ breues fiēt. Satius itaq; eſt cōparari ea, quæ ad coercendos igneis auxilio eſſe poſſint, admoneriq; dominos prædiorū, ut & ipſi inhibeát, ac ſi res popoſcerit, adcurſu populi ad hoc uti.

PLINIVS TRAIANO.

Votorum nuncupatio.

S Olennia uota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, et ſuſcipimus domine pariter, et ſoluimus, precati Deos, ut uelint ea ſemper ſolui, ſemperq; ſignari.

TRAIANVS PLINIO.

ET ſoluiſſe uos cum prouincialibus diis ímortalibus uota pro mea ſalute, et īcolumitate, et nuncupaſſe, libenter mi Secunde cariſſime cognoui ex literis tuis.

PLINIVS TRAIANO.

De aquæductu Nicomedenſium.

IN aquæductu D\~ne Nicomedenſes impenderũt. H-S-xxx. ccc.xxviiii. Qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam deſtructus eſt. rurſus in alium ductum erogata ſunt. cc. hoc quoq; relicto. nouo impendio eſt opus, ut aquam habeant, qui tantum pecuniam male perdiderunt. Ipſe perueni ad fontem puriſſimũ, ex quo uidetur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat arcuato opere, ne tantũ ad plana ciuitatis, et humilia perueniat. manent adhuc pauciſſimi arcus, poſſunt et erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiore opere detractus eſt. aliqua pars, ut mihi uidetur, teſtaceo opere agenda erit. Id enim & facilius, et uilius. Et imprimis neceſſarium eſt, mitti a te uel aquilegem, uel architectum. ne rurſus eueniat, quod accidit. ego illud unum adfirmo, et utilitatem operis, et pulchritudinem ſeculo tuo eſſe digniſſimam.

TRAIANVS PLINIO.

CVrandum eſt, ut aqua in Nicomedenſem ciuitatem perducatur. uere credo te ea, qua debebis diligẽtia, hoc opus adgreſſurum. Sed medius fidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere, quorum uitio ad hoc tempus tantam pecuniam Nicomedenſes perdiderint, ne cum inter ſe gratificantur et inchoauerint, quid itaq; compereris per aquæductus, et reliquerint, fer in notitiam meam.

PLINIVS TRAIANO.

De theatro Nicænſium.

Heatrum Domine Nicææ maxima iam parte conſtructum imperfectum tamen ſeſtertium, ut audio, neq; enim ratio plus excuſſa eſt, amplius centies hauſit, uereor ne fruſtra. ingentibus enim rimis deſcendit et hiat, ſiue in cauſſa ſolum humidum, et molle, ſiue lapis ipſe gracilis, et putris, dignum eſt certe deliberatione, ſit ne faciendum. aut ſit relinquendum, an etiam deſtruendum. nam fulturæ, ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur non tam firmæ mihi, quàm ſumptuoſæ uidentur. huic theatro ex priuatorũ pollicitationibus multa debentur, ut baſilicæ circa, ut porticus ſupra caueam, quæ nunc omnia differuntur ceſſante eo, quod ante peragendum eſt. Iidem Nicænſes gymnaſium incendio amiſſum, ante aduentum meum reſtituere cœperunt longe numeroſius, laxiusq; q̃ fuerat. etiam aliquantum erogauerunt, periculum eſt ne parum utiliter. incompoſitum enim, et ſparſum eſt. Præterea architectus ſanè æmulus eius, a quo opus ichoatum eſt, adfirmat parietes (quanquã uiginti et duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere nõ poſſe, quia ſint cæmẽto medii farti, nec teſtaceo opere præcincti. Claudiopolitani quoq; in depreſſo loco, imminente etiã monte ingens balneũ defodiũt, magis, quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferunt. Ergo cum timeam, ne illic

publica pecunia, hic, quod eſt omni pecunia prætioſius, munus tuum male collocetur, cogor petere a te, nō ſolum ob theatrum, uerumetiam ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum, utrum ſit utilius poſt ſumptum, qui factus eſt, quoquo modo conſumare opera, ut inchoata ſunt, an quæ uidentur emendanda, corrigere, quæ transferenda, transferre, nedum ſeruare uolumus, quod impenſum eſt, male impendamus, quod addendum eſt.

TRAIANVS PLINIO.

q *Vid oporteat fieri circa theatrū, quod inchoatum apud Nicænſes eſt, in re præſenti optime deliberabis, et conſtitues. mihi ſufficiet indicari, cui ſententiæ acceſſeris. tunc autem a priuatis exigi opera tibi curæ ſit, cum theatrum (propter quod illa promiſſa ſunt,) factum erit. Gymnaſiis idulgent Græculi, ideo forſitan Nicænſes maiore animo conſtructionem eius adgreſſi ſunt. Sed oportet illos eo contentos eſſe, quod poſſit illis ſufficere. Quid Claudiopolitanis circa balineum, quod parū (ut ſcribis) idoneo loco inchoauerunt, ſuadendum ſit, tu conſtitues. Architecti tibi deeſſe non poſſunt. Nulla prouincia eſt, quæ non peritos, et ingenioſos homines habeat, modo ne exiſtimes breuius eſſe ab urbe mitti, cū ex Græcia etiā ad nos uenire ſoliti ſunt.*

PL. TRAIANO.

De lacu Nicomedenſium.

i *Ntuenti mihi et fortunæ tuæ, et animi magnitudinem, conuenientiſſimum uidetur, demō*

ſtrari opera non minus æternitate tua, quam glo=ria digna quantumq; pulchritudinis, tantum utilitatis habitura eſt. In Nicomedenſium finibus ampliſſimus lacus, per hunc marmora, fructus, ligna, materiæ, et ſumptu immodico, et labore uſq; ad uiam nauibus, inde magno labore, maiore impendio uehiculis ad mare deuehuntur. Hoc opus ſed multas manus poſcit. at hæ porro non deſunt, nam et in agris magna copia eſt hominum, et maxima in ciuitate, certaq; ſpes omnes libentiſſime adgreſſuros opus omnibus fructuoſum, ſupereſt, ut tu libratorem, uel archi tectum, ſi tibi uidebitur, mittas, qui diligenter exploret, ſit ne lacus altior mari, quē artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem eſſe contendunt. Ego per eadem loca inuenio foſſam a rege percuſſam, ſed incertum utrum ad colligendum humorem circuniacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum (eſt enim imperfecta) Hoc quoq; dubium intercepto rege mortalitate, an deſperato operis effectu. ſed hoc ipſo (feres enim me ambitioſum) pro tua gloria incitor, et accendor, ut cupiam peragi a te, quæ tantum cœperant reges.

TRAIANVS PLINIO.

P Oteſt nos ſolicitare lacus iſte, ut cōmittere illum mari uelimus, ſed planè explorandum eſt diligenter, ne ſi immiſſus in mare fuerit, totus effluat. Certe, quantū aquarū, et unde accipiat, poteris a Calpurnio Macro petere. Libratorē et ego hinc aliquem tibi peritum eiuſmodi operum mittā.

PL. TRAIANO.

De byzantiorum impendiis.

r Equirenti mihi byzantiorum Reip. impendia, quæ maxima fecit, indicatum eſt domine legatum ad te ſalutandum annis omnibus cum pſephiſmate mitti, eiq; dari numorum duodena millia. Memor ergo propoſiti tui, legatum quidem retinendum, pſephiſma autem mittendum putaui ut ſimul et ſumptus leuaretur, et impleretur publicum officium. Eidem ciuitati imputata ſunt terna millia, quæ uiatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum, qui Mæſiæ præeſt, publicæ ſalutandum. Hæc ego in poſterum circuncidenda exiſtimaui. te domine rogo, ut quid ſentias reſcribendo, aut conſiliū meum confirmare, aut errorem emendare digneris.

TR. PLINIO.

o Ptime feciſti Secunde cariſſime duodena iſta byzantiis, quæ ad ſalutandum me in legatum impendebantur, remittendo. fungetur his partibus et ſi ſolum eorum pſephiſma per te miſſum fuerit. Ignoſcet illis et Mæſiæ præſes. ſi minus illum ſumptuoſe coluerint.

PL. TRAIANO.

De diplomatibus.

d Iplomata domine (quorum dies præterita) omnino obſeruari, et quā diu uelis, rogo ſcribas, meq; hæſitatione liberes. uereor enim

ne in alterutram partem ignorantia lapſus, aut illici ta confirmem, aut neceſſaria impediam.

TRAIANVS PLINIO.

d Iplomata (quorũ præteritus eſt dies) in uſu eſſe non debent. ideo inter prima iniungo mihi, ut per omnes prouincias antemittã noua diplomata, quam deſyderari poſſint.

PL. TRAIANO.

De priuilegio Apamæorum.

c Vm uellẽ Apameæ domine cognoſcere publicos debitores, et redditum, et impendia, reſponſum eſt mihi cupere quidem uniuerſos, ut a me rationes Coloniæ legerentur, nunquam tamen eſſe lectas ab ullo proconſulum, habuiſſe priuilegium, et uetuſtiſſimũ morẽ, arbitrio ſuo Remp. adminiſtrare. Exegi, ut quæ dicebant, quæq; recitabãt libello complecterentur, quem tibi, qualem acceperã, miſi, quamuis intelligerem pleraq; ex illo addi, de quo quæritur, nõ pertinere. Te rogo, ut mihi præire digneris, quid me putes obſeruare debere. uereor enĩ ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officii mei partes uidear.

TRAIANVS PLINIO.

l Ibellum Apamæorum, quem epiſtolæ tuæ iunxeras remiſit mihi neceſſitatem. perpendi qualia eſſent, propter quæ uideri uolũt

eos, qui proconſulibus hanc prouinciam optinuerunt abſtinuiſſe inſpectatione rationum ſuarum, cum ipſum te, ut eas inſpiceres, non recuſauerint. Remunerãda eſt igitur probitas eorum, ut iam nunc ſciant hoc, quod inſpecturus es, ex mea uoluntate, ſaluis, quæ habent, priuilegis, eſſe facturum.

PL. TRAIANO.

De religioſo templo tranſferendo.

a Nte aduentum meum Domine Nicomedenſes priori foro nouũ adiicere cœperunt, cuius in angulo eſt ædes uetuſtiſſima matris magnæ, aut reficiẽda, aut tranſferẽda, ob hoc præcipue, quod eſt multo depreſſior opere eo, quo cũ maxime ſurgit. Ergo cum quærerem, num eſſet aliqua lex dicta tẽplo, cognoui aliũ hic, alium apud nos eſſe morem dedicationis. Diſpice ergo domine, an putes ædem, cui nulla lex dicta eſt, ſalua religione poſſe transferri, alioqui commodiſſimum eſt, ſi religio non impedit.

TRAIANVS PLINIO.

p Otes mi Secũde Cariſſime ſine ſolicitudine religionis, ſi loci poſitio uidetur hoc deſyderare, ædem matris deum tranſferre in eã, quæ eſt accommodatior, nec te moueat, quod lex dedicationis nulla reperitur, cum ſolum peregrinæ ciuitatis capax non ſit dedicationis, quæ fit noſtro iure.

PL. TRAIANO.

Agit gratias.

Difficile eſt Domine exprimere uerbis, quantum perceperim lætitiam, quod et mihi & ſocrui meæ præſtitiſti, ut ad finē eius Cœlium Clementem in hanc prouinciam transferres. ex illo enim menſuram beneficii tui penitus intelligo, cū tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar, cui referre gratiam parem nec audeo quidem, quamuis Maximo poſſum. itaq; ad uota confugio, deosq; precor, ut iis, quæ in me adſidue confers, nō indignus exiſtimer.

PL. TRAIANO.

Ob diem imperii.

Diem Domine, quo ſeruaſti imperium dū ſuſcipis quanta mereris, lætitia celebrauimus, precati deos, ut generi humano, cui us tutela, et ſecuritas ſaluti tuæ inniſa eſt, incolumē, florentemq; præſtarent. præiimus, et cōmilitonibus iuſiurandum more ſolenni præſtantibus et prouincialibus, qui eadem certarunt pietate, iurantibus.

TRAIANVS PLINIO.

Qvanta religione, ac lætitia commilitones cū prouincialibus te præeunte, diem imperii mei celebrauerint, libenter mi Secunde cariſſime cognoui literis tuis.

PL.

PL. TRAIANO.

De pecunia fœnebri.

P Ecuniæ publicæ Domine prouidentia tua, et miniſterio noſtro etiam exactæ ſunt, & exiguntur, quæ uereor ne otioſæ iaceāt, nā et prædiorum comparandorum, aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt, nec inueniuntur, qui uelint debere Reip. præſertim duodenis aſſibus, quanti a priuatis mutuātur. Diſpice ergo Domine, nunquid minuendā uſuram, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes, et ſi ne ſic reperiuntur, diſtribuendam inter decuriones pecuniā, ita ut recte Reip. caueant, quod quāquam inuitis, et recuſantibus minus acerbum erit, leuiore uſura conſtituta.

TRAIANVS PLINIO.

E T ipſe nō aliud remedium diſpicio mi Secunde cariſſime, quam ut quantitas uſurarum minuatur, quo facilius pecuniæ publicæ collocentur. modū eius ex copia eorum, qui mutuabuntur tu conſtitues, inuitos ad accipiendum compellere, quod fortaſſis ipſis otioſum futurum ſit, nō eſt ex iuſtitia noſtrorum temporum.

PL. TRAIANO.

Conſultatio ſuper reſtitutione exulis.

S Vmmas domine gratias ago, quod inter maximas occupationes iis, de quibus te conſu-

*lui, me quoq; regere dignatus es, quod nunc quoq; fa-
cias, rogo. Adiit enim me quidam, indicauitq́; ad-
uerſarios ſuos a Seruilio Caluo clariſſimo uiro in
triennium relegatos, in prouincia morari, illi contra,
ab eodem ſe reſtitutos adfirmauerunt, edictumq́; re-
citauerunt, qua cauſſa neceſſarium credidi, rem inte
gram ad te referre. nam ſicut mandatis tuis cautum
eſt, ne reſtituam ab alio, aut a me relegatos, ita de iis,
quos alius et relegauerit, et reſtituerit, nihil compre-
henſum eſt. Ideo tu Domine conſulendus fuiſti, quid
obſeruare me uelles, tã Hercule de his, quàm de illis,
qui in perpetuum relegati, nec reſtituti in prouincia
deprehendũtur. nam haec quoq; ſpecies incidit in co-
gnitionem meam. Eſt enim adductus ad me in per-
petuum relegatus a Iulio Baſſo proconſule. Ego, quia
ſciebam acta Baſſi reſciſſa, datumq́; a ſenatu ius o-
mnibus, de quibus ille aliquid conſtituiſſet, ex integro
agendi duntaxat per biennium, interrogaui hunc,
quẽ relegauerat, an adiiſſet, docuiſſetq́; proconſ. per
quod effectum eſt, ut te conſulerem, reddendum eum
poenae ſuae, an grauius aliquid, et quid potiſſimum
conſtituẽdum putares, et in hunc, et in eos, ſi qui forte
in ſimili cõditione inuenirentur. Decretum Calui, et
edictum, item decretum Baſſi his literis ſubieci.*

TRAIANVS PLINIO.

*Quid in perſonã eorum ſtatuendum ſit, qui
a Publio Seruilio Caluo proconſule in triẽ
nium relegati, et mox eiuſdem edicto reſti-
tuti in prouĩcia remanſerunt, proxime tibi reſcribã,*

cum cauſſas huius facti à Caluo requiſiero, qui a Iu-lio Baſſo in perpetuum relegatus eſt, cum per bienni-um agendi facultatem habuerit, ſi exiſtimat ſe iniu-ria relegatum, neq; id fecerit, atq; in prouincia mora ri perſeuerauerit, uinctus mitti ad præfectis præto rii mei debet· neq; enim ſufficit eum pœnæ ſuæ re-ſtitui, quem contumacia eluſit·

PL· TRAIANO·

De Archippo philoſopho·

Cum citarem iudices Domine, conuẽtum in-choaturus, Flauius Archippus uacationem petere cœpit, ut philoſophus· Fuerunt qui dicerent non modo liberandum eum iudicandi ne-ceſſitate, ſed omnino tollendum de iudicum numero, reddendumq; pœnæ, quam fractis uinculis euaſiſſet· Recitata eſt ſententia Velii Pauli proconſul· qua pro-babatur Archippus crimine falſi damnatus in metal lum, ille nihil proferebat, quo reſtitutum ſe doceret· adlegabat tamen pro reſtitutione et libellum a ſe Do mitiano datum, et epiſtolas eius ad honorem ſuum pertinenteis, et decretum Pruſenſium· addebat his et tuas literas ſcriptas ſibi, addebat et patris tui edictũ, et epiſtolam, quibus confirmaſſet beneficia a Domi-tiano data· Itaq; quamuis eidem talia crimina appli carentur, nihil decernendum putaui, donec te cõſule-rem de eo, quod mihi conſtitutione tua dignum uide-batur· ea, quæ ſunt utriq; recitata, his literis ſubieci·

EPISTOLA DOMITIANI AD TERENTIVM MAXIMVM.

f Lauius Archippus philoſophus impetrauit a me, ut agrū ei· DC. circa Pruſiadam patriam ſuam emi iuberem, cuius redditu ſuos alere poſſet, quod ei præſtari uolo, ſummam expenſam liberalitati meæ feres.

EIVSDEM AD L. APPIVM MAXIMVM.

a Rchippum philoſophum bonum uirum, et profeſſione ſua etiam maioribus reſpondentem, commendatum habeas uelim mi Maxime, & plenā ei humanitatem tuā præſtes in iis, quæ uerecunde a te deſyderauerit.

EDICTVM DIVI NERVAE.

q Vædam ſine dubio Quirites ipſa felicitas temporum edicit, nec ſpectandus eſt in iis bonus princeps, qui puſillum intelligit. Satis eſt, cum hoc ſibi quiſq; ciuium meorum ſpondere poſſit, me ſecuritatem omnium, quieti meæ prætuliſſe, uel libenter noua beneficia conferre, et ante me conceſſa ſeruare, dum ne tamen aliquam gaudiis publicis adferat hæſitationem, uel eorum, qui impetrauerunt diffidentia, uel eius memoria, qui præſtitit, ne-

ceſſarium pariter credidi, ac lætum obuiam dubitã tibus indulgentiam meam mittere. Nolo exiſtimet quiſquam, quod alio principe uel priuatim, uel publice conſecutus, ideo ſaltẽ a me reſcindi, ut potius mi hi debeat. Si enim grata et certa, nec gratulatio ullius inſtauratis eget precibus, Nec, qui non habent, me quem fortuna imperii uultu meliore reſpexit, nouis beneficiis uacare patiantur, ſed ea demum ſciant roganda eſſe, quæ non habent.

EPISTOLA EIVSDEM AD TVLLIVM IVSTVM.

c Vm rerum omnium ordinatio, quæ prioribus temporibus inchoatæ, conſumatæq; ſunt, obſeruanda ſit, tum epiſtolis etiã Domitiani ſtandum eſt.

PLINIVS TRAIANO.

De eodem Archippo.

f Lauius Archippus per ſalutem tuã, æternitatemq; petit a me, ut libellum, quem mihi dedit, mitterẽ tibi, quod ego ſic rogenti præſtandum putaui, ita tamẽ ut miſſurũ me, notum accuſatrici eius facerem, a qua et ipſa acceptum libellũ his epiſtolis iunxi, quo facilius uelut audita utraq; parte diſpiceres, quid ſtatuendum putares.

TRAIANVS PLINIO.

P Otuit quidẽ ignoraſſe Domitianus, in quo ſtatu eſſet Archippus, cum tam multa ad honorem eius pertinentia ſcriberet, ſed meæ naturæ accommodatius eſt, credere etiam ſtatui eius ſubuentum interuentu principis, præſertim cum etiã ſtatuarum ei honor toties decretus ſit ab iis, qui ignorabant, q̃d de illo Paulus procõſ. pronuntiaſſet. quæ tamẽ mi Secunde cariſſime nõ eo pertinent, ut ſi quid illi noui criminis obiicitur minus de eo audiẽdum putes Libellos furiæ primæ accuſatricis, item ipſius Archippi, quos alteri epiſtolæ tuæ iunxeras, legi.

PL. TRAIANO.

De lacu Nicomedenſium.

T V quidem Domine prouidentiſſime uereris ne commiſſus flumini, atq; ita mari lacus, effluat, ſed ego in re præſenti inueniſſe uideor, quemadmodum huic periculo occurrerem. Poteſt enim lacus foſſa uſq; ad flumen adduci, nec tamen in flumen emitti, ſed relicto quaſi margine contineri pariter, et dirimi, ſic conſequemur, ut nec uacuo uideatur flumini miſtus, et ſit perinde ac ſi miſceatur. Erit enim facile per illam breuiſſimam terram, quæ interiacebit aduecta foſſa onera tranſponere in flumen, quod ita fiet, ſi neceſſitas coget, et ſpero non coget. Eſt enim et lacus ipſe ſatis altus, et nunc in contrariã partem flumen emittit, quod interclusum inde, & quo

uolumus auerſum,ſine ullius detrimento lacus tantum aquæ, quantum nunc portat effundet. Præterea per id ſpatium, per quod foſſa facienda eſt, incidunt riui, qui ſi diligenter colligantur, augebũt illud, quod lacus dederit. Enimuero ſi placeat foſſam longius ducere, et arctius preſſam mari æquare, nec in flumẽ, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſeruabit, et reprimet quicquid e lacu ueniet. Quorum ſi nihil nobis loci natura præſtaret, expeditum tamen erat cataractis aquæ curſum temperare. Verum & hæc et alia multo ſagacius conquiret, explorabitq; librator, quem plane Domine debes mittere, ut polliceris. Eſt enim res digna et magnitudine tua, et cura. Ego interim Calpurnio Macro clariſſimo uiro autore te ſcripſi, ut libratorem quammaxime idoneum mitteret.

TRAIANVS PLINIO.

Manifeſtum eſt mi Secũde cariſſime nec prudentiam nec diligentiam tibi defuiſſe circa iſtum lacum, cum tam multa prouiſa habeat, per quæ nec periclitetur exhauriri, et magis in uſus nobis futurus ſit. elice igitur id, quod præcipue res ipſa ſuaſerit. Calpurnium Macrũ credo facturũ ut te libratore inſtruat, neq; prouinciæ iſtæ his artificibus carent.

PLINIVS TRAIANO.

De tabellario regis Sauromatæ.

Scripſit mihi Domine Lycormas libertus tuus, ut ſiqua legatio a Boſphoro ueniſſet ur-

bem petitura, uſq; in aduentum ſuum retineretur. ſed legatio quidem duntaxat in eam ciuitatem in qua ipſe ſum, nulla adhuc uenit, ſed uenit tabellarius Sauromata, quē ego, uſus opportunitate, quã mihi caſus obtulerat, cum tabellario, qui Lycormam ex itinere præceſſit, mittendum putaui, ut poſſis ex Lycormæ, et ex regis epiſtolis pariter cognoſcere, quæ fortaſſe pariter ſcire deberes.

PL. TRAIANO.

Diploma commodaſſe.

r Ex Sauromates ſcripſit mihi, eſſe quædam, quæ deberes quam maturiſſime ſcire, qua ex cauſſa feſtinationem tabellarii, quē ad te cum epiſtolis miſit, diplomate adiuui.

PL. TRAIANO.

De adſertione ingenuorum, qui pro ſeruis educati ſunt.

m Agna Domine & ad totam prouinciã pertinens quæſtio eſt de conditione, et alimentis eorum, quos uocant θρεπτοὺς, in qua ego auditis conſtitutionibus principum, quia nihil inueniebam aut proprium, aut uniuerſale, quod ad Bithynos feretur, conſulendum te exiſtimaui, quid obſeruari uelles. neq; enim putaui poſſe me in eo, quod autoritatem tuam poſceret, exemplis eſſe contentum. Recitabatur autem apud me edictum, quod dicebatur diui

Auguſti ad Anniam pertinens, recitatæ et epiſtolæ diui Veſpaſiani ad Lacedæmonios, et diui Titi ad eoſdem, dein ad Achæos, et Domitiani ad Auidium Nigrinum et Armeniũ Brocchum proconſules·item ad Lacedæmonios, quæ ideo tibi nõ miſi, quia et parum emendatæ, et quædam non certæ fidei uidebantur, et quia uera, et emendata in ſcriniis tuis eſſe credebam.

TRAIANVS PLINIO·

q Væſtio iſta, quæ pertinet ad eos, qui liberi nati expoſiti, deinde ſublati a quibuſdam, et in ſeruitute educati ſunt, ſæpe tractata ẽ, nec quicquam inuenitur in cõmẽtariis eorum principum, qui ante me fuerunt, quod ad omnes prouincias ſit conſtitutum·Epiſtolæ ſane ſunt Domitiani ad Auidium Nigrinum et Armenium Brocchum, quæ fortaſſe debebant obſeruari, ſed inter eas prouincias, de quibus reſcripſit, non eſt Bithynia, et ideo nec adſertionem denegandam iis, qui ex eiuſmodi cauſſa in libertatem uindicabũtur, puto, neq; ipſam libertatem redimendam pretio alimentorum·

PLINIVS TRAIANO·

De legato Regis·

l Egato Sauromatæ regis cum ſua ſponte Niceæ, ubi me íuenerat, biduo ſubſtitiſſet, longiorem moram faciendam domine non putaui·primum, quod incertum adhuc erat, quando libertus tuus Lycormas uẽturus eſſet, deinde, quod ipſe

proficiſcebar in diuerſam prouinciæ partem, ita offi cii neceſſitate exigente. Hæc in notitiam tuam perferẽda exiſtimaui, quia proxime ſcripſeram petiiſſe Lycormam, ut legationẽ, ſi qua ueniſſet a Boſphoro, uſq; in aduentum ſuum retinerem, quod diutius faciendi nulla mihi probabilis ratio occurrit, præſertim cum epiſtolæ Lycormæ, quas detinere, ut ante prædixi, nolui, aliquot diebus hũc legatũ anteceſſuræ uiderẽtur.

PLINIVS TRAIANO.

De reliquiis ſepultorum transferendis.

p Etentibus quibuſdam, ut ſibi reliquias ſuorum, aut propter iniuriam uetuſtatis, aut propter fluminis incurſum, aliaq; his ſimilia quæcunq;, ſecundum exemplum proconſulum transferre permitterem, quia ſciebam in urbe noſtra ex eiuſmodi cauſſis collegium pontificum adiri ſolere, Te domine maximum pontificem conſulendum putaui, quid obſeruare me uelis.

TRAIANVS PLINIO.

d Vrum eſt iniungere neceſſitatem prouincialibus pontificum adeundorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas iuſtas cauſſas trãſferre ex loco in alium locum uelint. Sequenda ergo potius tibi exempla ſunt eorum, qui iſti prouinciæ præfuerunt, ex cauſſa cuiq; ita aut permittendum, aut negandum.

PLINIVS TRAIANO.

De loco balinei Pruſenſibus concedendo.

Værenti mihi domine Pruſæ, ubi poſſet balineũ, quod idulſiſti fieri, placuit locus in quo fuit aliquando domus (ut audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Per hoc enim conſequemur, ut fœdiſſima facies ciuitatis ornetur, atq; etiam, ut ipſa ciuitas amplietur, nec ulla ædificia tollantur, ſed quæ ſunt uetuſtate ſublapſa, reparẽtur i melius. Eſt autem huius domus conditio talis. Legauerat eã Claudius Polyænus Claudio Cæſari, iuſſitq; in periſtylio templum ei fieri, reliqua ex domo locari, ex quo reditũ aliquandiu ciuitas percepit, deinde paulatim, partim ſpoliata, partim neglecta cum periſtylio domus tota collapſa eſt, ac iam penè nihil ex ea, niſi ſolũ ſupereſt, quod tu domine ſiue donaueris ciuitati, ſiue uenire iuſſeris, propter opportunitatẽ loci, pro ſummo munere accipi, et ego ſi permiſeris, cogito in area uacua balineum collocare. Eum autem locum, in quo ædificia fuerunt, exhedra ex porticibus amplecti, atq; tibi cõſecrare, cuius beneficio elegãs opus, dignumq; nomine tuo fiet. Exẽplar teſtamenti, quanquam mẽdoſum, miſi tibi, ex quo cognoſces multa Polyænum in eiuſdem domus ornatum reliquiſſe, quæ, ut domus ipſa, perierunt, a me tamen inquantum potuerit, requirentur.

TR. PLINIO.

Poſſumus apud Pruſenſeis area iſta cum domu collapſa, quam uacare ſcribis, ad extru=

tionem balinei uti. Illud tamen parum expreſſiſti, an ædes in Periſtylio Claudio facta eſſet. nã ſi facta ædes eſſet, licet collapſa ſit, religio eius occupauit ſolum.

PL. TRAIANO.

De adſertione ingenuorum.

P *Oſtulantibus quibuſdam, ut de agnoſcendis liberis, reſtituendiſq; natalibus, et ſecundum epiſtolam Domitiani ſcriptam Minicio Ruſo, & ſecundum exempla proconſulum. ipſe cognoſcerem, Reſpexi ad ſenatuſconſultum pertinens ad eadem genera cauſſarum, quod de his tantum prouinciis loquitur, quibus proconſules præſunt, ideoq; rem integram diſtuli, dum domine præceperis, quid obſeruare me uelis.*

TR. PLINIO.

S *I mihi ſenatuſconſultum miſeris, quod hæſitationem tibi fecit, æſtimabo, an debeas cognoſcere de agnoſcendis liberis, & natalibus ſuis reſtituendis.*

PL. TRAIANO.

De Callidromo Laberii Maximi fugitiuo.

A *Puleius Domine miles, qui eſt in ſtatione Nicomedẽſi, ſcripſit mihi quendã nomine Callidromũ cũ detineretur a Maximo et Dionyſio piſtoribus, quibus operas ſuas locauerat, confugiſſe*

ad tuã ſtatuã, perductũmq; ad magiſtratus, idicaſſe· ſeruiſſe aliquando Laberio Maximo, captumq; a Suſago in Mœſia, et a Decibalo muneri miſſum Pacoro Parthiæregi, pluribuſq; annis in miniſterio eius fuiſſe, deinde fugiſſe, atq; ita in Nicomediã perueniſſe, quẽ ego perductũ ad me, cum eadẽ narraſſet, mittendum ad te putaui, quod paulo tardius feci, dum requiro gemmam, quam ſibi, habentem imaginem Pacori, et quibus ornatus fuiſſet, ſubtractam idicabat·Voluí enim hanc quoq;, ſi inueniri potuiſſet, ſimul mittere, ſicut glebulã miſi, quam ſe ex parthico metallo attuliſſe dicebat·Signata eſt anulo meo, cuius eſt apoſphragiſma quadriga·

PL· TRAIANO·

De teſtamento Largi·

IVlius domine Largus ex ponto, non dum mihi uiſus, ac ne auditus quidem, ſcilicet, iudicio tuo credit, diſpenſationem quandam mihi erga te pietatis ſuæ, miniſteriumq; mandauit· Rogauit enim teſtamento, ut hæreditatem ſuam adirem, cernerem q;, ac deinde perceptis quinquaginta millibus numum, reliquum omne heracleotarum, et theanorum ciuitatibus redderem ita ut eſſet arbitrii mei, utrum opera facienda, quæ honori tuo conſecrarentur putarem, an inſtituẽdos quinquennales agonas, qui Traiani appellentur· Quod in notitiam tuam perferendum exiſtimaui, ob hoc maxime, ut diſpiceres, quid eligere debeam·

TRAIANVS PLINIO·

I Vlius Largus fidem tuam, quaſi te bene noſſet, elegit. Quid ergo potiſſimum ad perpetuitatem memoriæ eius faciat ſecundum cuiuſq; loci conditionem, ipſe diſpice, et quod optimũ exiſtimaueris, inſequere.

PLINIVS TRAIANO.

De centurione Iuliopolim mittendo.

P Rouidentiſſime domine feciſti, quod præcepiſti Calpurnio Macro clariſſimo uiro ut legionariũ centurionẽ Byzantium mitteret, ut diſpicias, an etiam Iuliopolitanis ſimili ratione cõſulendum putes, quorum ciuitas, cum ſit perexigua, onera maxima ſuſtinet, tantóq; grauiores iniurias, quanto eſt infirmior, patitur. Quidquid autẽ Iuliopolitanis præſtiteris, id etiã toti prouinciæ proderit. Sũt enim in capite Bithyniæ, plurimisq; per eam cõmeantibus tranſitum præbent.

TR. PLINIO.

E A conditio eſt ciuitatis Byzantiorum confluente undiq; in eam cõmeantium turba, ut ſecundum conſuetudinem præcedentium temporum honoribus eius præſidio centurionis legionarii conſulendum habuerimus, Iuliopolitanis ſuccurrendum eodem modo putauerimus. onerabimus nos exemplo. Plures enim tanto magis eadem requirent,

quanto infirmiores erunt. Tibi eã fiduciã diligẽtiæ habeo, ut credã te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii iniuriis. Siqui autem ſe contra diſciplinam meam geſſerint, ſtatim coherceantur, aut ſi plus admiſerint, quã ut in re præſenti ſit ſatis, puniãtur, ſi milites erunt, legatis eorum, quæ deprehenderis notum facies, aut ſi in urbẽ uerſus uẽturi erũt, mihi ſcribes.

PL. TRAIANO.

De magiſtratibus prouincialium.

Cautum eſt Domine Pompeia lege, quæ Bithynis data eſt, nequis capiat magiſtratum, néue ſit in ſenatu minor annorum. xxx. Eadem lege comprehenſum eſt, ut qui ceperint magiſtratum, ſint in ſenatu. Secutum eſt dein edictũ diui Auguſti, quo permiſit minores, magiſtratus ab annis duobus & uignti capere, quæritur ergo, an qui minor xxx. annorum geſſit magiſtratus, poſſit a cenſoribus in ſenatũ legi, et ſi poteſt, an ex iis, qui quoq; non geſſerint, poſſit quis per eandem interpretationem ab ea ætate Senator legi, a qua illis magiſtratum gerere permiſſum eſt, quod alioqui factitatum adhuc, et eſſe neceſſarium dicatur, quia ſit aliquanto melius, honeſtorum hominũ liberos, quam è plebe in curiã admitti. Ego a deſtinatis cenſoribus, quid ſentirem, interrogatus, eos quidem, qui minores. xxx. annis geſſiſſent magiſtratum, putabam poſſe in ſenatum, et ſecundum edictum Auguſti, et ſecundum legem Pompeiã legi, quoniã Auguſtus gerere magiſtratus minoribus

annis. xxx. permiſiſſet, lex Senatorẽ eſſe uoluiſſet, qui geſſiſſet magiſtratum. De his autem, qui nõ geſſiſſent, quamuis eſſent ætatis eiuſdẽ, cuius illi, quibus gerere permiſſum eſt, hæſitabam, per quod effectum eſt, ut te domine conſulerẽ, quid obſeruari uelles. Capita legis, tum edictum Auguſti literis ſubieci.

TR. PLINIO.

I Nterpretationi tuæ mi Secunde Cariſſime idẽ exiſtimo hactenus edicto diui Auguſti nouatum eſſe legem Pompeiã, ut magiſtratum quidem capere poſſent ii, qui non minores duorum et uiginti annorũ eſſent, et qui cepiſſent, in Senatum cuiuſq; ciuitatis peruenirent. Cæterum non capto magiſtratu, eos, qui minores. xxx. annorum ſint, quia magiſtratum capere poſſint, in curiam etiam loci cuiuſq; non exiſtimo legi poſſe.

PL. TRAIANO.

De Dione, qui reliquias ſuorũ religioſo loco poſuiſſet.

C Vm Pruſæ ad Olympum domine publicis negocijs intra hoſpitiũ, eodem die exiturus, uacarẽ, Aſclepiades magiſtratus indicauit appellatum me à Claudio Eumolpo, cum Cocceianus Dion in bule adſignari ciuitati opus, cuius curã egerat, uellet. Tum Eumolpus adſiſtẽte Flauio Archippo, dixit exigendã eſſe à Dione rationem operis ante, quam Reip. traderetur, quod aliter feciſſet, ac debuiſſet. Adiecit etiã eſſe in eodẽ opere poſitã tuã ſtatuã, et corpora

et corpora ſepultorum uxoris Dionis, et filii, poſtulauitq́; ut cognoſcerem pro tribunali. quod cum ego me protinus facturũ, dilaturumq́; profectionem dixiſſem, ut longiorem diem, ad adſtruendam cauſſam darẽ, utq́; in aliam ciuitatem cognoſcerem, petiit. Ego me auditurũ Niceæ reſpondi. Vbi cũ ſediſſem cognituros, idem Eumolpus tanquam adhuc parum inſtructus, dilationẽ petere cœpit. Cõtra Dion, ut audiretur, exigere. Dicta ſunt utrinq; multa, et iam de cauſſa, ego cum dandam dilationem, et conſulendũ exiſtimarem in re ad exemplũ pertinenti, dixi utriq; parti, ut poſtulatiotinũ ſuarum libellos darent. Volebã enim te, ipſorũ potiſſimum uerbis, ea, quæ erant propoſita recognoſcere. Et Dion quidem ſe daturum dixit, et Eumolpus reſpondit complexurum ſe libello, quæ Reip. peteret, cæterum, quod ad ſepultos pertinet non accuſatorem ſe, ſed aduocatum Flauii Archippi, cuius mandata pertuliſſet. Archippus, cui Eumolpus ſic ut Pruſiadæ, adſiſtebat, dixit ſe libellum daturum. ita nec Eumolpus, nec Archippus, quamplurimis diebus expectati, adhuc mihi libellos dederunt. Dion dedit, quẽ huic epiſtolæ iunxi. Ipſe in re præſenti fui, et uidi tuam quoq; ſtatuam in bibliotheca poſitam. Id autẽ, in quo dicuntur ſepulti filii eius, et uxor Dionis, in area collocatum, quæ porticibus includitur. Te domine rogo, ut me in hoc præcipue genere cognitionis regere digneris, cum alioqui magna ſit expectatio, ut neceſſe ſit in ea re, quæ et in confeſſum uenit, et exemplis defenditur, deliberare.

TRAIANVS PLINIO.

p Otuiſti nō hærere mi Secunde cariſſime circa id, de quo me conſulendum exiſtimaſti, cum propoſitum meum optime noſſes, nō ex metu, nec terrore hominum, aut criminibus maieſtatis reuerentiam nomini meo adquiri. Omiſſa ergo ea quæſtione, quam non admitterem, etiam ſi exemplis adiuuaretur, ratio totius operis effecti ſub cura tua Cocciani Dionis excutiatur, cum et utilitas ciuitatis exigat, nec aut recuſet Dion, aut debeat recuſare.

PLINIVS TRAIANO.

De Nicenſibus.

r Ogatus domine a Nicenſibus publicæ per ea quæ mihi et ſunt et debent eſſe ſanctiſſima, ideſt per æternitatē tuam, ſalutemq́; ut preces ſuas ad te perferrem, fas non putaui negare, acceptumq́; ab his libellum, huic epiſtolæ iunxi.

TRAIANVS PLINIO.

n Icenſibus, qui inteſtatorum ciuium ſuorum conceſſam uindicationem bonorum a diuo Auguſto adfirmant, debebis uacare, cōtractis oībus perſonis ad idem negotium pertinentibus, adhibitis Virdio Gemellino et Epimacho liberto meo procuratoribus, ut æſtimatis etiam iis, quæ contradicuntur, quod optimum credideritis, ſtatuatis.

PLINIVS TRAIANO.

Commendat, quos expertus eſt.

m Aximum libertum & procuratorem tuum Domine per omne tempus, quo fuimus unà probum, et induſtrium, et diligentem, ac ſicut rei tuæ amantiſſimum, ita diſciplinæ tenaciſſimũ, expertus, libenter apud te teſtimonio proſequor ea fide, quam tibi debeo.

PLINIVS TRAIANO.

g Abium Baſſum Domine præfectũ oræ Ponti, integrum, probum, induſtrium, atq; inter iſta reuerentiſſimum mei, expertus, uoto pariter et ſuffragio proſequor ea fide, quã tibi debeo, quam abunde ea, quæ ſperet inſtructum commilitio tuo, cuius diſciplinæ debet, quod ĩdulgentia tua dignus eſt, apud me et milites et Pagani, a quibus iuſtitia eius et humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua priuatim, qua publicæ teſtimonium pertribuerunt, quod in notitiam tuam perfero ea fide, quam tibi debeo.

PLINIVS TRAIANO.

n Ymphidium Lupum Domine primipilarẽ cõmilitonem habui, cũ ipſe tribunus eſſem, ille præfectus. Inde familiariter diligere cœpi. creuit poſtea caritas ipſa mutuæ uetuſtate amicitiæ. Itaq; et quieti eius inieci manum, & exegi, ut me in Bithynia conſilio inſtrueret, quod ille amiciſſi-

me et otii, et ſenectutis ratione poſt poſita, et iam fecit, et facturus eſt, quibus ex cauſſis neceſſitudines eius inter meas numero, et filiū in primis Nymphidiū Lupum iuuenem probum, induſtrium, et egregio patre digniſſimum ſuffecturum indulgentiæ tuæ, ſicut primis eius experimētis cognoſcere potes, cum præfectus cohortis pleniſſimum teſtimonium meruerit Iulii Ferocis, et Fuſci Salinatoris clariſſimorum uirorū · meū gaudium domine, meam gratulationem filii honore continerent ·

PLINIVS TRAIANO ·

Ob diem natalem ·

Pto domine et hunc natalē, et plurimos alios quamfeliciſſimos agas, æternaq; laude florentem uirtutis tuæ gloriam, quam incolumis, et fortis aliis ſuper alia operibus augebis ·

TRAIANVS PLINIO ·

Gnoſco uota tua mi Secunde Cariſſime, quibus precaris, ut plurimos, et feliciſſimos natales florente ſtatu Reip · noſtræ agam ·

PLINIVS TRAIANO ·

De aqua Sinopenſium perducenda ·

Inopenſes domine aqua deficiūtur, quæ uidetur et bona, et copioſa ab ſextodecimo milliario poſſe perduci · eſt tamen ſtatim ab ca-

pite paulo amplius mille paſſibus locus ſuſpectus et mollis, quem ego interim explorare modico impen=dio iuſſi, an recipere et ſuſtinere opus poſſit. Pecunia curantibus nobis contracta non deerit, ſi tu Domine hoc genus operis et ſalubritati, et amœnitate ualde ſitientis coloniæ indulſeris.

TRAIANVS PLINIO.

T cœpiſti Secunde Cariſſime, explora dili genter, an locus ille, quem ſuſpectum habes, ſuſtinere opus aquæductus poſſit. Neq; enĩ dubitandũ puto, quin aqua perducenda ſit in Coloniam Sinopẽſem, ſi modo et uiribus ſuis ipſa id adſequi poteſt, cum plurimum ea res et ſalubritati et uoluptati eius conlatura ſit.

PLINIVS TRAIANO.

De petitione Amiſenorum.

Miſenorum ciuitas et libera et fœderata beneficio indulgentiæ tuæ legibus ſuis utitur. In hac datum mihi publice libellum ad Eranos pertinentem his literis ſubieci, ut tu Domine diſpiceres, quid, et quatenus, aut permittendum, aut prohibendum putares.

TRAIANVS PLINIO.

Miſenos, quorũ libellum epiſtolæ tuæ iun=xeras, ſi legibus iſtorũ, quibus de officio fœderis utuntur, conceſſum eſt, Eranũ habere,

poſſumus, qui minus habeant, non ĩpedire, eo facilius, ſi tali collatione non ad turbas, et illicitos cœtus, ad ſuſtinendam tenuiorum inopiam utuntur in cæteris ciuitatibus, quæ noſtro iure obſtrictæ ſunt, res huiuſmodi prohibenda eſt.

PLINIVS TRAIANO.

Ius trium liberorum amico petit.

s Vetonium Trãquillum probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum uirũ et mores eius ſecutus et ſtudia, iampridem domine in contuberniũ adſumpſi, tantoq; magis diligere cœpi, quãto hunc propius inſpexi. huic ius trium liberorũ neceſſarium faciunt duæ cauſſæ. nam et iudicia amicorum promeretur, et parum felix matrimonium expertus eſt, impetrandumq; a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Scio domine quantum beneficiũ petam, quod peto a te cuius in omnibus deſyderiis meis pleniſſimam indulgentiã experior. Potes autem colligere quantopere cupiam, quod non rogarem abſens ſi mediocriter cuperem.

TRAIANVS PLINIO.

q Vam parce hæc beneficia tribuam utiq; mi Secunde cariſſime, hæret tibi, cum etiam in ſenatu adfirmare ſoleam, non exceſſiſſe me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum, tuo tamen deſyderio ſubſcripſi et dediſſe me ius trium liberorũ Suetonio Trã

quillo ea conditione, qua adſueui· referri in commentarios meos iuſſi·

PLINIVS TRAIANO·

De Chriſtianis·

Solenne eſt mihi Domine, omnia, de quibus dubito, ad te referre· Quis enim poteſt melius uel cunctationem meã regere, uel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam, ideo neſcio, quid et quatenus aut puniri ſoleat, aut quæri· Nec mediocriter hæſitaui, ſit ne aliquod diſcrimen ætatum, an quãlibet teneri nihil a robuſtioribus differant, detúrne pœnitẽtiæ uenia, an ei, qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe nõ proſit· nomen ipſum, etiam ſi flagitiis careat, an flagitia cohærenti nomini puniãtur· Interim iis, qui ad me tanquam Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſecutus modum· Interrogaui ipſos, an eſſent Chriſtiani, confitenteis iterum, ac tertio interrogaui, ſupplicium minatus, perſeueranteis duci iuſſi· Neq; enim dubitabã, qualecunq; eſſet, quod faterentur, peruicaciã certe, et inflexibilem, obſtinationẽ debere puniri· Fuerũt alii ſimilis amentiæ, quos, quia ciues Romani erant, adnotaui, in urbem remittendos, mox ipſo tractatu, ut fieri ſolet, diffundente ſe crimine· plures ſpecies inciderunt· Propoſitus eſt libellus ſine autore multorum nomina continẽs, qui negant ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, cum præeũte me Deos appellarent, et imagini tuæ, quam propter hoc iuſſeram cum ſimulacris nu-

minum adferri, ture, ac uino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto, quorum nihil cogi poſſe dicun tur, qui ſunt re uera Chriſtiani·dimittendos putaui. Alii ab indice nominati, eſſe ſe Chriſtianos dixerũt, et mox negauerunt, fuiſſe quidem, ſed deſiſſe· quidã ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante uiginti quoq;. Omnes et imaginem tuam, Deorumq́; ſimulacra uenerati ſunt, ii et Chriſto maledixerunt. Adfirmabant autẽ hanc fuiſſe ſummam, uel culpæ ſuæ, uel erroris, quod eẽnt ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmenq́; Chriſto quaſi Deo dicere ſecum inuicem, ſeq́; ſacramento nõ in ſce lus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent, quibus peractis morẽ ſibi diſcedendi fuiſſe, rurſusq́; coeundi ad capiẽdũ cibum, promiſcuum tamen, et innoxium, quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum meum, quo ſecundum mãdata tua et ærias* eſſe uetueram. Quo magis neceſſarium credidi, ex duabus ancillis, quæ miniſtræ dicebantur, qd eſſet ueri et per tormenta quærere. Sed nihil aliud inueni, quam ſuperſtitionem prauam, & immodicam. Ideoq; dilata cognitione ad conſulendũ te decucurri. Viſa eſt enim mihi res digna cõſultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, utriuſq; ſexus etiã uocantur in periculum, et uocabuntur. Neq; enim ciui tates tantum, ſed uicos etiam, atq; agros ſuperſtitionis iſtius contagio peruagata eſt, quæ uidetur ſiſti & corrigi poſſe. Certe ſatis conſtat, propę iam deſolata

templa cœpiſſe celebrari, et ſacra ſolennia diu inter miſſa repeti, paſſimq; uenire uictimas, quarũ adhuc rariſſimus emptor inueniebatur, ex quo facile eſt opinari, quæ turba hominum emendari poſſit, ſi ſit pœnitentiæ locus.

TRAIANVS PLINIO.

Actum, quem debuiſti mi Secunde in excutiẽdis cauſſis eorum, qui Chriſtiani ad te delati fuerant, ſecutus es. Neq; enim in uniuerſum aliquid, quod quaſi certum formam habeat, conſtitui poteſt. Conquirendi non ſunt, ſi deferantur et arguantur, puniendi ſunt: ita tamen, ut qui negauerit ſe Chriſtianum eſſe, idq; re ipſa manifeſtum fecerit, ideſt ſupplicando dijs noſtris, quamuis ſuſpectus in præteritum fuerit, ueniam ex pœnitentia impetret. Sine autore uero propoſiti libelli nullo crimine locum habere debent, nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.

PLINIVS TRAIANO.

De platea Amaſtrianorum.

Amaſtrianorum ciuitas Domine et elegans et ornata, habet inter præcipua opera pulcherrimam, eandemq; longiſſimam plateam, cuius a latere per ſpatium omne porrigitur nomine quidem flumen, re uero cloaca fœdiſſima, quæ ſicut turpis, et immundiſſima aſpectu, ita peſtilens eſt odore teterrimo. Quibus ex cauſſis, non minus ſalubritatis

quam decoris intereſt ea contegi, quod fiet, ſi permiſe
ris, curantibus nobis, ne deſit quoq; pecunia operi tā
magno, quàm neceſſario.

TRAIANVS PLINIO.

Ationis eſt mi Secunde cariſſime contegi
r aquam iſtam, quæ per ciuitatem Amaſtria
norum fluit, ſi intecta ſalubritati obeſt. Pe
cunia ne huic operi deſit, curaturum te ſecundum di
ligentiam tuam certum habeo.

PLINIVS TRAIANO.

Votorū nuncupatio, et ſolutio pro Imp. et Rep.

Ota Domine priorum annorum nuncu-
u pata alacres, lætiq; perſoluimus, nouaq́;
rurſus curante commilitonum, et prouin-
cialium pietate ſuſcepimus, precati Deos, ut te, remq́;
publicam florentem et incolumem, ea benignitate ſer-
uarent, quam ſuper magnas, plurimasq́; uirtutes præ
cipua ſanctitate obſequi deorū honore meruiſti.

TRAIANVS PLINIO.

Oluiſſe uota diis immortalibus, te præeun-
ſ te pro mea incolumitate commilitones cum
prouincialibus lætiſſimo conſenſu, et in fu
turum nūcupaſſe, libenter mi Secunde cariſſime co-
gnoui literis tuis.

PLINIVS TRAIANO.

Ob diem Imperii.

Iem, in quem tutela generis humani feliciſ-
d ſima ſucceſſione trāſlata eſt, debita religio-

ne celebrauimus commendantes diis imperii tui autoribus et uota publica, et gaudia.

TRAIANVS PLINIO.

Diem imperii mei debita lætitia et religione commilitonibus, et prouincialibus, præeunte te, celebratum, libenter mi Secunde cariſſime cognoui literis tuis.

PL. TRAIANO.

Ius Quiritium latinis ſuis petit.

Valerius Domine Paulinus, excepto uno, ius Latinorum ſuorum mihi reliquit, ex quibus rogo tribus interim ius quiritium des. uereor enim, ne ſit immodicum pro omnibus pariter īuocare indulgentiam tuam, qua debeo tanto modeſtius uti, quanto pleniorem experior. ſunt autem pro quibus peto C. Valerius Aeſtiæus. C. Valerius Dionyſius. C. Valerius Aper.

TR. PLINIO.

Cum honeſtiſſime iis, qui apud fidem tuam a Valerio Paulino depoſiti ſunt, conſultum uelis, matura per me. Iis interim, quibus nunc petiſti, dediſſe me ius Quiritium referri in commētarios meos iuſſi, idem facturus in cæteris pro quibus petieris.

PL. TRAIANO.

Ciuitatem Romanam petit filiæ centurionis.

r Ogatus Domine a P. Accio Aquila centurione cohortis ſextæ equeſtris, ut mitterem tibi libellum, per quem indulgentiam pro ſtatu filiæ ſuæ implorat, durum putaui negare, cũ ſcirem quantam ſoleres militum precibus patientiá, humanitatemq; præſtare.

TRAIANVS PLINIO.

l Ibellum P. Acci Aquilæ centurionis cohortis ſextæ equeſtris, quem mihi miſiſti legi, cuius precibus motus dedi filiæ eius ciuitatẽ romanã. libellũ reſcripti, quẽ illi redderes, miſi tibi.

PL. TRAIANO.

De exactione pecuniarum.

q Vid habere iuris uelis et Bithynas et Põticas ciuitates in exigendis pecuniis, quæ illis uel ex locationibus, uel ex uenditionibus, aliisue cauſſis debeantur, rogo domine reſcribas. Ego inueni a pleriſq; proconſulibus conceſſam eis protopraxian, eamq; pro lege ualuiſſe, exiſtimo tamen tua prouidentia conſtituendum aliquid, et ſanciendum, per quod utilitatibus eorum in perpetuum conſulatur. nam quæ ſunt ab aliis inſtituta, ſint licet ſapienter indulta, breuia tamen, et infirma ſunt, niſi illis tua contingat autoritas.

TRAIANVS PLINIO.

q Vo iure uti debeant Bithynæ, uel Ponticæ ciuitates in iis pecuniis, quæ ex quaq; cauſſa reipublicæ debebuntur, ex lege cuiuſq; animaduertẽdum eſt. nam ſiue habent priuilegium, quo cæteris creditoribus anteponantur, cuſtodiẽdum eſt, ſiue non habent iniuriã priuatorum, id dari a me non oportebit.

PL. TRAIANO.

De Iulio Piſone.

m Edicus Domine Amiſenorum ciuitatis petebat apud me a Iulio Piſone denariorum circiter. xxxx. millia donata ei publice ante xx. annos. et bule, et eccleſia conſentiente, utebanturq; mandatis tuis, quibus eiuſmodi donationes uetantur. Piſo contra plurima ſe in Remp. contuliſſe, ac prope totas facultates erogaſſe dicebat. addebat etiã temporis ſpatium, poſtulabatq; ne id, quod pro multis, & olim accepiſſet, cum euerſione reliquæ dignitatis reddere cogeretur. Quibus ex cauſſis integram cognitionem differendam exiſtimaui, ut te Domine conſulerem, quid ſequendum putares.

TRAIANVS PLINIO.

s Icut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita, ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantum temporis

retractari, atq; in irritum uindicari non oportet. Quidquid ergo ex hac cauſſa actum ante uiginti annos erit, omittamus. Non minus enim hominibus cuiuſq; loci, quā pecuniæ publicæ conſultum uolo.

PLINIVS TRAIANO.

De adiectione buleutarum.

Ex Pompeia Domine, qua Bithyni et Pontici utuntur, eos qui in bulen a cenſoribus leguntur, dare pecuniam non iubet, ſed iis, quos indulgentia tua a quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimum numerū adiicere permiſit, et ſingula millia denariorum et bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconſul eos etiam, qui a cenſoribus legerentur, duntaxat in paucißimis ciuitatibus aliud alii iuſſit inferre. Supereſt ergo, ut ipſe diſpicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare, nā quod in perpetuum manſurum eſt, a te conſtitui decet, cuius factis, dictiſq; debetur æternitas.

TRAIANVS PLINIO.

Onorariū decurionatus omnes, qui ī quaq; ciuitate Bithyniæ decuriones fiunt, inferre debeant, nec ne in uniuerſum a me non poteſt ſtatui. Id ergo, quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequēdā cuiuſq; ciuitatis legem puto, ſcilicet, aduerſus eos, qui inuiti fiunt decuriones, exiſtimo id acturos, ut erogatio, cæteris præferatur.

PL. TRAIANO.

De adiectione ciuium.

Lege Domine Pompeia permiſſum Bithynicis ciuitatibus, adſcribere ſibi, quos uellent ciues, dum ciuitatis non ſint alienæ, ſed ſuarum quiſq; matrum ciuitatium, quæ ſunt in Bithynia. Eadem lege ſancitur, quibus de cauſſis e ſenatu a cenſoribus eiciantur, inter quas nihil de ciue alieno cauetur. inde me quidam ex cenſoribus conſulendum putauerunt, an eicere deberent eum, qui eſſet alterius ciuitatis. Ego quia lex ſicut adſcribi ciuem alienũ uetabat, ita eici e ſenatu ob hanc cauſſam nõ iubebat. Præterea quia ab aliquibus adfirmabatur mihi í omni ciuitate plurimos eſſe buleutas ex aliis ciuitatibus, futurumq; ut multi homines, multæq; ciuitates concuterentur, ea parte legis, quæ iampridẽ conſenſu quodam exoleuiſſet, neceſſarium exiſtimaui conſulere te, quid ſeruandum putares. Capita legis his literis ſubieci.

TRAIANVS PLINIO.

Merito hæſiſti Secunde cariſſime, quid a te reſcribi oporteret cenſoribus conſulẽtibus, an legerent in ſenatum aliarum ciuitatiũ, eiuſdem tamen prouinciæ ciues, nam et legis autoritas, & longa conſuetudo uſurpata contra legem, in diuerſum mouere te potuit. Mihi hoc temperamentum eius placuit, ut ex præterito nihil nouaremus, ſed manerent quamuis contra legem adſciti quarumcunq; ci-

uitatium ciues, in futurum autem lex Pompeia obſeruaretur, cuius uim ſi retro quoq; uelimus cuſtodire, multa neceſſe eſt perturbari.

PL. TRAIANO.

De diuiſione Sportularum.

q Vi uirilem togam ſumunt, uel nuptias faciunt, uel ineunt magiſtratum, uel opus publicum dedicant, ſolent totam bulen, atq; etiã e plebe non exiguum numerum uocare, binosq; denarios, uel ſingulos dare, quod an celebrandum, & quatenus putes rogo ſcribas. ipſe enim, ſicut arbitror. præſertim ex ſolennibus cauſſis, concedẽdum iuſſi inuitationes, ita uereor ne ii, qui mille homines, interdũ etiam plureis uocant, modum excedere, et in ſpeciem diamonẽs incipere uideantur.

TRAIANVS PLINIO.

m Erito uereris ne in ſpeciem diamonẽs incidat inuitatio, quæ & in numero modum excedit, et quaſi per corpora nõ uiritĩ ſingulos ex notitia ad ſolenneis ſportulas contrahit, ſed ego ideo prudentiã tuã elegi, ut formandus iſtius prouinciæ moribus ipſe moderareris, et ea cõſtituas, quæ ad perpetuã eius prouinciæ quietẽ eſſent profutura.

PLINIVS TRAIANO.

De Iſelaſticis.

a Thletæ Domine ea, quæ pro Iſelaſticis certaminibus cõſtituiſti, deberi ſibi putant ſtatim ex

tim ex eo die, quo ſunt coronati · Nihil enim referre, quando ſint patriam inuecti, ſed quando certamine uicerint, ex quo inuehi poſſint · ego cõtra ſcribo iſelaſtici nomine · itaq; eorum uehementer addubitem, an ſit potius id tempus, quo iſelaſian intuendum · Idem obſonia petunt pro eo agone, qui a te iſelaſticus factus eſt, quamuis uicerint ante, quam fieret · Aiunt enim congruens eſſe, ſicut non datur ſibi pro his certaminibus, quæ eſſe iſelaſticæ, poſt, quàm uicerunt, deſierunt, ita pro iis dari, quæ eſſe cœperunt · Hic quoq; nõ mediocriter hæreo, ne cuiuſq̃ retro habeatur ratio, dandum'q;, quod tunc cum uincerent, non debebantur · rogo ergo ut dubitationem meam regere, ideſt beneficia tua interpretari ipſe digneris ·

TR· PLINIO·

i *Selaſticum tunc primum mihi uidetur ĩcipere deberi, cum quis in ciuitatem ſuam ipſe eiſelaſen · obſonia eorum certaminum, quæ iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi ante iſelaſtica non fuerunt, retro non debẽtur · nec proficere pro deſyderio athletarum poteſt, quod eorum, quæ poſtea iſelaſtica non lege conſtitui, quam, qui ierant, accipere deſierunt · Mutata enim conditione certaminum, nihilominus quæ ante perceperant, non reuocantur ·*

PLINIVS TRAIANO·
De diplomatibus·

u *Sq; in hoc tempus Domine, neq; cuiquam diplomata commodaui, neq; in rem ullam, ni*

ſi tuam miſi, quam perpetuam ſeruationem meam quædam neceſſitas rupit. Vxori enim meæ audita morte aui, uolenti ad amitam ſuam excurrere, uſum eorum negare durum putaui, cum talis officii gratia in celeritate cõſiſteret, ſciremq; te rationem itineris probaturum, cuius cauſſa erat pietas. Hæc ſcripſi, quia mihi parum gratus tibi forè uidebar, ſi diſſimulaſſem inter alia beneficia hoc unum, quod me debere ſciebam indulgentiæ tuæ, quod fiducia eius, quaſi conſulto te non dubitaui facere, quem ſi conſuluiſſem ſero feciſſem.

TRAIANVS PLINIO.

m Erito habuiſti Secunde cariſſime fiduciam animi mei, nec dubitandum fuiſſet, ſi expectaſſes, donec me conſuleres, an iter uxoris tuæ diplomatibus, quæ officio tuo dedi, adiuuandum eſſet uſum eorum itentio ninõ profuiſſe, cũ apud amitã ſuã uxor tua deberet ẽt celeritate gratiam aduẽtus ſui augere.

C. PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS INITVRI NOVVM CONSVLATVM PANEGYRICVS TRAIANO AVGVSTO DICTVS.

Bene, ac ſapiēter Patres. C. maiores inſtituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initi-
b um a precationibus caperetur, quod nihil rite, nihil'q; prouidenter homines ſine deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur. Qui mos, cui potius, quam conſuli? aut quando magis uſurpandus, colendus'q; eſt, quàm cū imperio Senatus, autoritate Reip. ad agendas optimo principi gratias excitamur? Quod enim præſtabilius eſt, aut pulchrius munus deorum, quàm caſtus, et ſanctus, et diis ſimillimus princeps? Ac ſi adhuc dubium fuiſſet, forte, caſu'q; rectores terris, an aliquo numine darentur, principem tamen noſtrum liqueret diuinitus conſtitutum. Non enim occulta poteſtate fatorum, ſed ab Ioue ipſo corā, ac palàm repertus, electus eſt. Quippe inter aras, et altaria, eodem'q; loco, quem deus ille tam manifeſtus, ac præſens, quam cœlum, ac ſydera inſedit. Quo magis aptum, pium'q; eſt, te Iupiter optime antea conditorem, nunc conſeruatorē imperii noſtri precari, ut mihi digna conſule, digna Senatu, digna Pri-

cipe contingat oratio, utq; omnibus, quæ dicentur a me, libertas, fides, ueritas, conſtet, tantumq; a ſpecie adulationis abſit gratiarũ actio mea, quantum abeſt a neceſſitate. Equidem non conſuli modo, ſed omnibus ciuibus enitendum reor, nequid de principe noſtro ita dicant, ut idem illud de alio dici potuiſſe uideatur. Quare abeãt, ac recedant uoces illæ, quas metus exprimebat. Nihil, quale ante, dicamus. nihil enim, quale antea, patimur. Nec eadem de principe, quæ prius prædicemus. neq; enim eadem ſecreto loquimur, quæ prius. Diſcernatur orationibus noſtris diuerſitas temporum, et ex ipſo genere gratiarum agendarum ĩtelligatur, cui, quando ſint hactenus ut deo, nunc nuſquam, ut numini, blãdiamur. nõ enim de tyranno, ſed de ciue, non de domino, ſed de parẽte loquimur. Vnum ille ſe ex nobis, et hoc magis excellit, atq; eminet, q unum ex nobis putat, nec minus hominẽ ſe, quàm hominibus præeſſe meminit. Intelligamus ergo bona noſtra, dignosq; nos, illius uſu probemus, atq; identidem cogitemus, ſi maius principibus præſtemus obſequium, qui ſeruitute ciuium, quã qui libertate lætantur. et Populus quidẽ Romanus dilectum principem ſeruat, quantoq; pualoante concentu formoſum alium, hunc fortiſſimum perſonat, quibusq; aliquando clamoribus geſtum alterius, & uocem, huius pietatem, abſtinentiam, manſuetudinem laudat. Quid nos ipſi? diuinitatem pricipis noſtri, an humanitatem, temperantiam, facilitatem, ut amor et gaudiũ tulit, celebrare uniuerſi ſolemus? Iam quid tam ciuile, tam ſenatorium, quàm illud additũ a no-

bis optimi cognomen? quod peculiare huius, et proprium, arrogantia priorum principum fecit. Enimuero quam cõmune, quam ex æquo, quod felices nos felicem illũ prædicamus, alternisq; uotis hæc faciat, hæc audiat, quaſi non dicturi niſi fecerit, comprecamur. Ad quas ille uoces lachrymis etiã, ac multo pudore ſuffunditur. Agnoſcit eni, ſentitq; ſibi, nõ principi dici. Igitur quod temperamentũ omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoq;, meditatiq; teneamus, ſciamusq; nullũ eſſe neq; ſyncerius, neq; acceptius genus gratiarum, quàm quod illas acclamationes æmulemur, quæ fingendi non habent tẽpus. Quantum ad me attinet, laborabo, ut orationem meam ad modeſtiam principis, moderationemq; ſubmittam, nec minus conſyderabo quid aures eius pati poſſint, quàm q̃d uirtutibus debeatur. Magna et inuſitata principis gloria, cui gratias acturus, nõ tam uereor, ne me in laudibus ſuis parcum, quam ne nimium putet. Hæc me cura, hæc difficultas ſola circunſtat. Nam merenti gratias agere, facile eſt Patres C. non enim periculum eſt, ne cum loquar de humanitate, exprobrari ſibi ſuperbiam credat. cum de frugalitate, luxuriam. cum de clementia, crudelitatem. cum de liberalitate, auaritiam. cum de benignitate, liuorem. cum de continentia, libidinem. cum de labore, inertiã. cum de fortitudine, timorem. Ac ne illud quidem uereor, ne gratus, ingratus ue uidear, prout ſatis, aut parum dixero. Animaduerto enim etiam deos ipſos non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentia, et ſanctitate lætari, gratio-

remq; exiſtimari, qui delubris eorũ puram, caſtãq; mentem, quàm qui meditatum carmen intulerit. Sed parendum eſt SENATVSCONSVLTO, quod ex utilitate publica placuit, ut conſulis uoce ſub titulo gratiarum agendarum, boni principes, quæ facerent, recognoſcerent, mali, quæ facere deberent. Id nunc eo magis ſolenne, ac neceſſarium eſt, quod parens noſter priuatas gratiarum actiones cohibet, et comprimit, interceſſurus etiam publicas, ſi permitteret ſibi uetare, quod Senatus iuberet. Vtrũq; Cæſar Auguſte moderate, et quod alibi tibi gratias agi non ſinis. & quod hic ſinis. non enim a teipſo tibi honor iſte, ſed ab agentibus habetur. cedis affectibus noſtris. nec nobis munera tua prædicare, ſed audire tibi, neceſſe eſt.

Sæpe ego mecũ. P. C. tacitus agitaui, qualem, quantumq; eſſe oporteret, cuius ditione, nutuq; maria. terræ, pax, bella gerantur, cum interea fingenti, formantiq; mihi principem, quem æquata dijs immortalibus poteſtas deceret, nunquam uoto ſaltem concipere ſuccurrit ſimilem huic, quem uidemus. Enituit aliquis in bello, ſed obſoleuit in pace, alium togæ, ſed non & arma honeſtarunt. reuerentiã ille terrore, alius amorem humanitate captauit. ille quæſitam domi gloriã in publico, hic in publico partam, domi perdidit, Poſtremo adhuc nemo extitit, cuius uirtutes nullo uitiorum confinio læderentur. At Principi noſtro quanta concordia, quantusq; concentus omnium laudum, omniſq; gloriæ cõtigit, ut nihil ſeueritati eius hilaritate, nihil grauitati ſimplicitate, nihil maieſtati humanitate detrahatur. Iam firmitas, iam proceritas corpo-

ris, iam honor capitis, et dignitas oris ad hoc ætatis in deflexa maturitas, nec ſine quodam munere deûm feſtinantis ſenectutis inſignibus ad augendam maieſtatem ornata cæſaries, nón ne longe, lateq; principẽ oſtentant? Talem eſſe oportuit, quem non bella ciuilia, nec armis oppreſſa Reſp. ſed pax et adoptatio, & tandem exorata terris numina dediſſent. An fas erat nihil differre inter imperatorem, quem homines & quem Dii feciſſent? Quorum quidem in te Cæſar iudicium et fauor tunc ſtatim, cum ad exercitum proficiſcereris, et quidem inuſitato enituit. Nam cæteros principes aut largus cruor hoſtiarum, aut ſiniſter uolatus auium conſulentibus nuntiauit, Tibi aſcendenti de more capitolium, quanquam non id agentium ciuium clamor, ut iam principi occurrit. Siquidẽ omnis turba, quæ limen inſederat, ad ingreſſum tuum foribus recluſis, iam quidem ut tunc arbitrabatur deum, cæterum ut docuit euentus, te conſalutauit imperatorem, nec aliter a cunctis omen acceptum eſt. nã ipſe intelligere nolebas. recuſabas enim imperare, recuſabas, quod bene erat imperaturo. Igitur cogendus fuiſti. cogi porro non poteras, niſi periculo Patriæ, et mutatione Reip. obſtinatum enim tibi non ſuſcipere imperium, niſi ſeruandum fuiſſet. Quare ego illum ipſum furorem, motumq; caſtrenſem reor extitiſſe, quia magna ui, magnoq; terrore modeſtia tua uincenda erat. At ſicut maris, cœliq; temperiem turbines, tempeſtatesq; commendant, ita ad augendam pacis tuæ gratiam, illum tumultum præceſſiſſe crediderĩ. Habet has uices cõditio mortalium, ut aduerſa ex ſecũ=

dis, ex aduerſis ſecunda noſcantur. Occultat utrorumq; ſemina deus, et plerunq; bonorum, malorumq; cauſæ ſub diuerſa ſpecie latent. Magnũ quidẽ illud ſeculo dedecus, magnum Reip. uulnus impreſſum eſt. Imperator, et parens generis humani obſeſſus, captus, iclusus, ablata mitiſſimo ſeni ſeruãdorũ hoĩum poteſtas, ereptũq; principi illud in principatu beatiſſimũ, quod nihil cogitur. Si tamen hæc ſola erat ratio, quæ te publicæ ſalutis gubernaculis admoueret, prope eſt, ut exclamẽ tanti fuiſſe. Corrupta ẽ diſciplina caſtrorũ, ut tu corrector, emẽdatorq; cõtingeres. inductum peſſimum exemplũ, ut optimum opponeretur. Poſtremo coactus princeps, quos nollet occidere, ut daret principẽ, qui cogi non poſſet. Olim tu quidem adoptari merebare, ſed neſciſſemus, quantum tibi deberet imperiũ, ſi ante adoptatus eſſes. Expectatum eſt tempus, in quo liqueret, nõ tam accepiſſe te beneficiũ, quàm dediſſe. Cõfugit in ſinum tuũ concuſſa Reſp. ruensq; imperium ſuper imperatorẽ imperatoris tibi uoce delatũ eſt. Imploratus adoptione, et accitus es. Vt olim duces magni a peregrinis, externisq; bellis ad opẽ patriæ ferẽdam reuocari ſolebant, ita filius, ac parens uno, eodemq; momento rẽ maximam inuicem præſtitiſtis. Ille tibi imperiũ dedit, tu illi reddidiſti. Solus ergo adhuc, qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti, immo ultra dantem obligaſti. communicato enim imperio ſolicitior tu, ille ſecurior factus eſt. O nouũ, atq; inauditũ ad principatum iter, nõ te propria cupiditas, proprius metus, ſed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. Vi-

dearis licet, quod eſt ampliſſimũ, conſecutus inter homines, felicius tamẽ erat illud, quod reliquiſti, ſub bono principe priuatus eſſe deſiiſti. aſſumptus es in laborum, curarumq́; conſortium, nec te læta, et proſpera ſtationis iſtius, ſed aſpera, et dura ad capeſſendã eam compulerunt. Suſcepiſti imperiũ, poſtquã aliũ ſuſcepti pœnitebat. Nulla adoptati cũ eo, qui adoptabat cognatio, nulla neceſſitudo, niſi quod uterq; optimus erat, dignusq́; alter eligi, alter eligere. Itaq; adoptatus es, non ut prius alius, atq; alius in uxoris gratiã. Adſciuit enim te filiũ non uitricus, ſed princeps, eodemq́; animo diuus Nerua pater tuus factus ẽ, quo erat omnium. nec decet aliter filium adſumi, ſi adſumatur a principe. An S. P. Q. Romani. exercitus, prouincias, ſocios trã ſmiſſurus uni, ſucceſſorem ẽ ſinu uxoris accipias? ſummæq́; poteſtatis hæredem tantum intra domum tuam quæras, non per totam ciuitatem circunferas oculos? et hunc tibi proximum, hunc coniũctiſſimum exiſtimes, quem optimum, quẽ diis ſimillimum ìueneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. non enim ſeruulis tuis dominũ, ut poſſis eſſe cõtentus, quaſi neceſſario hærede, ſed principem ciuibus daturus imperator. Superbum iſtud, et regium, niſi adoptes eum, quem conſtet imperaturũ fuiſſe, etiam ſi nõ adoptaſſes. Fecit hoc Nerua, nihil intereſſe arbitratus genueris, an elegeris, ſi peride ſine iudicio adoptentur liberi, ac naſcuntur, niſi tamen, quod æquiore animo ferunt homines quem princeps parum feliciter genuit, quàm quem male elegit. Sedulo ergo uitauit hũc caſum nec iudicio hominum, ſed

deorum etiam in cõſilium adſumpſit. Itaq; non tua in cubiculo, ſed in templo, nec ante genialem torum, ſed ante puluinar Iouis Opt. Max. adoptio peracta eſt, qua tandem non ſeruitus noſtrá, ſed libertas, et ſalus, et ſecuritas fundabatur. Sibi enim dii gloriam illam uendicauerunt. horum opus, horum illud imperium. Nerua tamen miniſter fuit. Vterq;, qui adoptaret tã paruit quã tu, qui adoptabaris. Allata erat ex Pannonia laurea, id agentibus diis, ut inuicti imperatoris exortum uictoriæ inſigne decoraret. Hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, cum repente ſolito maior, et auguſtior aduocata hominum concione, deorumq́; te filium ſibi, hoc eſt unicum auxiliũ feſſis rebus adſumpſit. Inde quaſi depoſito imperio, qua ſecuritate? qua gloria lætus? nam quantulum refert, deponas, an partiaris imperiũ, niſi quod difficilius hoc eſt. non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe, patriamq́; ſuſtentans, tua iuuẽta, tuo robore inualuit. Statim conſedit omnis tumultus. Nõ adoptionis opus iſtud fuit, ſed adoptati, atq; adeo temere fecerat Nerua, ſi adoptaſſet aliũ. Obliti ne ſumus, ut nuper poſt adoptionem nõ deſierit ſeditio, ſed cœperit? irritamentum iſtud irarum, et fax tumultus fuiſſet, niſi incidiſſet in te. An dubium eſt, ut dare nõ poſſet imperium imperator, qui reuerentiam amiſerat? Autoritate eius effectum eſt, cui dabatur. Simul filius, ſimul Cæſar, mox imperator, et conſors tribunitiæ poteſtatis, et omnia pariter, et ſtatim factus es, quæ proxime parens uerùs, tantum in alterum filiũ cõtulit. Magnum hoc tuæ moderationis indiciũ, quod

non ſolum ſucceſſor imperii, ſed particeps etiam, ſocius'q; placuiſti. nam ſucceſſor etiam ſi nolis habēdus eſt, non eſt habendus ſocius, niſi uelis. Credent ne poſteri patritio et conſulari et triumphali patre genitum, cum fortiſſimum, ampliſſimum, amantiſſimum ſui exercitum regeret, imperatorem nō ab exercitu factum? eidē cum Germaniæ præſideret, germanici nomen hinc miſſum? nihil ipſum, ut īperator fieret agitaſſe? nihil feciſſe, niſi quod meruit, et paruit? Paruiſti enim Cæſar, et ad principatum obſequio perueniſti, nihil'q; magis a te ſubiecti animi factum eſt, q̄ quod imperare cœpiſti. Iam Cæſar, iam imperator, iam Germanicus abſens, et ignarus, et poſt tanta nomina, quantum ad te pertinet priuatus. Magnum uideretur, ſi dicerem, neſciſti te imperatorem futurum. eras imperator, et eſſe te neſciebas. Vt uero ad te fortunæ tuæ nuntius uenit, malebas quidem hoc eſſe, quod fueras, ſed non erat liberum. An non obſequereris principi ciuis, legatus imperatori, filius patri? Vbi deinde diſciplina? ubi mos a maioribus traditus, quodcunq; imperator munus iniungeret, æquo animo, paratoq; ſubeundi? Quid enim ſi prouincias ex prouinciis, ex bellis bella mandaret? eodem illo uti iure, cum ad imperium reuocet, quo ſit uſus, cum ad exercitum miſerit, nihil'q; intereſſe ire legatum, an redire principem iubeat, niſi quod maior ſit obſequii gloria i eo, quod quis minus uelit. Augebat autoritatē iubentis, in ſummum diſcrimē autoritas eius adducta, ut'q; magis parendum imperanti putares, efficiebatur eo, quod ab aliis minus parebatur. Ad hoc audiebas Senatus, po

puliq; conſenſum· Non unius Neruæ iudicium illud, illa electio fuit· nã, qui ubiq; ſunt, homines· hoc idẽ uotis expetebant· ille tantum iure principis occupauit, primusq́; fecit, quod omnes facturi erãt· nec Hercule tantoopere cũctis factum placeret, niſi placuiſſet ante, quam fieret· At quo temperamento, Di boni poteſtatem tuam, fortunamq́; moderatus es? imperator tu titulis e imaginibus, et ſignis, cæterum modeſtia, labore, uigilantia, dux, et legatus, et miles, cum iam tua uexilla, tuas aquilas magno gradu anteires, neq; aliud tibi ex illa adoptione, quam filii pietatẽ, filii obſequium adſereres, longamq́; huic nomini ætatem, longamq́; gloriam precarere· Te prouidentia deorũ primum in locum prouexerat, tu adhuc in ſecundo reſiſtere, atq; etiã ſeneſcere optabas· Priuatus tibi uidebaris, quandiu imperator, et alius eſſet· Audita ſunt uota tua, ſed inquantum optimo illi, et ſanctiſſimo ſeni utile fuit, quem dii cælo uendicauerunt, nequid, poſt illud diuinum, et immortale factum, mortale faceret. Deberi quippe maximo operi hanc uenerationem, ut nouiſſimum eſſet, autoremq́; eius ſtatim conſecrandum, ut quandoq; inter poſteros quæreretur, an illud iam deus feciſſet· Ita ille nullo magis nõmine publicus parens, quàm quia tuus, igens gloria, ingensq́; fama, cum abunde expertus eſſet, quam bene humeris tuis ſederet imperiũ, tibi terras, te terris reliquit, eo ipſo carus omnibus, ac deſyderandus, quod proſpexerat, ne deſyderaretur· Quem tu lachrymis primũ ita, ut filiũ decuit, mox templis honeſtaſti, nõ imitatus illos, qui hoc idem, ſed alia mente fecerunt·

Dicauit cœlo Tiberius Auguſtũ, ſed ut maieſtatis numen induceret, Claudium Nero, ſed ut irrideret, Veſpeſianum Titus, Domitianus Titum, ſed ille, ut Dei filius, hic ut frater uideretur. Tu ſyderibus patrem intuliſti, non ad metum ciuium, non in contumeliã numinum, nõ in honorem tuum, ſed quia Deum credis. Minus eſt hoc, cum ſit ab iis, qui et ſeſe deos putant. Sed licet illum aris, puluinaribus, flamine colas, nõ alio magis tamen Deũ et facis, et probas, quàm quod ipſe talis es. in principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, una, itemq́; certiſſima diuinitatis fides eſt bonus ſucceſſor. Num ergo tibi ex ĩmortalitate patris aliquid arrogantiæ acceſſit? Num hos proximos diuinitate parentum deſides, ac ſuperbos potius, q̃ illos ueteres, & antiquos æmuleris, qui hoc ipſum imperium peperere, quod modo hoſtes inuaſerant, contempſerantq́; cuius pulſi, fugatiq́; non aliud maius habebatur indicium, quàm ſi triumpharetur. Ergo ſuſtulerant animos, et iugum excuſſerant, nec iã nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabãt, ac ne inducias quidẽ niſi æquis cõditionibus inibãt, legesq́; ut acciperent, dabant. At nunc rediit omnibus terror, et metus, et uotum imperata faciendi. uidert enim Romanum ducem unum ex illis ueteribus, et priſcis, quibus imperatorium nomen addebant, cõtecti cædibus campi, et infecta uictoriis maria. accipimus obſides ergo, non eminus, nec ingentibus damnis, immenſiſq́; muneribus paciſcimur, ut uicerimus, rogant, ſupplicant, largimur, negamus, utrunq; ex imperii maieſtate. Agunt gratias, qui impetrauerunt,

non audent queri, quibus negatum eſt. An audeant? qui ſciant te adſediſſe ferociſſimis populis eo ipſo tempore, quod amiciſſimum illis, difficillimum nobis, cũ Danubius ripas gelu iũgit, duratusq; glacie ingentia tergo bella tranſportat, cum feræ gentes non telis magis, quàm ſuo cœlo, ſuo ſydere armantur. Sed ubi ĩ proximo tu, non ſecus, ac ſi mutatæ temporum uices eſſent. illi quidem latibulis ſuis clauſi tenebantur, noſtra agmina percurſare ripas, et aliena occaſiõe ſi permitteres uti, ultroq; hyemem ſuam barbaris inferre gaudebãt. Hæc tibi apud hoſteis ueneratio, qd apud milites? quàm admirationem quemadmodum comparaſti? cum tecum inediam, tecum ferrent ſitim, cũ in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium puluerẽ, ſudoremq; miſceres, nihil a cæteris niſi robore, ac præſtantia differens, cum libero Marte nunc cõminus tela librares, nunc uibrata ſuſciperes, alacer uirtute militum & lætus, quoties aut caſſidi tuæ, aut clypeo grauior ictus incideret, laudabas quippe feriẽteis, hortabarisq;, ut auderent, et audebant iam, cum ſpectator, moderatorq; ineuntium certamina uirorum arma componeres, tela tentares, ac ſiquid durius accipienti uideretur, ipſe uibrares.

Quid cum ſolatiũ feſſis, ægris opem ferres? Nõ tibi moris tua inire tentoria, niſi cõmilitonum ante luſtraſſes, nec requiẽ corpori, niſi poſt omneis dare. Hac mihi admiratione dignus Imperator nõ uideretur, ſi inter Fabricios, et Scipiones, et Camillos talis eſſet. tunc enim illũ imitationis ardor, ſemperq; melior aliquis accenderet. poſtquam uero ſtudiũ armorum a mani-

bus ad oculos, ad uoluptatem a labore tranſlatū eſt, poſtquam exercitationibus noſtris non ueteranorum aliquis, cui decus muralis, aut ciuica, ſed græculus magiſter adſiſtit. quam magnum eſt ex oībus patrio more, patria uirtute lætari, et ſine æmulo, ac ſine exēplo ſecum certare, ſecum cōtendere, ac ſicut imperat ſolus, ſolum ita eſſe, qui debeat īperare. Nónne in cunabula hæc tibi Cæſar, et rudimēta, cum puer admodū parthica lauro gloriā patris augens, nomenq; Germanici iā tum mererere, cū ferociā, ſuperbiāq; Parthorum ex proximo auditus, magno terrore cohiberes? Rhenumq́;, et Euphraten admirationis tuæ fama coniungeres? cum orbem terrarum non pedibus magis, quàm laudibus peragrares? apud eos ſemper maior, et clarior, quibus poſtea cōtigiſſes? et necdum imperator, necdū Dei filius eras. Germaniamq́; cū plurimæ gētes, ac prope infinita uaſtitas interiacentis ſoli, tum Pyrenæus, alpes, īmenſiq́; alii mōtes, niſi his compararentur muniunt, dirimuntq́;. per hoc omne ſpatium cum legiones duceres, ſeu potius (tanta uelocitas erat) raperes, non uehiculum unquam, nō equū reſpexiſti. leuis hic, non ſubſidium itineris, ſed decus, et cū cæteris ſubſequebatur; ut cuius nullus tibi uſus, niſi cum die ſtatiuorum proximum campum alacritate, diſcurſu, puluere attolleres. Initium laboris mirer, an finem? multum eſt, quod perſeueraſti, plus tamen, quod non timuiſti, ne perſeuerare nō poſſes. Nec dubito, quin ille, qui te inter illa Germaniæ bella ab Hiſpania uſq;, ut ualidiſſimū præſidium exauerat, iners ipſe, alienisq́; uirtutibus tunc quoq; īuidus Im

perator, cum ope earum indigeret, tantam admiratione tui non ſine quodam timore conceperit, quantam ille genitus Ioue poſt labores, duraq; imperia regi ſuo indomitus ſemper, indefeſſusq; referebat, cum aliis ſuper alias expeditionibus itinere illo dignus inuenireris. Tribunus uero diſiūctiſſimas terras tenc ris adhuc annis uiri firmitate luſtraſti, iam tunc præmonente fortuna, ut diu penitus perdiſceres, quæ mox præcipere deberes. Neq; enim proſpexiſſe caſtra, breuemq; militiam quaſi tranſiſſe contentus, ita egiſti tribunum, ut eſſe ſtatim dux poſſes, nihilq; diſcendum haberes tempore docendi. Cognouiſti per ſtipendia decem mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum, & diuerſam aquarum, cœliq; temperiem, ut patrios fontes, patriumq; ſydus ferre conſueſti, quoties equos, quoties emerita arma mutaſti. Veniet ergo tempus, quo poſteri uiſere, uiſendum tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnum ſaxa prætexerint, quod deniq; tectum magnus hoſpes impleueris, ut tunc ipſi tibi ingentium ducum ſacra ueſtigia iiſdem in locis monſtrabantur. Verum hæc olim, in præſentia quidem quiſquis paulo uetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. quotus enim quiſq;, cuius tu non ante commilito, quàm imperator? Inde eſt quod prope omnes nomine appellas. quod ſingulorum fortia facta commemoras hæc habent ad numeranda tibi pro R ep. uulnera, quibus ſtatim laudator et teſtis cōtigiſti. Sed magis prædicanda moderatio tua, quod innutritus bellicis laudibus, pacem amas,

amas, nec quia uel pater tibi triumphalis, uel adoptionis tuæ die dicata capitolino Ioui laurus, icirco ex occaſione omni quæris triumphos. Nó times bella, nec prouocas. Magnum eſt imperator Auguſte, magnum eſt, ſtare in Danubii ripa ſi tranſeas certũ triumphi, nec decertare cupere cum recuſantibus, quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. nam ut ipſe nolis pugnare, moderatio, fortitudo tua præſtat, ut neq; hoſtes tui uelint. accipiet ergo aliquando capitolium nó inaneis currus, nec falſæ ſimulacra uictoriæ, ſed imperatore ueram, ac ſolidã gloriam reportante, tranquilitatem, et tamen confeſſa hoſtium obſequia, ut uincendus nemo fuerit. pulchrius hoc oībus triumphis. neq; enim unquã niſi ex contemptu imperii noſtri factum eſt, ut uinceremus. Quod ſi quis barbarus Rex eó inſolentiæ, furorisq; proceſſerit, ut iram tuã, indignationemq; mereatur, næ ille ſiue interfuſo mari, ſeu fluminibus immẽſis, ſeu præcipiti monte defenditur, omnia hæc tam prona, támq; cedentia uirtutibus tuis ſentiet, ut ſubſediſſe monteis, flumina exaruiſſe, interceptũ mare, illatasq; non claſſeis noſtras, ſed terras ipſas arbitretur. Videor iam cernere non ſpoliis prouinciarum, & extorto ſociis auro, ſed hoſtilibus armis, captorumq; regum cathenis triumphum grauem. Videor ingentia ducũ nomina, nec indecora nominibus corpora uocitare. Videor intueri in manibus ſequẽtem, mox ipſum te ſublimem, inſtantemq; curru domitarum gentium tergo, ante currũ autem clypeos, quos ipſe perfoderis. Nec tibi opima defuerint, ſi quis regum uenire in manus

audeat, nec modo telorum tuorum, ſed etiam oculorum, minarumq́; coniectum toto campo, totoq́; exercitu oppoſito perhorreſcat. Meruiſti proxima moderatione, ut quandocunq; te uel inferre, uel propulſare bellum coegerit imperii dignitas, non ideo uiciſſe uidearis, ut triumphares, ſed triumphare, quia uiceris. Aliud ex alio mihi occurrit. quā ſpecioſum eſt enim, quod diſciplinā caſtrorū lapſam, extinctamq́; refouiſti, depulſo prioris ſeculi malo inertia, et contumacia, et dedignatione parendi? Tutum eſt reuerentiam, tutum caritatem mereri. nec ducū quiſquam aut non amari a militibus, aut amari timet. et inde offenſæ, gratiæq; pariter. ſecuri inſtant operibus, adſunt exercitationibus, arma, mœnia, uiros aptant. quippe non is princeps, qui ſibi imminere, ſibi intendi putet, quod in hoſtes paretur. quæ perſuaſio fuit illorum, qui hoſtilia cum facerent, timebant. Eodem ergo tempore militaria ſtudia, nec animos modo, ſed et corpora ipſa langueſcere, gladios etiam incuria hebetari, retundiq́; gaudebant. Duces porro noſtri nón tam regum cæterorum, quam ſuorum principum inſidias, nec tam hoſtium, quàm commilitonum manus, ferrumq́; metuebant. Eſt hæc natura ſyderibus, ut parua, et exilia ualidorū exortus obſcuret, ſimiliter imperatoris aduentu legatorum dignitas inumbratur. tu tamen maior omnibus quidem eras, ſed ſine ullius diminutione maior, eandem autoritatem præſente te quiſq;, quam abſente retinebat. quin etiā pleriſq; ex eo reuerentia acceſſerat, quod tu quoq; illos reuereba re. Itaq; perinde ſummis, atq; infimis carus, ſic impe

ratorem, cōmilitonemq́; miſcueras, ut ſtudium oīum,
laboremq́; et tanquam exactor intenderes, et tanquā
particeps, ſociusq́; releuares. Felices illos, quorum fi
des, et induſtria, non per internuntios, et interpretes,
ſed ab ipſo te, nec auribus tuis, ſed oculis probantur.
conſecuti ſunt, ut abſens quoq; de abſentibus nemini
magis, quàm tibi crederes. Iam te ciuiū deſyderia re
uocabant, amoremq́; caſtrorū ſuperabat caritas pa-
triæ. iter inde placidum, ac modeſtum, ut planè a pa
ce redeūtis. Nec uero ergo in laudibus tuis ponam,
quod aduentum tuum non pater quiſquam, non ma
ritus expauit. affectata aliis caſtitas, tibi ingenita, &
innata, iterq́; ea, quæ imputare nō poſſis. Nullus in
exigendis uehiculis tumultus, nullum circa hoſpitia
faſtidium. annona, quæ cæteris. Ad hoc comitatus
accinctus, et parens. Diceres magnum aliquē ducem,
ac te potiſſimum ad exercitus ire. adeo nihil, aut certe
parū intererat inter imperatorē factum, et breui fu
turū. Quam diſſimilis nuper alterius principis trā
ſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cum
abactus hoſpitum exerceret, omniaq́; dextra, leuaq́;
peruſta, et attrita, ut ſi uis aliqua, uel ipſi illi barba
ri, quos fugiebat, inciderent. Perſuadendum prouin
ciis erat, illud iter Domitiani fuiſſe, non principis.
itaq; non tam pro tua gloria, quàm pro utilitate cō-
muni edicto ſubiecisti, quid in utrunq; ueſtrum eſſet
impenſum. Adſueſcat imperator cum imperio calcu
lum ponere. ſic exeat, ſic redeat, tanquan rationem
redditurus, edicat, quid abſumpſerit, ita fiet, ut non
abſumat, quod pudeat dicere. Præterea futuri princi

pes uelint, nolint, ſciant, tantum conſtat, propoſitisq́; duobus exemplis meminerint, perinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc, uel illud elegerint. Nóne his tot, tantisq́; meritis nouos aliquos honores, nouos titulos merebare? at tu etiam nomen Patris patriæ recuſabas. Quam longa nobis cũ modeſtia tua pugna, quã tarde uicimus. Nomẽ illud, quod alii primo ſtatim principatus die imperatoris et Cæſaris receperunt, tu uſq; eò diſtuliſti, donec tu quoq; beneficiorum tuorum parciſſimus æſtimator iã te mereri fatereris. Itaq; ſoli omnium contigit tibi, ut Pater patriæ eſſes ante, quã fieres. Eras enim in animis, in iudiciis noſtris, nec publicæ pietatis itererat, qd uocarere, niſi quod igrata ſibi uidebatur, ſi te imperatorem potius uocaret, et Cæſarem, cum Patrem experiretur. Quod quidem nomen, qua benignitate, qua indulgentia exerces? ut cum ciuibus tuis, quaſi cũ liberis parens uiuis? Vt reuerſus imperator, qui priuatus exieras, agnoſcis, agnoſceris? eoſdem nos, eundẽ te putas, par omnibus, et hoc tantum cæteris maior, quo melior. Ac primũ, qui dies ille, quo expectatus, deſyderatusq́; urbẽ tuã ingreſſus es? Iam hoc ipſum, quod ingreſſus es, quàm mirum, lætumq́;? nam priores inuehi, et importari ſolebant, non dico quadriiugo curru, et albentibus equis, ſed humeris hominum, quod arrogantius erat. Tu ſola corporis proceritate elatior aliis, et excelſior, non de patiẽtia noſtra quẽdam triumphum, ſed de ſuperbia principum egiſti. Ergo non ætas quẽquam, non ualetudo, non ſexus retardauit, quo minus oculos iſolito ſpectaculo imple-

ret. Te paruuli noſcere, oſtẽtare iuuenes, mirari ſe nes, ægri quoq; neglecto medentium imperio, ad con ſpectum tui, quaſi ad ſalutem, ſanitatemq; prorepere. Inde alii ſe ſatis uixiſſe, te uiſo, te recepto. alii nunc magis eſſe uiuẽdum prædicabant. Fœminas etiã tũc fœcunditatis ſuæ maxima uoluptas ſubiit, cum cerne rent, cui principi ciues, cui imperatori milites peperiſ ſent. Videres referta tecta, ac laborantia, ac ne eũ quidem uacantem locum, qui non niſi ſuſpenſum, et inſtabile ueſtigiũ caperet, oppletas undiq; uias, anguſtumq; tramitem relictum tibi, alacrem hinc atq; inde populum, ubiq; par gaudium, paremq; clamorem; tam æqualiter ab omnibus ex aduentu tuo læti tia percepta eſt, quàm omnibus uenisti, quæ tamen ipſa cum ingreſſu tuo creuit, ac prope in ſingulos gra dus adaucta eſt. Gratum erat cunctis, quod Senatũ oſculo exciperes, ut dimiſſus oſculo fueras, gratum, quod equeſtris ordinis decora honore nominum ſine monitore ſignares, gratum, quod tantum ultro clientibus ſalutatis quaſdã familiaritatis notas adderes, gratius tamen, quod ſenſim, et placide, et quantum re ſpectantium turba pateretur, incederes, quod occurſan tium populus te quoq;, te imo maxime, aſtaret, quod primo ſtatim die latus tuũ crederes omnibus. neq;.n. ſtipatus ſatellitum manu, ſed circunfuſus undiq;, nũc Senatus, nũc equeſtris ordinis flore, prout alterutrũ frequentiæ genus inualuiſſet. ſilenteis, quietoſq; lictores tuos ſubſequebare. nam milites nihil a Plebe habitu, trãquilitate, modeſtia differebant. Vbi uero cœ piſti capitolium aſcendere, quàm læta omnibus ado-

ptionis tuæ recordatio? quàm peculiare gaudium eorum, qui te primi eodem loco ſalutauerunt imperatorem? quinetiam Deum ipſum tuum præcipuam uoluptatem operis ſui percœpiſſe crediderim. Vt quidẽ iiſdem ueſtigiis inſtitiſti, quibus parens tuus, ingens illud deorum prolaturus arcanum, quæ circunſtantiũ gaudia? quàm recens clamor? quàm ſimilis illi dies, q̃ hunc genuit diem? ut plena altaribus? auguſta uictimis cuncta? ut in unius ſalute collata omnium uota, cum ſibi ſe, ac liberis ſuis intelligerent precari, quæ pro te precarentur. Inde tu in palatium quidem, ſed eo uultu, ſed ea moderatione, ut ſi priuatã domũ peteres, cæteri ad penates ſuos, quiſq; iteraturus gaudii fidem, ubi nulla neceſſitas gaudendi eſt. Onerasſet alium eiuſmodi introitus, tu quotidie admirabilior, et melior. Talis deniq;, quales alii principes futuros ſe tantũ pollicẽtur. Solum ergo te cõmendat, augetq́; temporis ſpatium. iunxiſti enim, ac miſcuiſti res diuerſiſſimas, ſecuritatem olim imperantis, et incipientis pudorem. Non tu ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis, nec oſculum manu reddis. Manet imperatori, quæ prior humanitas. Incedebas pedibus, incedis, lætabaris labore, lætaris, eademq́; omnia illa circa te, nihil ipſo te fortuna mutauit. liberum eſt ingrediente per publicum principe, ſubſiſtere, occurrere, comitari, præterire. Ambulas inter nos, nõ quaſi contingat, et copiam tui, nõ ut ĩputes, facis. Hæret lateri tuo quiſquis acceſſit, finemq́; ſermoni ſuus cuiq; pudor, non tua ſuperbia facit. Regimur quidem a te, et ſubiecti tibi, ſed quemadmodum legibus ſumus. Nam &

illæ cupiditates noſtras, libidineſq; moderantur, nobiſcum tamen & inter nos uerſantur. Emines, excellis, ut honor, ut poteſtas, quæ ſuper homines quidem, hominum ſunt tamen. Ante te principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant. Illos ergo humeri, ceruiceſq; ſeruorum ſuper ora noſtra, te fama, te gloria, te ciuium pietas ſuper ipſos principes uehunt, te ad ſydera tollit humus, ita cõmunia, et confuſa principis ueſtigia. Nec uereor P.C. ne longior uidear, cum ſit maxime optandũ ut ea, pro quibus aguntur principi gratiæ, multa ſint, quæ quidem reuerentius fuerit, integra, illibataq; cogitationibus ueſtris reſeruari, quam carptim, breuiterq; perſtringi, quia ferè ſequitur, ut illa quidem, de quibus taceas, tanta, quanta ſunt, eſſe uideãtur. Niſi uero leuiter attingi placet, locupletatas trib. datũq; congiariũ populo, et datũ totum, cum donatiui partem milites accepiſſent. An mediocris animi eſt, his potius repræſentare, quib. magis negari poteſt? Quãquam in hac quoq; diuerſitate æqualitatis ratio ſeruata eſt. æquati ſunt enĩ populo milites, eo, quod par tẽ, ſed priores, populus militibus, quod poſterior, ſed totum ſtatim accepit. Enimuero qua benignitate diuiſum eſt? quantæ curæ tibi fuit, nequis expers liberalitatis tuæ fieret? Datum eſt iis, qui poſt edictum tuum, in locum eraſorum ſubditi fuerãt, æquatiq; ſunt cæteris. illi etiam, quibus non erat promiſſum. Negotiis aliqs, ualetudine alius, hic mari, ille fluminibus diſtinebatur, expectatũ eſt, prouiſumq;, nequis æger, nequis occupatus, nequis deniq; longe fuiſſet. ueniret

quiſq; cum uellet, ueniret quiſq; cum poſſet· Magnifi
cum Cæſar, et tuum, diſiunctiſſimas terras munificē
tiæ ingenio uelut admouere, immenſáq; ſpatia libe-
ralitate contrahere, intercedere caſibus, occurſare for
tunæ, atq; omni ope adniti, nequis è plebe Romana
dante congiariū te hominem magis ſentiret ſe fuiſſe, q̄
ciuem· A duētante congiarii die, obſeruare principis
egreſſum in publicum, inſidere examina infantium,
futurus populus ſolebat·labor parentibus erat oſten
tare paruulos, impoſitósq; ceruicibus, adulantia uer
ba, blandáſq; uoces edocere· Reddebant illi, quæ mo
nebantur, ac pleriq; irritis precibus ſurdas principis
aures adſtrepebāt, ignaríq; quid rogaſſent, quid nō
impetraſſent, donec plane ſcirent, differebantur· Tu
ne rogari quidem ſuſtinuiſti· Et quanquā lætiſſimū
oculis tuis eſſet conſpectu Romanæ ſobolis impleri,
omnes tamē ante, quā te uiderēt, adirēntue, recipi,
incidi iuſſiſti, ut iam īde ab īfantia parentē publicū,
munere educationis experirētur· creſcerēt de tuo, qui
creſcerent tibi, alimentíſq; tuis ad ſtipendia tua per-
uenirent, tantúmq; omnes uni tibi, quantum parenti-
bus ſuis quiſq; deberet· Recte Cæſar, quod ſpem Ro-
mani nominis ſumptibus tuis ſuſcipis· Nullum eſt
enim magno principe, īmortalitatémq; merituro im-
pendii genus dignius, q̄ quod erogatur in poſteros· Lo
cupletes ad tollendos liberos ingentia præmia; & pa
res pœnæ cohortantur· Pauperibus educandis una ra
tio eſt, bonus princeps· Hic fiducia ſui procreatos niſi
larga manu fouet, auget, amplectitur, occaſum īperii,
occaſum Reip· accelerat· fruſtra princeps plebe negle

cta, ut defectũ corpore caput, nutaturumq; inſtabili pódere tuetur. Facile eſt cóiectare, quod perceperis gaudium, cum te parentum, liberorum, ſenum, infantium, puerorum clamor exciperet. Hæc prima paruulorum ciuium uox aureis tuas imbuit, quibus tu daturus alimenta hoc maximum præſtitiſti, ne rogarent. Super omnia eſt tamen, quod talis es, ut ſub te liberos tollere libeat, expediat. nemo iam parens filio niſi fragilitatis humanæ uiceis horret, nec inter íſanabileis morbos prícipis ira numeratur. Magnũ quiddam eſt educandi incitamentum tollere liberos in ſpem alimentorum, in ſpem congiariorum, maius tamen in ſpem libertatis, in ſpem ſecuritatis. Atq; adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat, nó alat, dum non occidat, nec deerunt, qui filios concupiſcant. Cõtra largiatur, et auferat, alat, et occidat, næ ille in tam breui tempore effecerit, ut omneis nó poſterorũ modo, ſed ſui, parentumq; pœnitat. Quo circa nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim, quàm quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo. neq; a te liberi ciuium, ut ferarum catuli, ſanguine, et cædibus nutriuntur, quodq; gratiſſimum eſt accipiẽtibus, ſciunt dari ſibi, quod nemini eſt ereptum, locupletatisq; tam multis, pauperiorem eſſe factum principem tantum. quanquam nec hunc quidem. nam cuius eſt, quicquid eſt omnium, tantum ipſe, quantum omnes habet. Alio me uocat numeroſa gloria tua. alio autem? quaſi uero iam ſatis ueneratus, miratusq; ſim, quod tantam pecuniam profudiſti, non ut flagitii tibi conſcius ab inſectatione eius auerteres ſe

mam, nec ut triſtes hominum, mœſtosq́; ſermones lætiore materia detineres, nullam congiario culpam, nullam alimentis crudelitatem redemiſti, nec tibi bene faciendi fuit cauſa, ut quæ male feceras, impune feciſſes, amor impendio iſto, non uenia quæſita eſt, Populusq́; R. obligatus a tribunali tuo, non exoratus receſſit. Obtuliſti enim congiarium gaudentibus gaudens, ſecurusq́; ſecuris, quodq́; antea priapes ad odium ſui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant, id tu tam innocens populo dediſti, quam populus accepit. Paulominus Patres. C. quiq; millia ingenuorum fuerunt, quæ liberalitas principis noſtrī cōquiſiuit, inuenit, adſciuit, hi ſubſidium bellorum, ornamentum pacis, publicis ſumptibus aluntur, patriamq́;, non ut patriam tantum, uerum ut altricem amare condiſcunt. Ex his caſtra, ex his tribus replebuntur, ex his quandoq; naſcentur, quibus alimentis opus non ſit. Dent tibi Cæſar ætatem Dii, quam mereris, ſeruentq́; animum, quem dederunt, & quanto maiorem īfantium turbam, iterum atq; iterum uidebis incidi. (Augetur enim quotidie et creſcit, nō quia cariores parētibus liberi, ſed quia principi ciues) dabis congiaria, ſi uoles, illi tamen propter te naſcuntur. Inſtar ego perpetui congiarii reor affluentiā annonæ, huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriæ, quàm pulſus ambitus campo, exactus hoſtis mari, oriens triumphis, occidensq́; luſtratus. Nec uero ille ciuilius, quàm parens noſter, autoritate, conſilio, fide recluſit uias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit, diuerſasq́; gen-

ters ita commercio miſcuit, ut quod genitum eſſet uſq;, id apud omnes natum eſſe uideretur. Nón ne cernere datur, ut ſine ullius iniuria omnis uſibus noſtris annus exuberet? quippe non ut ex hoſtico raptæ, perituræq; in horreis meſſes nequicquam queritantibus ſocijs auferuntur, deuehunt ipſi, quod terra genuit, quod ſydus aluit, quod annus tulit, nec nouis indictionibus preſſi, ad uetera tributa deficiunt. Emit fiſcus, quicquid uidetur emere, inde copiæ, inde annona, de qua inter licẽtem, uendentemq; conueniat, inde hic ſacietas, nec fames uſquã. Aegyptus alẽdis, augendisq; ſeminibus ita gloriata eſt, ut nihil imbribus cœloq; deberet, ſiquidem proprio ſemper amne perfuſa, nec alio genere aquarum ſolita pigueſcere, quam quas ipſe deuexerat, tantis ſegetibus induebatur, ut cum feraciſſimis terris, quaſi nunquam ceſſura certaret. hæc inopina ſiccitate uſq; ad iniuriã ſterilitatis exaruit, quia piger Nilus cũctanter alueo ſeſe, ac languide extulerat, ingentibus quoq; tunc quidem ille fluminibus conferendus. hinc pars magna terrarum mergi palanti amne conſueta, alto puluere incãduit. fruſtra tunc Aegyptus nubila optauit, cœlũq; reſpexit, cum ipſe fœcunditatis parens contractior, & exilior iiſdem ubertatem eius anni anguſtiis, quibus abundantiam ſuam cohibuiſſet. Neq; enim ſolũ uagus ille expanditur amnis intra uſurpata ſemper collium ſubſtiterat, atq; hæſerat; ſed ſupino etiam, ac detinenti ſolo, placido ſe, molliq; lapſu refugum abſtulerat, nec dum ſatis humentes terras addiderat arentibus. Igitur inundatione, ideſt ubertate re-

gio fraudata, ſic opem Cæſaris inuocauit, ut ſolet amnē ſuum, nec longius illi aduerſorū fuit ſpatiū, quàm dum nuntiat. Tam uelox Cæſar potentia tua eſt, tamq́; in omnia pariter intenta bonitas, et accincta, ut triſtius aliquod ſeculo tuo paſſis ad remediū, ſalutemq́; ſufficiat, ut ſcias. Omnibus equidē gentibus fertiles annos, gratasq́; terras precor, crediderim tamen per hunc Aegypti ſtatum, tuas fortunam uires experiri, tuamq́; uigilantiam expectare uoluiſſe. Nam cum omnia ubiq; ſecunda merearis, nōnne manifeſtū eſt, ſiquid aduerſi cadat, tuis laudibus, tuisq́; uirtutibus materiem, campumq́; proſterni? cùm ſecūda felices, aduerſa magnos probēt. Percrebuerat antiquitus urbem noſtram niſi opibus Aegypti ali, ſuſtentariq́; non poſſe, ſuperbiebat uētoſa, et inſolēs natio, quod uictorem quidem populum, paſceret tamen, quodq́; in ſuo flumine, in ſuis manibus uel abundantia noſtra, uel fames eſſet. Refudimus Nilo ſuas copias, recepit frumenta, quæ miſerat, deportatasq́; meſſeis reuexit. Diſcat igitur Aegyptus, credatq́; experimento, non alimenta ſe nobis, ſed tributa præſtare. ſciat ſe non eſſe Populo. R. neceſſariam, & tamen ſeruiat. Poſt hæc ſi uolet Nilus, amet alueum ſuum, & fluminis modum ſeruet, nihil hoc ad urbem, ac ne ad Aegyptum quidem, niſi ut inde nauigia inania, et uacua, et ſimilia redeuntibus, hinc plena, et onuſta, et qualia ſolent uenire mittantur, cōuerſoq́; munere maris, hinc potius uenti ferentes, & breuis curſus optentur. Mirum Cæſar uideretur, ſi deſidem Aegyptum, ceſſantemq́; Nilum non ſenſiſſet

urbis annona, quæ tuis opibus, tua cura uſq; illuc redundauit, ut ſimul probaretur, et nos Aegypto poſſe, & nobis Aegyptum carere non poſſe. Actum erat de fœcundiſſima gente, ſi libera fuiſſet. pudebat ſterilitatis inſolitæ, nec minus erubeſcebat fame, quàm torquebatur, cum pariter a te neceſſitatibus eius, pudoriq; ſubuētum eſt. Stupebant agricolæ plena horrea, quæ non ipſi referſiſſent, quibus de campis illa ſubuecta meſſis, quaue in Aegypti parte alius amnis. Ita beneficio tuo nec maligna tellus, et obſequēs Nilus Aegypto quidem ſæpe, ſed gloriæ noſtræ nunquam largior fluxit. Quam nunc iuuat prouincias omnes in fidē noſtrā, ditionemq́; ueniſſe, poſt, q̄ contigit prīceps terrarū, qui fœcunditatē nunc huc, nūc illuc, ut tempus et neceſſitas poſceret, transferret, referretq́;, qui diremptam mari gentem, ut partē aliquam populi, plebisq́; Romanæ aleret, ac tueretur. Et cœlo quidē nunquam benignitas tanta, ut omnes ſimul terras uberet, foueatq́;, hic omnibus pariter ſi non ſterilitatem, at mala ſterilitatis exturbat. hic ſi non fœcunditatem, at bona fœcunditatis importat. hic æternis commeatibus orientem, occidentemq́; connectit, ut quæ ubiq; ferūtur, quæq́; expetūtur, omnes gentes, inuicem capiant, et diſcant, quanto libertate diſcordi ſeruientibus ſit utilius unum eſſe, cui ſeruiant. Quippe diſcretis quidem bonis omnium, ſua cuiuſq; ad ſingulos mala, ſociatis autem, atq; permiſtis ſingulorum mala ad neminem, ad omnes omnia bona pertinent. Sed ſiue terris diuinitas quædam, ſiue aliquis amnibus genius, et ſolum illud, et flumen

ipſum precor, ut hac principis benignitate contentum molli gremio ſemina recōdat, multiplicata reſtituat. non equidem repoſcimus fœnus, putet tamen eſſe ſoluendum, fallacem quæ unius anni fidem omnibus annis, omnibusq; poſtea ſeculis tanto magis, quia non exigimus, excuſet. Satis factum, qua ciuium, qua ſociorum utilitatibus. Viſum eſt ſpectaculum inde nō eneruę, nec fluxum, nec quod animos uirorū molliret, et frangeret, ſed quod ad pulchra uulnera contemptumq; mortis accenderet, cum in ſeruorum etiā noxiorumq; corporibus amor laudis, et cupido uictoriæ cerneretur. Quā deide in edendo liberalitatem, quam iuſtitiam exhibuit, omni affectione, aut intactus, aut maior? Impetratum eſt, quod poſtulabatur; oblatum, quod non poſtulabatur. inſtitit ultro, et ut concupiſceremus, admonuit. Ac ſic quoq; plura inopinata, plura ſubita. Iam quàm libera ſpectantium ſtudia, quàm ſecurus fauor? Nemini impietas, ut ſolebat, obiecta, quod odiſſet gladiatorem. nemo ſpectator ſpectaculum factus miſeras uoluptates unco, & ignibus expiauit. Demens ille, uer iq; honoris ignarus, qui crimina maieſtatis in harena colligebat, ac ſe deſpici, et cōtemni, niſi etiā gladiatores eius ueneraremur. ſibi maledici, in illis ſuā diuinitatē, ſuū numen uiolari interpretabatur, cum ſe idem quod deos, idē gladiatores, quod ſe putabat. At tu Cæſar quàm pulchrū ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddidiſti? uidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorū quaſi latronum. non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant. nulla iā teſtamenta ſe-

cura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant. Auxerat hoc malum principum auaritia. Aduertiſti oculos, atq; ut ante caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti. excidiſti inteſtinum malũ, et prouida ſeueritate cauiſti, ne fundata legibus ciuitas, euerſa legibus uideretur. licet ergo cum fortuna, tum liberalitas tua uiſenda nobis præbuerit, ut præbuit nunc ingẽtia robura uirorum, et pares animos, nũc immanitatem ferarum, nunc manſuetudinem incognitam, nunc ſecretas illas, et arcanas, ac ſub te primum cõmunes opes, nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit, deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortasq; ceruices. agnoſcebamus et fruebamur, cum uelut piaculares publicæ ſolicitudinis uictimæ ſupra ſanguinem noxiorum ad lẽta ſupplicia, grauioresq; pœnas ducerentur. Congeſti ſunt in nauigia raptim conquiſita, ac tempeſtatibus dediti abirent, fugerentq; uaſtatas delationibus terras. Ac ſiquem fluctus, ac procellæ ſcopulis reſeruaſſent, hic nuda ſaxa, et inhoſpitale litus incoleret, ageret durã & anxiam uitam, relictaq; poſt tergum totius generis humani ſecuritate mœreret. Memoranda facies. Delatorum claſſis permiſſa omnibus uentis, coactaq; uela tẽpeſtatibus pãdere, iratosq; fluctus ſiqui quoſcunq; in ſcopulos detuliſſent. Iuuabat proſpectare ſtatim a portu ſparſa nauigia, et apud illũ ipſum mare agere principi gratias, qui clementia ſua ſalua ultionem hominum, terrarumq; diis maris commendaſſet. Quantum diuerſitas temporũ poſſet, tum maxime cognitum eſt, cum iiſdem, quibus antea cautibus

innocentiſſimus quiſq; tunc nocentiſſimus adfigeretur, cum'q; iſulas omneis, quas modo ſenatorum, iam delatorum turba compleret, quos quidem non in præſens tantum, ſed in æternum repreſſiſti mille pœnarũ indagine incluſos. Ereptum alienas pecunias eunt? perdent quas habent· expellere penatibus geſtiunt? ſuis exturbentur· neq; ut antea, exanguem illam, & ferream frõtem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, et notas ſuas rideant, ſed ſpectent paria præmio damna, nec maiores ſpes, quam metus habeant, timeant'q;, quantum timebãtur· Ingenti quidem animo diuus Titus ſecuritati noſtræ, ultioni'q; proſpexerat, ideoq; numinibus æquatus eſt· ſed quãto tu quandoq; dignior cœlo, qui tot res illi adieciſti, propter quas illum deum fecimus· Id hoc magis arduum fuit, quod imperator Nerua te filio, te ſucceſſore digniſſimus, per quem magna quædam edicto Titi adſtruxerat, nihil'q; reliquiſſe tibi uidebatur, qui tam multa excogitaſti, ut ſi ante te nihil eſſet inuentum· Quæ ſingula quantum tibi gratiæ diſpenſata adieciſſent, at tu ſimul omnia perfudiſti, ut ſol et dies non parte aliqua, ſed ſtatim totus, nec uni, aut alteri, ſed omnibus in commune profertur· Quam iuuat cernere ærarium ſilens, & quietum, et quale ante delatores erat· nunc templum illud, nunc uere deus, nõ ſpoliarium ciuium, cruentarum'q; prædarum ſæuũ receptaculum, ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus, in quo optimo principe boni malis impares eſſent· Manet tamen honor legum, nihil'q; ex publica utilitate conuulſum· nec pœna cuiquam, remiſſa, ſed

addita

addita eſt ultio, ſolum'q; mutatum, quod iam nõ delatores, ſed leges timentur. At fortaſſe non eãdem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes, immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico crédis. Dicatur actori atq; etiam procuratori tuo, in ius ueni, ſequere ad tribunal. nam tribunal quoq; excogitatum cruciatu eſt par cæteris, niſi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors et urna fiſco iudicẽ aſſignat. licet reiicere, licet exclamare hunc nolo, timidus eſt, & bona ſeculi parum intelligit. illum nolo, quia Cæſarem fortiter amat. Eodem foro utuntur principatus, et libertas. Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpius uincitur fiſcus, cuius mala cauſſa nunquam eſt, niſi ſub bono principe. Ingens hoc meritum, maius illud, quod eos procuratores habes, ut plerunq; ciues tui non alios iudices malint. liberum eſt autem diſceptanti dicere, nolo eum eligere. neq; enim ullam neceſſitatem muneribus tuis addis, ut qui ſcias, hanc eſſe beneficiorum principalium ſummam, ſi illis et nõ uti licet. Onera ĩperii pleraq; uectigalia inſtitui, ut pro utilitate communi, ita ſingulorum iniuriis coegerunt. His uigeſima reperta eſt, tributum tolerabile, et facile hæredibus duntaxat extraneis, domeſticis graue. Itaq; illis irrogatum eſt, his remiſſum, uidelicet quod manifeſtum erat, quanto cum dolore laturi ſeu potius non laturi homines eſſent deſtringi aliquid, et abrãdi bonis, quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum deniq; ſocietate meruiſſent, quæq; nunquam ut aliena et ſperanda, ſed ut ſua, ſemperq; poſſeſſa, ac deinceps proximo cuiq; trãſmittẽda cœpiſſent, Hæc mã

ſuetudo legis ueteribus ciuibus ſeruabatur. Noui ſeu per Latiũ in ciuitate, ſeu beneficio prĩcipis ueniſſent, niſi ſimul cognationis iura impetraſſent, alieniſſimi habebantur, quibus coniunctiſſimi fuerant. Ita maximum beneficium uertebatur in grauiſſimam iniuriam, ciuitasq; Romana inſtar erat odii et diſcordiæ et orbitatis, cum chariſſima pignora ſalua ipſorum pietate diſtraheret. Inueniebantur tamen, quibus tantus amor nominis noſtri ineſſet, ut Romanam ciuitatem, non uigeſimæ modo, uerumetiam affinitatum damno bene compenſari putarẽt. ſed iis maxime debebat gratuita contingere, a quibus tam magno æſtimabatur. Igitur pater tuus ſanxit, ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis perueniſſet ad matrem, etiam ſi cognationum iura non recepiſſent, cum ciuitatem adipiſcerentur, eius uigeſimam ne darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, ſi modo reductus eſſet in patris poteſtatem, ratus ĩprobe, et inſolenter, ac penè impie his nominibus inſeri publicanum, nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines uelut intercedente uigeſima ſcindi. nullũ eſſe tanti uectigal, quod liberos, ac parentes faceret extraneos. Hactenus ille parcius fortaſſe, quam decuit optimum principem, ſed nõ parcius, quàm optimũ patrem, qui optimũ adoptaturus hoc quoq; parẽtis indulgentiſſimi fecit, quod delibaſſet quædã, ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam, ac prope intactam benefaciendi materiam filio reſeruauit. Statim ergo muneri eius liberalitas tua aſtruxit, ut quemadmodum in patris filius, ſic in hæreditate filii pater

eſſet immunis, nec eodem momento, quo pater eſſe deſiſſet, hoc quoq; amitteret, quod fuiſſet. Egregie Cæſar, quod lachrymas parentũ uectigales eſſe non pateris. Bona filii pater ſine diminutione poſſideat, nec ſocium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus. nemo recentem, et attonitam orbitatem ad computationẽ uocet, cogatq; patrẽ, quid reliquerit filius, ſcire.

Augeo Patres. C. principis munus, cum oſtendo liberalitati eius ineſſe rationem. ambitio enim, et iactantia, et effuſio, et quid uis potius, quam liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat. Dignum ergo Imperator manſuetudine tua, minuere orbitatis iniurias, nec pati quenquam filio amiſſo inſuper affici alio dolore ſic quoq; abunde miſera res eſt, pater filio ſolus hæres, quid ſi cohæredem non a filio accipiat? Adde quod cum Diuus Nerua ſanxiſſet, ut in paternis bonis liberi neceſſitate uigeſimæ ſoluerentur, congruẽs erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim poſteris amplior honor, quam maioribus haberetur? curue non retro quoq; recurreret æquitas eadẽ? Tu quidem Cæſar illam exceptionem remouiſti, ſi modo filius in poteſtate patris fuiſſet, intuitus opinor uim legemq; naturæ, quæ ſemper i ditione parentũ eſſe liberos iuſſit, nec uti inter pecudes, ſic iter hoĩes poteſtatẽ, et ĩperiũ ualẽtioribus dedit. Nec uero contentus primũ cognationis gradũ abſtuliſſe uigeſimæ, ſecundũ quoq; exemit, cauitq;, ut in ſororis bonis frater et cõtra in fratris ſoror, utq; auus auia, in neptis, nepotisq;, et inuicẽ illi ſeruarẽtur imunes. His quoq; qbus per Latiũ ci-

uitas Romana patuiſſet, idē indulſit, omnibusq́; inter ſe cognationum iura commiſit ſimul et pariter, et more naturæ, quæ priores principes a ſingulis rogari geſtiebant, non tam præſtandi animo, quàm negandi. Ex quo intelligi poteſt, quantæ benignitatis, quanti ſpiritus fuerit ſparſas, atq;, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere, atq; connectere, et quaſi renaſci iubere, deferre quod negabatur, atq; id præſtare cunctis, quod ſæpe ſinguli non impetraſſent. Poſtremo ipſum ſibi eripere tot beneficiorum occaſiones, tam numeroſam obligandi, imputandiq́; materiam. indignū credo ei uiſum ab homine peti, quod dii dediſſent. Sorores eſtis, et frater, auus, et nepotes quid eſt ergo cur egetis, ut ſitis, uobis eſtis. Qui pro cætera ſua moderatione non minus inuidioſum putat dare hæreditatem, quàm auferre. Læti ergo adite honores, capeſſite ciuitatē. neminem hoc neceſſitudinis abruptum uelut truncum, amputatumq́; deſtituet. iiſdem omnes, quibus ante, pignoribus, ſed honeſtiores perfruentur. Ac ne remotus quidem, iamq́; deficientis affinitatis gradus a qualibet quantitate uigeſimam inferre cogetur. ſtatuit enim cōmunis oīum parens ſummā quæ publicanum pati poſſit. Carebit onere uigeſimæ parua et exilis hæreditas, et ſi ita gratus hæres uolet, tota ſepulchro, tota funeri ſeruetur. nemo obſeruator, nemo caſtigator adſiſtet. Cuiuſcunq; modi ea pecúnia ex hæreditate alicuius obuenerit, ſecurus habeat geſtusq́; poſſideat. Ea lex uigeſimæ dicta eſt, ut ad periculum eius perueniri niſi opibus non poſſit. conuerſa eſt iniquitas in gratulationem, iniuria in uotum,

optat hæres, ut uigeſimam debeat. Additũ eſt, ut qui eiuſmodi ex cauſſis in idem edicti uigeſimam deberent, nõ dum tamen intuliſſent, non inferrent. At in præteritum ſubuenire, ne dii quidem poſſunt, tu tamen ſubueniſti, cauiſtiq; ut deſineret quiſq; debere, quod non eſſet poſtea debiturus. Idem feciſti, ne malos principes habuiſſemus, quo ingenio, ſi natura pateretur, quam libenter tot ſpoliatis, tot trucidatis, ſanguinem, & bona refudiſſes. Vetuiſti exigi, quod deberi non tuo ſeculo cœperat. Alius ut contumacibus iraſceretur, tarditatemq; ſoluendi dupli, uel et quadrupli irrogatione multaret. tu nihil refe[illegible] iniquitatis exiſtimas, exigas, quod deberi non oportuerit, an conſtituas, ut debeatur. Feres Cæſar curam et ſolicitudinem conſularem. nam mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuum reddidiſſe, congiariũ obtuliſſe, delatores abegiſſe, uectigalia temperaſſe, interrogandus uideris, ſatis ne cõputaueris imperii redditus, an tantas uireis habeat frugalitas principis, ut tot impendiis, tot erogationibus ſola ſufficiat? Nam quid eſt cauſſæ, cur alius quidem cum omnia raperent, et rapta retinerent, ut ſi nihil rapuiſſent, defuerint omnia? tibi cum tam multa largiaris, et nihil auferas, omnia ſuperſint? Nunquam principibus defuerunt, qui fronte graui, et triſti ſupercilio utilitatibus fiſci contumaciter adeſſent. et erant principes ipſi ſua ſponte auidi, et rapaces, et qui magiſtris non egerent, plura tamen ſemper a nobis contra nos didicerunt, ſed ad tuas aureis cum cæteris omnibus, tũ uel maxime auaris adulationibus obſtructus eſt aditus.

et plureis amas. Tenes Cæſar hunc curſum, et pro=
batur experimento, ſit ne feracius, et uberius non ad
laudem modo, ſed ad pecuniam principi, ſi hærede il
lo mori homines uelint, quam ſi cogātur. Donauit pa
ter tuus multa, et ipſe donaſti, ceſſerit parum gratus,
manent tamen ii, qui bonis eius, nihilq; ex illis ad te,
niſi gloria redit. nam liberalitatem iucundiorē debi
tor gratus, clariorem ingratus facit. Sed quis ante te
laudem iſtam pecuniæ prætulit? quotus quiſq; princi
pum ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuum du-
xit, quod eſſet de ſuo? nonne ut Regum, ita Cæſarū
munera illitos cibis hamos, opertos præda laqueos
æmulabantur? cum priuatis facultatibus uelut hau-
ſta, et multiplicata retro ſecum quicquid attigerāt,
referrent? Quam utile eſt ad uſum ſecundorum per
aduerſa ueniſſe? Vixiſti nobiſcum, periclitatus es, ti=
muiſti, quæ tunc erat innocentium uita, ſcis et exper
tus es quanto opere deteſtentur malos principes, etiā
qui malos faciunt. meminiſti, quæ optare nobiſcum,
quæ ſis quæri ſolitus. Nam priuato iudicio principē
geris. meliorem immo te præſtas, quàm tibi alium
precabare. Itaq; ſic imbuti ſumus, ut quibus erat ſum
ma uotorum melior peſſimo princeps, iam non poſſi-
mus niſi optimum ferre. Nemo eſt ergo tam tui, tam
ignarus ſui, ut locum ipſum poſt te concupiſcat. faci-
lius eſt, ut eſſe aliqs ſucceſſor tuus poſſit, quam ut ue=
lit. Quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat? quis
comparari tibi non reformidet? Expertus et ipſe es,
quàm ſit oneroſum ſuccedere bono pricipi, et afferre
bas excuſationē adoptari. An prona, paruáq; ſunt

ad æmulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? Salua eſt omnibus uita, et dignitas uitæ, nec iam conſyderatus, ac ſapiens, qui ætatem in tenebris agit. Eadem quippe ſub principe uirtutibus præmia, quæ in libertate. nec benefactis tantum, & conſcientia merces. Amas cōſtantiam ciuium, rectosq; ac uiuidos animos nō, ut alii, contundis, ac deprimis, ſed foues, et attollis. Prodeſt bonos eſſe, cum ſit ſatis, abundeq; ſi non nocet. His honores, his ſacerdotia, his prouincias offers, hi amicitia tua, hi iudicio florent. acuuntur iſti integritatis, et induſtriæ pretio, ſimiles, diſſimiles alliciuntur. nam præmia bonorum, malorumq; bonos ac malos faciunt. Pauci adeò ingenio ualent, ut non turpe, honeſtumq;, prout bene ac ſecus ceſſit, expĕtant, fugiántue, cæteri ubi laboris inertiæ, uigilantiæ ſomno, frugalitatis luxuriæ merces datur, eădem iſta, quibus alios artibus aſſecutos uident, conſectantur, qualesq; ſunt illi, tales eſſe et uideri uolunt, et dum uolunt, fiunt. Et priores quidē prīcipes excepto patre tuo, præterea uno, aut altero, et nimis dixi, uitiis potius ciuiū, quam uirtutibus lætabantur, primum, quod in alio ſua quenq; natura delectat, deinde, quod patientiores ſeruitutis arbitrabantur, quos non deceret eſſe, niſi ſeruos. horum in ſinum omnia cōgerebant, bonos autem ocio, aut ſitu obſtruſos, et quaſi ſepultos non niſi delationibus, et periculis in lucem, ac diem proferebant. Tu amicos ex optimis legis, et Hercule æquum eſt, eſſe eos chariſſimos bono principi, qui inuiſi malo fuerint. Scis, ut ſicut diuerſa natura, dominatio, et principatus, ita nō

alijs eſſe principem gratiorẽ, q̃ qui maxime dñm grauentur. Hos ergo prouehis, et oſtentas quaſi ſpecimẽ, et exẽplar, quæ tibi ſecta uitæ, quod hominũ genus placeat. et ideo nõ cenſurã adhuc nõ præfecturã morũ recepiſti, quia tibi beneficiis potius, quàm remediis ingenia noſtra experiri placet, et alioquin neſcio an plus moribus conferat princeps, qui bonos eſſe patitur quàm qui cogit. Flexibiles quancunq; in partem ducimur a principe, atq;, ut ita dicam, ſequaces ſumus. huic enim cari, huic probati eſſe cupimus, quod fruſtra ſperauerunt diſſimiles, eóq; obſequii continuatione peruenimus, ut prope omnes homines unius moribus uiuamus. porro non tam ſiniſtre conſtitutum eſt, ut qui malum principem poſſumus, bonum non poſſimus imitari. Perge modo Cæſar, et uim, effectũq; cenſuræ tuũ propoſitum, tui actus obtinebunt. nã uita principis cenſura eſt, eáq; perpetua. ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo. quippe infidelis recti magiſter eſt metus, melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in ſe boni habẽt, quod approbãt, quæ præcipiunt fieri poſſe. Et quis terror ualuiſſet efficere, quod reuerentia tui efficit? obtinuit aliquis, ut ſpectaculum pantomimorum Populo Ro. tolli pateretur, ſed non obtinuit, ut uellet, rogatus es tu, quod cogebat alius, cœpitq; eſſe beneficium, quod neceſſitas fuerat. neq; enim a te minore cõcentu, ut tolleres pantomimos, quàm a patre tuo, ut reſtitueret, exactũ eſt. Vtrunq; recte, nam et reſtitui oportebat, quos ſuſtulerat malus prĩceps, et tolli reſtitutos. In his enim quæ

a malis bene fiunt, hic tenendus eſt modus, ut appareat autorem, non diſplicuiſſe factum. Idem ergo populus ille aliquando ſcænici imperatoris ſpectator, et applauſor, nunc in pantomimis quoq; aduerſatur, et damnat effœminatas arteis, et idecōra ſeculo ſtudia. Ex quo manifeſtum eſt principum diſciplinam capere etiam uulgus, cum rem, ſi ab uno fiat, ſeueriſſimā fecerint omnes. Macte hac grauitatis gloria Cæſar, qua conſecutus es, ut quod antea uis, et imperiū, nūc mores uocarentur. Caſtigauerunt uitia ſua ipſi, qui caſtigari merebantur, iidemq; emendatores, qui emendandi fuerūt. Itaq; nemo de ſeueritate tua queritur, et liberum eſt queri. Sed cum ita comparatum ſit, ut de nullo minus principe querantur homines, quàm de quo maxime licet, tamen in ſeculo nihil eſt, quo non omne hominum genus lætetur, & gaudeat. boni prouehuntur, mali, qui eſt tranquilliſſimus ſtatus ciuitatis, nec timent, nec timentur. Mederis erroribus, ſed implorantibus, oībusq;, quos bonos facis, hāc aſtruis laudem, ne coegiſſe uidearis. Quid uitam? quid mores iuuentutis? quam principaliter formas. quem honorem dicendi magiſtris? quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes? ut ſub te ſpiritum, et ſanguinem & patriam receperunt ſtudia, quæ priorum temporum immanitas exiliis puniebat, cum ſibi uitiorum omnium conſcius princeps, inimicas uitiis arteis non odio magis, quàm reuerentia relegaret? At tu eaſdem arteis in complexu, oculis, auribus habes. præſtas enim quæcūq; præcipiunt, tantumq; eas diligis, quantum ab illis probaris. An quiſquam ſtudia hu-

manitatis profeſſus non cum omnia tua, tum uel in primis, laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? Magno quidem animo parens tuus hanc ante hos principes arcem publicarum ædium nomine inſcripſerat, fruſtra tamen, niſi adoptaſſet, qui habitare, ut in publicis poſſet. Quam bene cum titulo iſto moribus tuis conuenit? quanquam omnia ſic facis, tanquam nō alius inſcripſerit. Quod enim forum, quæ templa tam reſerata? non capitolium, ipſáq; illa adoptionis tuæ ſedes magis publica, magis omniū. Nullæ obiices, nulli contumeliarum gradus, ſuperatisq́; iam mille liminibus ultra ſemper aliqua dura, et obſtantia. Magna ante te, magna poſt te, iuxta tamen maxima quies. tantum ubiq; ſilentium, tam altus pudor, ut ad paruos penates, & larē anguſtum ex domo principis modeſtiæ et tranquillitatis exempla referantur. Ipſe autem ut excipis omnes, ut expectas, ut magnā partem dierum inter tot imperii curas, quaſi per otiū tranſigis? Itaq; nō ut aliâs attoniti, nec ut periculum capitis adituri tarditate, ſed ſecuri, et hilares cum cōmodum eſt, conuenīmus, et admittente principe interdum eſt aliquid, quod nos domi quaſi magis neceſſarium teneat. excuſati ſemper tibi, nec unquam excuſandi ſumus. Scis enim ſibi quēq; præſtare, quod te uideat, quod te frequentet, ac tanto liberalius, ac diutius uoluptatis huius copiam præbes. Nec ſalutationes tuas fuga, et uaſtitas ſequitur. remoramur, reſiſtimus, ut in communi domo, quam nuper immaniſſima bellua plurimo terrore munierat, cum uelut quodā ſpecu incluſa nūc propinquorum ſanguinem lambe-

ret, nunc ſe ad clariſſimorũ ciuium ſtrages, cædesq́; proferret. Obuerſabantur foribus horror, & minæ, et par metus admiſſis, et excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoq;, uiſuq́; terribilis, ſuperbia in frõte, ira ĩ oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore, ĩpudentia multo rubore ſuffuſa. non adire quiſquam, non adloqui audebat, tenebras ſemper, ſecretumq́; captantem, nec unquam ex ſolitudine ſua prodeuntem, niſi ut ſolitudinem faceret. Ille tamen, quibus ſibi parietibus, et muris ſalutem ſuam tueri uidebatur, dolum ſecũ, et inſidias, et ultorem ſcelerum deum incluſit. dimouit; perfregitq́; cuſtodias pœna, anguſtosq́; per aditus et obſtructos non ſecus, ac per apertas fores, et inuitantia limina irrupit, longeq́; tunc illi diuinitas ſua, longe arcana illa cubilia, ſæuiq́; ſeceſſus, in quos timore, et ſuperbia, et odio hominum agebatur. Quanto nunc tutior, quanto ſecurior eadem domus! poſtquam eius non crudelitatis, ſed amoris excubiis, non ſolitudine, et clauſtris defenditur, et quid ergo? diſcimus experimento fidiſſimam eſſe cuſtodiam principis ipſius innocentiam. Hæc arx inacceſſa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento nõ egere. fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus caritate non fuerit. armis enim arma irritantur. Num autem ferias tantũ partes diei rum in oculis noſtris, cœtuq́; conſumis? Num remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademq́; illa ſocialitas intereſt? Nũ tibi ſemper in medio cibus, ſemperq́; menſa cõmunis? Num ex conuictu noſtro mutua uoluptas? Num prouocas, redisq́; ſermones? Num ipſum tẽpus epularum tuarum, cum frugalitas cõtrahat, ex=

tendit humanitas? Num enim ante medium diem diſtentus ſolitaria cœna ſpectator, adnotatorq́; conuiuis tuis immines? nec ieiunis, et inanibus plenus ipſe eructans non tam apponis, quàm obiicis cibos, quos dedigneris attingere? ægréq; perpeſſus ſuperbam illam conuictus ſimulationem, rurſus te ad clandeſtīnam ganeam, occultumq́; luxũ refers? Ergo non aurum, nec argentum, nec exquiſita ingenia cœnarum, ſed ſuauitatem tuam, iucunditatemq́; miramur, quibus nulla ſatietas adeſt, quã do ſyncera omnia, et uera, et ornata grauitate. Neq; enim aut peregrinæ ſuperſtitionis myſteria, aut obſcœna petulantia menſis principis oberrat, ſed benigna inuitatio, et liberales ioci, et ſtudiorum honor. Inde tibi parcus, et breuis ſomnus, nullumq́; amore noſtri anguſtius tempus, quã quod ſine nobis agis. Sed cum rebus tuis, ut participes perfruamur, quæ habemus ipſi, quàm propria, quã noſtra ſunt? non enim exturbatis prioribus dominis, omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiã ſaltum immenſa poſſeſſione circumuenis, nec unius oculis flumina, fonteis, maria deſeruiunt. Ecquid, Cæſar nõ ſuũ uideat? tandemq́; imperium principis, quàm patrimonium maius eſt. multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores principes occupabant, nõ ut ipſi fruerẽtur, ſed nequis alius. Ergo in ueſtigia, ſedeisq́; nobilium immigrant pares domini, nec iam clariſſimorum uirorũ receptacula habitatore ſeruo terũtur, aut fœda uaſtitate procũbunt. Datur intueri pulcherrimas ædeis deterſo ſitu auctas, ac uigẽteis, Magnum hoc tuum non erga homines modo, ſed erga te-

cta ipſa meritum, ſiſtere ruinas ſolitudinem pellere, ingentia opera, eodem, quo extructa ſunt, animo, ab interitu uindicare. muta quidem illa, et anima caren=tia, ſentire tamen, et lætari uidentur, quod niteant. quod frequententur, quod aliquando cœperint eſſe donum ſcientis· Circunfertur ſub nomine Cæſaris tabula ingens rerum uenaliũ, quod ſit deteſtanda auaritia illius, qui tam multa concupiſcebat, cum haberet ſuperuacua tam multa, tamen exitialis erat apud principẽ, huic laxior domus, illi amœnior uilla· Nũc princeps in hæc eadem dominos quærit, ipſe īducit ipſos illos magni aliquando imperatoris hortos, illud nũquam niſi Cæſaris ſuburbanũ, licemur, emimus, implemus· Tanta benignitas principis, tanta ſecuritas temporum eſt, ut ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos, nos non timeamus, quod digni eſſe uidemur· Nunc uero emendi tantum ciuibus tuis copiam præbes, ſed amœniſſima quæq; largiris, et donas, ita, inquam donas, in quæ electus, in quæ adoptatus es: transfers, quod iudicio accepiſti, ac nihil magis tuum credis, quam quod per amicos habes· Idem tam parcus in ædificando, quàm diligens in tuendo· Itaq; nõ ut ante immanium tranſuectione ſaxorum urbis te=cta quatiuntur· ſtant ſecuræ domus, nec iam templa nutantia· Satis eſt tibi, nimiumq́; cum ſucceſſeris fru=galiſſimo principi, magis reiicere aliquid, & amputare ex iis, quæ princeps tanquã neceſſaria reliquit· Præterea pater tuus uſibus ſuis detrahebat, quæ fortuna īperii dederat, tutius quod pater. At quam ma=gnificus in publicum es? hinc porticus, inde delubra

occulta celeritate properantur, ut non conſumata, ſed
tantum commutata uideantur. Hinc immenſum latus
area templorum pulchritudinem prouocat, digna po=
pulo uictore gentium ſedes, nec minus ipſa uiſenda,
quam quæ ex illa ſpectabuntur· uiſenda autem cum
cætera ſpecie, tum quod æquatus plebis, ac principis
locus· Siquidem per omne ſpatium una facies, omnia
continua, et paria, nec magis proprius ſpectandi Cæ
ſaris ſuggeſtus, quam propria, quæ ſpectet· Licebit er
go ciuibus tuis inuicem'contueri, dabitur non cubiculū
principis, ſed ipſum principem cernere in publico, in
populo ſedentem, populo, cui locorum quinq; millia
adieciſti· auxeras enim numerum'eius, congiarii faci=
litate, maiorem'q; in poſterum ſuſcipi liberalitatis tuæ
fide iuſſeras· Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi
iá dudum radiatum caput, et media inter deos ſedes
auro ſtaret, aut ebore, anguſtioribus'q; aris, et gran-
dioribus uictimis inuocaretur· Tu delubra non niſi
adoraturus ĩtras. tibi maximus honor excubare pro
templis, poſtibus'q; prætexi· Sic fit, ut dei ſummū in=
ter homines faſtigium ſeruent, cum deorum ipſe non
adeptus· Itaq; tuam ſtatuam in ueſtibulo Iouis Opt.
Max· unam, alterámue, et hanc æream cernimus, at
paulo ante aditus omnes, omnes gradus, totáq; area,
hinc auro, hinc argento relucebat, ſeu potius pollue-
batur, cum inceſti principis ſtatuis permiſta deorum
ſimulachra ſorderent· Ergo iſtæ quidem æreæ, et pau
cæ manent, manebunt'q;, quá diu templum ipſum· il
læ autem aureæ et innumerabiles, ſtrage, & ruina,
publico gaudio litauerunt· Iuuabat illidere ſolo ſu-

perbiſſimos uultus inſtare ferro, ſæuire ſecuribus, ut ſi ſingulos ictus ſanguis, dolorq́; ſequeretur· Nemo tã temperans gaudii, ſeræq́; lætitiæ, quin iſtar ultionis uideretur cernere laceros artus, trũcata mẽbra, poſtremo truces, horrendasq́; imagines, abiectas, excoctasq́; flãmis, ut ex illo terrore, et minis in uſum hoïum, ac uoluptates ignibus mutarentur· Simili reuerẽtia Cæſar nõ apud geniũ tuum bonitati tuæ gratias agi, ſed apud numen Iouis Opt· Max· patris· illi debere nos quicqd debeamus, illius quod bene facias muneris eẽ, qui te dedit· Ante quidẽ ingẽtes hoſtiarũ greges per capitoliũ iter magna ſui parte uelut itercepti diuertere uia cogebantur, cum ſæuiſſimi domini atrociſſima effigies tanto uictimarũ cruore coleretur, quantũ ipſe humani ſanguinis profundebat· Oïa Patres· C· quæ de aliis principibus a me aut dicũtur, aut dicta ſunt, eo pertinent, ut oſtendam, quàm longa conſuetudine corruptos, deprauatosq́; mores principatus parens noſter reformet, et corrigat, alioqui nihil non parum grate ſine comparatione laudatur· Præterea hoc primum erga optimum imperatorem piorum ciuium officium eſt, iſequi diſſimiles· neq; enim ſatis amarit bonos principes, qui malos ſatis non oderit· Adiice, quod imperatoris noſtri non aliud amplius, ac diffuſius meritum eſt, quàm quod inſectari malos principes tutum eſt· An excidit dolori noſtro modo uindicatus Nero? permitteret credo famam, uitamq́; eius carpi, qui mortem ulciſcebatur? nec ut in ſe dicta interpretaretur, quæ de ſimillimo dicerentur? Quare ego te Cæſar muneribus omnibus tuis, omnibus comparo, multis

ro, multis antepono, quod liceat nobis & in præteritũ de malis imperatoribus quotidie uindicari, & futuros ſub exemplo præmonere, nullum locum, nullum eſſe tempus, quo funeſtorum principum manes a poſterorum execrationibus conquieſcant. Quo conſtantius Patres C. et dolores noſtros, et gaudia proferamus, ingemiſcamus illis, q̃ patiebamur. Simul utrũq; faciendum eſt ſub bono principe. Hoc ſecreta noſtra, hoc ſermones, hoc ipſæ gratiarũ actiones agunt. Memineritq; ſic maxime laudari incolumẽ imperatorem, ſi priores ſecus meriti reprehẽdantur. Nam cum de malo principe poſteri tacent, manifeſtum eſt eadẽ facere præſentem. Et quis iam locus miſeræ adulationis manebat? cum laudes imperatorum ludis etiam et commeſſationibus celebrarentur, ſaltarẽturq;, atq; in omne ludibrium effoeminatis uocibus, modis, geſtibus frangerentur? ſed illud indignum, quod eodem tẽpore in Senatu, et ĩ ſcena ab hiſtrione, et a cõſule laudabantur. Tu procul a tui cultu ludicras artes remouiſti. Seria ergo te carmina, honorq; æternus annalium, non hæc breuis, et pudenda prædicatio colit. quinetiam tanto maiore conſenſu in uenerationẽ tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis de te ſcenæ ſilebunt. Sed quid ego iſtud admiror? cum eos quoq; honores, qui tibi à nobis offeruntur, aut delibare parciſſime, aut omnino ſoleas recuſare. Nihil ante tã uulgare, tam paruũ in Senatu agebatur, ut non laudibus principum immoraretur, quibuſcũq; cenſendi neceſſitas accidiſſet. De ampliando numero gladiatorũ, aut de inſtituendo collegio fabrorum conſulebamur,

et quaſi prolatis imperii finibus nũc ingenteis arcus, exceſſurosq; templorum faſtigium titulos, nunc menſeis etiam, nec hos ſingulos, nomini Cæſarũ dicabamus. patiebantur illi, et quaſi meruiſſent, lætabãtur. At nunc quis noſtrum tanquam oblitus eius, de quo refertur, cenſendi officiũ principis honore conſumũt? Tuæ moderationis hæc laus conſtantia noſtra, et tibi obſequimur, quod in curiam non ad certamen adulationum, ſed ad uſum, munusq; iuſtitiæ conueniimus, hanc ſimplicitati tuæ, ueritatiq; gratiam relaturi, ut te, quæ uis uelle, quæ non uis nolle credamus. Incipimus inde, deſinimus ibi, a quo incipi, in quo deſini ſub alio principe non poſſet. nam pleroſq; ex decretis honoribus, et alii nõ recæperũt. nemo ante tantus fuit, ut crederetur noluiſſe decerni. Quod ego titulis omnibus ſpecioſius reor, quando nõ trabibus, aut ſaxis nomen tuum, ſed monimentis æternæ laudis inciditur. Ibit in ſecula, fuiſſe principem, cui florenti, et incolumi nunquam niſi modici honores, ſæpius nulli decernerentur. Et ſane ſi uelimus cum priorum temporum neceſſitate certare, uincemur. ingenioſior eſt enim ad excogitandũ ſimulatio ueritate, ſeruitus libertate, metus amore. Simul cum iampridem nouitas omnis adulatione conſumpta ſit, non alius erga te nouus honor ſupereſt, quam ſi aliquando de te tacere audeamus. Age ſiquando pietas noſtra ſilentium rupit, et uerecundiam tuam uicit, quæ, qualiaq; decernimus nos, tu non recuſas, ut appareat non ſuperbia, et faſtidio te ampliſſimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Pulchrius hoc Cæſar, quam ſi recuſares.

omnes·nam recuſare omnes ambitionis, moderationis eſt eligere paraſſimos· Quo tēperamento et nobis, et ærario prodes, quod ſumptibus eius adhibes modum, et qui exhauſtum non ſis innocentium bonis repleturus· Stant igitur effigies tuæ, quales olim ob egregia in Remp· merita priuatis dicabantur· uiſuntur eadem è materia Cæſaris ſtatuæ, qua Brutorum, qua Camillorum· nec diſcrepat cauſſa· illi enim reges, hoſtemq; uictorem mœnibus depulerunt hic regnum ipſum, quæq; alia captiuitas gignit, arcet, ac ſubmouet, ſedemq; obtinet principis, ne ſit domino locus· Ac mihi intuenti ſapiētiam tuam, minus mirū uidetur, quod mortales iſtos, caducoſq; titulos aut depreceris, aut temperes· Scis enī ubi uera principis, ubi ſempiterna ſit gloria, ubi ſint honores, in quos nihil flammis, nihil ſenectuti, nihil ſucceſſoribus liceat· Arcus enim et ſtatuas, aras etiam, templaq; demolitur, et obſcurat obliuio, negligit, carpitq; poſteritas, contra cōtemptor ambitionis, et īfinitæ poteſtatis domitor, ac frenator animus, ipſa uetuſtate floreſcit, nec ab ullis magis laudatur, quam quibus minime neceſſe eſt· Nō ergo perpetua principi fama, quæ inuitum manet, ſed bona concupiſcenda eſt, ea porro non imaginibus, & ſtatuis, ſed uirtute, ac meritis prorogatur· Quin etiam leuiora hæc formam principis, figuramq;, non aurū melius, uel argentum, quam fauor hominum exprimat, teneatq;, quod quidem prolixe tibi, cumulateq; contingit, cuius lætiſſima facies et amabilis uultus in omniū ciuiū ore, oculis, animo ſedet· Adnotaſſe uos credo Patres· C· iandudum me non eligere, quæ re-

feram· propoſitum eſt enim mihi principem laudare, non principis facta· nam laudabilia multa etiã mali faciunt, ipſe laudari niſi optimus non poteſt· Quare non alia maior imperator Auguſte gloria tua, quàm quod agentibus tibi gratias nihil uelandum eſt, nihil omittendũ eſt· Quid eſt enim in principatu tuo, quod cuiuſquam prædicatio uel tranſilire, uel præteruehi debeat? quod momentum, quod immo temporis punctum, aut beneficio ſterile, aut uacuum laude? num omnia eiuſmodi, ut is optime te laudaſſe uideatur, q narrauerit fideliſſime? Quo fit, ut prope in immenſum diffundatur oratio mea, & nec dum de biennio loquor· Quam multa dixi de moderatione, et quanto plura adhuc reſtant, ut illud quod ſecundum conſulatum recepiſti, quia princeps & pater deferebat· At poſtquam ad te imperii ſummam, & cum omniũ rerum, tum etiam tui poteſtatem dii tranſtulerint, tertium conſulatum recuſaſti, cum agere tam bonum cõſulem poſſes· Magnum eſt differre honorem, gloriã maius· Geſtum conſulatum mirer, an non receptum? Geſtus non in hoc urbis ocio et intimo ſinu pacis, ſed iuxta barbaras gentes, ut illi ſolebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam, ignotasq́; terras uictoria ſequi· Pulchrũ imperio, glorioſum tibi, cum te ſocii, atq; amici ſua in patria, ſuis in ſedibus adierunt· Decora facies cõſulis, multa poſt ſecula tribunal uiridi ceſpite extructum, nec faſcium tantum, ſed pilorum, ſignorumq́; honore circundatum; augebant maieſtatem præſidentis diuerſi poſtulantiũ habitus, ac diſſonæ uoces, raraq́; ſine interprete oratio·

Magnificum eſt ciuibus iura, quid hoſtibus reddere? ſpecioſum certam fori pacem, quid immanes campos ſella curuli, Victoriſq; ueſtigio premere? imnere minacibus ripis tutum, quietumq;, quid ſpernere barbaros fremitus? hoſtilemq; terrorem non armorum magis, quàm togarum oſtentatione compeſcere? Itaq; nõ te apud imagines, ſed ipſum præſentem, audiẽtemq; conſalutabant imperatorem, nomenq;, quod alii domitis hoſtibus, tu contemptis merebare. Hæc laus acti conſulatus, illa dilati, quod adhuc initio principatus, ut iam excuſatus honoribus, et expletus conſulatum recuſaſti, quem noui imperatores deſtinatum aliis in ſe transferebant. Fuit etiã qui in principatus ſui fine conſulatum, quem dederat, ipſe magna ex parte iam geſtum extorqueret, et raperet. Hoc ergo honore, quẽ et incipiẽtis principes, et deſinentes adeo concupiſcũt, ut auferant, tu otioſo, ac uacante priuatis ceſſiſti. Inuidioſus ne erat aut tibi tertius cõſulatus? aut principi primus? nam ſecundũ Imperator quidẽ ſub imp. tamen iniſti, nihilq; imputari in eo uel honori poteſt, uel exemplo, niſi obſequium. Ita uero quæ ciuitas quinquies, atq; etiam ſexies conſules uidit, nõ illos qui expirante iam libertate per uim, ac tumultum creabantur, ſed quibus ſepoſitis, et abſentibus in rura ſua cõſulatus ferebantur, in hac ciuitate tertium cõſulatũ priceps generis humani ut pergrauẽ recuſaſti? Tãtõ ne Papyrius etiam et Quintius moderatior? Auguſtus et Cæſar et Pater patriæ. At illos Reſp. ciebat, qd te non eãdem Reſp. non Senatus? non conſulatus ipſe? qui ſibi tuis humeris attolli, et augeſcere uidetur. Nõ

te ad exemplar eius uoco, qui continuis conſulatibus fecerat longum quendam, et ſine diſcrimine annum, iis te confero, quos certum eſt, quoties conſules fuerũt, non ſibi præſtitiſſe. Erat in Senatu ter cõſul, cũ tu tertium conſulatum recuſabas. Onero ſum neſcio quid uerecundiæ tuæ conſenſus noſter indixerat, ut princeps toties conſul eſſes, quoties Senator tuus nimia modeſtia, iſtud etiam priuatus recuſaſſes. An conſularis uiri, triumphalisq; filius cum tertio conſul creatur, aſcendit non debitum hoc illi, nõ uel ſola generis claritate promeritum? Contigit ergo priuatis aperire annum, faſtosq; reſerare, & hoc quoq; redditæ libertatis indicium fuit, quod cõſul alius, quàm Cæſar eẽt. Sic exactis regibus, cœpit liber annus. Sic olim ſeruitus pulſa, priuata faſtis nomina induxit. miſeros ambitionis, qui ita conſules ſemper, ut ſemper principes erant, quanquam nõ ambitio magis, quã liuor, et malignitas uideri põt, omnes annos poſſidere, ſummumq; illud purpuræ decus nõ niſi præcerptũ, præfloratumq; tranſmittere. Tuam uero magnanimitatem an modeſtiam, an benignitatem prius mirer? Magnanimitas fuit expetito ſemper honore abſtinere. modeſtia cedere. benignitas per alios frui. Sed iam tẽpus eſt, te ipſi conſulatui præſtare, ut maiorem eũ ſuſcipiendo, gerendoq; facias. nam ſæpius recuſare, ambiguam, ac potius illam interpretationem habet, tanquam minorem putes. Tu quidem ut maximum recuſaſti, ſed hoc perſuadere nemini poteris, niſi aliquãdo et non recuſaueris. Cum arcus, cum trophæa, cũ ſtatuas deprecaris, tribuenda eſt uerecundiæ tuæ ue-

nia, illa enim ſane tibi dicantur. ſcũ uero poſtulamus, ut futuros principes doceas inertiæ renunciare, pauliſper delitias differre, pauliſper, et ſaltem ad breuiſſimũ tempus ex illo felicitatis ſomno, uelut excitatos induere prætextam, quam cum dare poſſent, occuparint. aſcendere curũlem, quam detineant, eſſe deniq;, quod concupierunt, nec ideo tantum uelle cõſules fieri, ut fuerint. Geſſiſti alterũ conſulatum, ſcio, illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam cæteris gentibus poteris ĩputare, nõ potes nobis. Audimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe, ſed audimus. diceris iuſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe, ſed diceris. æquum eſt aliquando nos iudicio noſtro, noſtris oculis, non famæ ſemper & rumoribus credere. Quouſq; abſentes de abſente gaudebimus? liceat experiri, an aliquid ſuperbiæ tibi ille ipſe ſecundus conſulatus attulerit. multum in commutandis moribus hominũ medius annus ualet, in principũ plus. Dicimus quidẽ, cui uirtus aliqua contingat, oẽs ineſſe. cupimus tamen experiri, an nunc quoq; una, eadẽq; res ſit, bonus conſul, et bonus princeps. Nam præter id, quod eſt arduum, duas, easq́; ſimul capere poteſtates ſummas, tum ineſt utriq; nonnulla diuerſitas, cũ principẽ, q̃ diſſimillimũ cõſuli deceat. Atq; ego uideo proximo anno conſulatus recuſandi, hanc præcipuam fuiſſe rationem, quod eum abſens gerere nõ poteras. ſed iam urbi, uotisq́; publicis redditus, quid eſt in quo magis ſis approbaturus, quæ, quã tuq; fuerint quæ deſyderabamus. Parum eſt, ut in curiã uenias, niſi et conuocas. ut interſis Senatui, niſi et præſides. ut

*cenſentes audias niſi et perrogas· Vis illud auguſtiſſi=
mum conſul aliquando tribunal maieſtati ſuæ redde
re? aſcende· uis conſtare reuerentiam magiſtratibus,
legibus autoritatem, modeſtiam petulantibus? adi·
Quid enim intereſſet Reip: ſi priuatus eſſes, conſulē
te haberet tantum, an et Senatorem? hoc nunc ſcito in-
tereſſe, principem te habeat tantum, an et conſulem.
His tot, tantisq́; rationibus, quanquam multum relu-
ctata uerecundia principis noſtri, tandem tamen ceſ=
ſit· At quēadmodum ceſſit, non ſe ut priuatis, ſed ut
priuatos pares ſibi faceret· Recepit enim tertium con=
ſulatum, ut daret· nouerat moderationem hominū,
nouerat pudorem, qui nō ſuſtinerent tertio conſules
eſſe, niſi cum ter conſule. Bellorū iſtud ſociis olim pe-
riculorū conſortibus, parce tamen tribuebatur, quod
tu ſingularibus uiris, ac de te quidem bene, ac forti=
ter præſtitiſti, ſed in toga meritis. utriuſq; cura, utri=
uſq; uigilātia obſtrictus es Cæſar· Sed in principe ra
rum, ac prope inſolitum eſt, ut ſe putet obligatum, aut
ſi putet, amet· Debes ergo Cæſar, & ſoluis· Sed cum
ter conſules facis, non tibi magnus princeps, ſed nō in-
gratus amicus uideris· quinetiā perquā modicæ quæ
dam ciuium merita fortunæ tuæ uiribus in maius ex-
tollis· efficis enim ut tantum tibi quiſq; præſtitiſſe ui-
deatur, quantū a te recipit· Quid iſti benignitati præ
cer? niſi ut ſemper obliges, obligeris, ícertumq́; facias,
utrū magis expediat ciuibus tuis debere tibi, an præ
ſtitiſſe· Equidem illum antiquum Senatum contueri
uidebar, cum ter conſule aſſidente, tertio conſulē de-
ſignatum rogari ſententiam cernerem· Quanti tunc*

illi, quantusq; tu. Accidit quidem, ut corpora quãlibet ardua, & excelſa procerioribus admota decreſcant, item ut altiſſime ciuium dignitates collatione faſtigii tui, quaſi deprimãtur, quantoq; propius ad magnitudinem tuam aſcenderint, tantum etiã a ſua deſcendiſſe uideantur. Illos tamen tu quanquam nõ potuiſti tibi æquare cum uelles, adeo in edito collocaſti, ut tantum ſuper cæteros, quantum infra te cernerentur. Si unius tertium conſulatum eundem in annum, in quem tuum contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. ut enim felicitatis eſt, quantum uelis poſſe, ſic magnitudinis uelle, quantum poſſis. Laudandus quidem et ille, qui tertium conſulatum meruit, ſed magis ſub quo meruit. magnus, memorandusq;, qui tantũ præmiũ cepit, ſed maior, qui capiẽti dedit. Quid? q duos pariter tertio cõſulatu collegas tui ſanctitate decoraſti? ut ſit nemini dubium, hanc tibi præcipuam cauſſam fuiſſe extendẽdi cõſulatus tui, ut duorũ cõſulatus amplecteretur, et collegã te uni daret. Vterq; nuper conſulatum alterum geſſerat a patre tuo, id eſt quanto minus, quam a te datum, utriuſq; adhuc oculis pauloante dimiſſi faſces oberrabant, utriuſq; ſolennis ille lictorum & prænuntius clamor auribus inſederat, cum rurſus curulis, rurſusq; purpura, ut olim cum hoſtis in proximo, et in ſummum diſcrimẽ adducta Reſp. expertum honoribus uirum poſceret non conſulatus hominibus iiſdem, ſed iidem homines conſulatibus reddebãtur. Tanta tibi beneficiẽdi uis, ut indulgentiam tuã neceſſitas æmuletur. Modo prætextas exuerant, reſumant. modo lictores abire iuſſe

rant,reuocent·modo gratulantes amici receſſerant, reuertantur·Hominis ne iſtud ingenium eſt? hominis poteſtas?renouare gaudia, redintegrare lætitiã,nullamq; requiem gratulationis dare,neq; alia repetendis conſulatibus interualla permittere,niſi dum finiuntur?Facias iſta ſemper,nec unquam in hoc opere, aut animus tuus,aut fortuna laſſetur· Des quamplurimis tertios conſulatus,et cũ plurimis tertios conſulatus dederis,ſemper tamen plures,quibus debeas dare ſuperſint· Omniũ quidem beneficiorum,quæ merentibus tribuuntur, non ad ipſos gaudium magis, quàm ad ſimiles redundat·præcipue tamen ex horum conſulatu non ad partem aliquã ſenatus,ſed ad totum ſenatum tanta lætitia peruenit,ut eundem honorem omnes ſibi & dediſſe et accepiſſe uideantur· Nempe enim hi ſunt,quos ſenatus cum publicis ſumptibus minuendis optimum quenq; præficeret, elegit equidem primos·Hoc eſt igitur,hoc eſt, quod penitus illos animo Cæſaris inſinuauit·An parum ſæpe experti ſumus,hanc eſſe rerum cõditionem,ut Senatus fauor apud principem,aut proſit,aut noceat? Nón ne pauloante nihil magis exitiale erat,quàm illa principis cogitatio?hunc ſenatus probat·hic ſenatui carus eſt,oderat,quos nos amaremus,ſed & nos, quos ille·Nunc inter principem,ſenatumq; digniſſimi cuiuſq; caritate certatur· demonſtramus inuicem, credimus inuicem,quodq; maximum amoris mutui ſignum eſt eoſdẽ amamus. Proinde Patres·C·fauete aperte,diligite conſtanter·Non iam diſſimulandus, eſt amor,ne noceat,non præmendum odium,ne pro-

ſit eadem Cæſar, quæ ſenatus probat, improbát'q; uos ille præſenteis, uos etiam abſenteis in cõſilio habet. tertio cõſules fecit, quos uos elegeratis, et fecit hoc ordine, quo electi a uobis erant. Magnus uterq; uidetur ſiue eoſdẽ maxime diligit, quos ſcit nobis eſſe carissimos, ſiue illis neminem præfert, quamuis aliquẽ magis amet. Propoſita ſunt ſenioribus præmia, iuuenibus exempla. adeãt, frequentent ſecuras tandem, ac patenteis domos. quiſquis probatos ſenatui uiros ſuſcipit, hic maxime principem promeretur. ſibi enim accreſcere putat, quod cuiq; adſtruatur, nullam'q; in eo gloriam ponit, quod ſit omnibus maior, niſi maximi fuerint, qbus maior eſt. Perſta Cæſar ĩ iſta ratione propoſiti, taleis'q; nos crede, qualis fama cuiuſq; eſt. huic aureis, huic oculos ĩtende. ne reſpexeris clãdeſtinas exiſtimationes, nullis'q; magis quam audientibus inſidianteis ſuſurros. melius omnibus, quàm ſingulis creditur. ſinguli enim decipere, et decipi poſſunt, nemo omneis, neminem omnes fefellerunt. Reuertor iam ad conſulatum tuum, et ſi ſunt quædam ad conſulatum quidem pertinentia, ante conſulatum tamen, in primis quod comitiis tuis interfuiſti candidatus, non conſulatus tantum, ſed immortalitatis, & gloriæ et exempli, quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te Populus. R. in illa uetere poteſtatis ſuæ ſede. perpeſſus es longum illud carmẽ comitiorum, nec iam irridendam moram, cõſul'q; ſic factus es, ut unus ex nobis, quos facis conſules. Quotus quiſq; prĩcipum antecedentium honorem iſtum, aut conſulatui habuit? aut populo? non alii maradi

ſomno, heſternaq; cœna redūdantes comitiorum ſuorum nuntios operiebantur? Alii ſanè peruigiles, & inſomnes ſed intra cubilia ſua illis ipſis conſulibus, qbus conſules renuntiabantur, exilia, et cædē machinabantur. O praua, et inſcia ueræ maieſtatis ambitio, concupiſcere honorem, quem dedigneris, dedignari, quem concupieris, cumq; ex proximis hortis campum, et comitia proſpectes, ſic ab illis abeſſe, tanquā Danubio, Rhenoq; dirimare, auerſeris tu honori tuo ſperata ſuffragia, renuntiariq; te conſulem iuſſiſſe contentus liberæ ciuitatis ne ſimulationem quidē ſerues, abſtineas deniq; comitiis abſtruſus, atq; abditus quaſi illic tibi non conſulatus detur, ſed abrogetur imperium. Hæc perſuaſio ſuperbiſſimis dominis erat, ut ſibi uiderentur principes eſſe deſinere, ſiquid facerent tanquam ſenatores. Pleriq; tamen nō tam ſuperbia, quam metu quodam ſubmouebantur. an ſtuprorum ſibi, inceſtarumq; noctium conſcii auſpicia polluere, ſacratumq; campum nefario auderent contaminare ueſtigio? non adeo deos, hominesq; contempſerant, ut in illa ſpatioſiſſima ſede hominum, deorūq; coniectos in ſe oculos ferre, ac perpeti poſſent. Tibi cōtra et moderatio tua ſuaſit, et ſanctitas, ut te et religioni deorum, et iudiciis hominum exhiberes. Alii conſulatum ante, quàm acciperent, tu et dum accipis, meruiſti. Peracta erant ſolennia comitiorum ſi principem cogitares, iamq; ſe omnis turba commouerat, cum tu mirantibus cunctis, accedis ad conſulis ſellā, adigendum te præbes in uerba principibus ignota, niſi cum iurare cogerent alios. Vides quàm neceſſa-

rium fuit conſulatum non recuſare?non putaſſemus iſtud facturum te fuiſſe,ſi recuſaſſes. Stupeo Patres C. nec dum ſatis aut oculis meis,aut auribus credo, atq; identidem me an audierim,an uiderim interro go. Imperator ergo,et Cæſar,& Auguſtus pontifex maximus ſtetit ante gremium conſulis?ſeditq; conſul principe ante ſe ſtante?& ſedit inturbatus,interritus et tanquam ita fieri ſoleret?quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum,et ille iurauit. expreſſit, explanauitq; uerba,quibus caput ſuum,domum ſuam,ſi ſcienter fefelliſſet,deorum iræ conſecraret. Ingens Cæſar,et par gloria tua ſiue fecerint iſtud poſtea principes,ſiue non fecerint. Vllá ne ſatis prædicatio digna eſt?idem tertio conſulem feciſſe,quod primo?idē principem;quod priuatum?idem imperatorem,quod ſub imperatore?Neſcio iam,neſcio pulchrius ne ſit iſtud quod præeunte nullo,an hoc quod alio præeunte iuraſti. In roſtris quoq; ſimili religione ipſe te legibus ſubiecisti. Legibus Cæſar,quas nemo principi ſcripſit. Sed tu nihil amplius uis tibi licere,q̃ nobis,ſic fit ut nos tibi plus uelimus. Quod ego nunc primum audio,nunc primum diſco,non eſt princeps, ſunt leges,ſed leges ſupra principem,idem Cæſari conſuli, quod cæteris non licet. iurat in legem attendentibus diis,nam cui magis,quàm Cæſari attendant? iurat obſeruantibus iis,quibus idem iurandum eſt,nō ignarus alioq nemini religioſius quod iurauerit cuſtodiendum,quàm cuius maxime intereſt non peierare. itaq; et abiturus conſulatu iuraſti te nihil contra leges feciſſe. Magnum hoc erat,cum promitteres,maius

poſtquam præſtitiſti·Iam toties procedere in roſtra, in aſſenſumq́; illum ſuperbiæ principum locum terere, hic ſuſcipere, hic ponere magiſtratus·quam dignum te, quamq́; diuerſum cõſuetudine illorum, qui pauculis diebus geſtum conſulatum, immo non geſtũ abiiciebant per edictum, hoc pro contione, pro roſtris pro iureiurando ſcilicet, ut primis extrema congruerent, utq́; hoc ſolo intelligerentur ipſi conſules fuiſſe, quod alii non fuiſſent· Nõ tranſiliui Patres·C· principis noſtri conſulatum, ſed eundem in locum cõtuli, quicquid de iureiurando dicendum erat·neq; enim ut in ſterili, ieiunaq́; materia eandẽ ſpeciẽ laudis deducere, ac ſpargere, atq; identidẽ tractare debemus·Illuxerat primus cõſulatus tui dies, quo tu curiam igreſſus, nũc ſingulos, nũc uniuerſos adhortatus es reſumere libertatẽ, capeſſere quaſi cõmunis ĩperii curas, inuigilare publicis utilitatibus; et inſurgere·Omnes ante te eadem iſta dixerunt, nemini tamen ante te creditum eſt·Erant ſub oculis naufragia multorũ, quos ĩuidioſa tranquillitate prouectos ĩprouiſus turbo perculerat·Quid enim tam infidũ mare, q̃ blãditiæ principum illorum, quibus tanta lenitas; tantæ fraus, ut facilius eſſet iratos, quàm propitios habere? Te uero ſecuri, et alacres quo uocas ſequimur·iubes eſſe liberos, erimus·iubes, quæ ſentimus promere in medium, proferemus·Neq; enim adhuc ignauia quadam, et inſito torpore ceſſauimus·Terror, & metus, et miſera illa ex periculis facta prudentia monebat, ut a Rep·(erat autem omnino nulla Reſp·) oculos, aures, animos auerteremus·At nunc tua dextera; tu-

iſq; promiſſis freti, et innixi obſepta diutina ſeruitu te ora reſeramus, frenatamq́; tot malis linguam reſol uimus. Vis enim tales eſſe nos, quales iubes, nihilq; exhortationibus tuis fucatum, nihil ſubdolum, deniq; quod credentem fallere paret non ſine periculo fallē tis. neq; enim unquam deceptus eſt princeps, niſi qui prius ipſe decepit. Equidē hunc parentis publici ſen- ſum, cum exhortatione eius, tum pronuntiatione re- ſpexiſſe uideor. Quæ enim illa grauitas ſentētiarū, quam inaffectata ueritas uerborum? quæ adſeuera- tio in uoce? quæ affirmatio in uultu, quanta in ocu- lis, habitu, geſtu, toto deniq; corpore fides? Tenebit er- go ſemper, quod ſuaſerit, ſcietq; nos, quoties liberta- tē, quam dedit, experiemur, ſibi parere. nec uerendū eſt, ne incautos putet, ſi fidelitate temporum conſtan- ter utamur, quos memini ſub malo principe aliter ui xiſſe. Nuncupare uota et pro æternitate imperii, & pro ſalute ciuium, immo pro ſalute principū, ac pro pter illos, pro æternitate imperii ſolebamus. Hæc pro imperio noſtro, in quæ ſint uerba ſuſcepta, operæ- pretium eſt adnotare, Si bene Remp. & ex utilitate omnium rexeris. Digna uota, quæ ſemper ſuſcipi- antur, ſemperq́; ſoluantur. Egit cum diis ipſo te auto- re Cæſar Reſp. ut te ſoſpitē, incolumemq́; præſtarēt, ſi tu cæteros præſtitiſſes, ſi contra, illi quoq; a cuſto- dia tui corporis oculos dimouērent, teq́; relinquerēt uotis, quæ non palàm ſuſciperentur. Alii ſe ſuperſti tes Reip. optabant, faciebantq́;. tibi ſalus tua inuiſa eſt, ſi non ſit cum Reip. ſalute coniuncta. nihil pro te pateris optari, niſi expediat optantibus, omnibusq́;

annis in conſilium de te deos mittis, exigisq́; ut ſententiam ſuam mutent, ſi talis eſſe deſieris, qualis electus es. Sed ingenti conſcientia Cæſar, paciſcēris cum diis, ut te, ſi mereberis, ſeruent, cū ſcias, an merearis, neminem magis, quàm deos ſcire. Non ne uobis Patres. C. hæc diebus, ac noctibus agitare ſecum uidetur? Ego quidem in me, ſi omniū utilitas ita poſceret, etiam præfecti manum armaui, ſed ne deorū quidem aut iram, aut negligentiam deprecor, quæſo immo, et obteſtor, ne unquam pro me uota Rep inuita ſuſcipiat, aut ſi ſuſceperit, inuita ne debeat. Capis ergo Cæſar ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum ex conſenſu deorum. nam cum excipias, ut ita demū te Dei ſeruent, ſi bene Remp. et ex utilitate omnium rexeris, certus es, te bene Remp. gerere, cum ſeruent. Itaq; ſecurus tibi, et lætus dies erit, qui principes alios cura, et metu diſtinebat, cum ſuſpenſi, et attoniti, parumq́; confiſi patientia noſtra hinc, atq; inde publicæ ſeruitutis nuntios expectarent, ac ſi forte aliquos flumina, niues, uenti præpediſſent, ſtatim hoc illud eſſe credebant, quod merebantur. nec erat diſcrimen ullum pauoris, propterea, quod cum a malo principe tanquam ſucceſſor timeatur, quiſquis eſt dignior, cum ſit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam ſecuritatem non mora nuntiorum, nō literarum tarditas differt. ſcis tibi ubiq; iurari, cū ipſe iuraueris omnibus. Nemo hoc ſibi non præſtat. amamus quidē te in quantum mereris, iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri. nec unquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet uota non utilitas noſtra, ſed fides Cæſar. Turpis

tutela

tutela principis, cui poteſt ī putari. Queri libet, quod in ſecreta noſtra non inquirant principes, niſi quos odimus. Nam ſi eādē cura bonis, quæ malis eſſet, quā ubiq; admiratione tui, quod gaudium, exultationē q; deprehenderes? quos omnium cum coniugibus, ac liberis, quos etiam cum domeſticis aris, focisq; ſermones? ſcires molliſſimis iſtis auribus parci, et alioqui cū ſint odium, amorq; contraria, hoc perquā ſimile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi liberalius malos odimus. Cœpiſti tamen & affectus noſtri, et iudicii experimentum, quantū maximum præſens capere potuiſti illo die, quo ſolicitudini, pudoriq; candidatorū ita conſuluiſti, ne ullius gaudium alterius triſtitia turbaret. alii cum lætitia, alii cum ſpe receſſerunt, multis gratulandum, nemo conſolādus fuit. Nec ideo ſegnius iuuenes noſtros exhortatus es conſulatum circumirent, ſenatui ſupplicarēt, atq; ita a principe ſperarent honores, ſi a ſenatu petiſſent. Quo quidem in loco ſiquibus opus exemplo, adieciſti, ut te imitarentur. Arduum Cæſar exemplū et quod imitari non magis quiſq; candidatorum, quā principum poſſit. Quis enim uel uno die reuerētior ſenatus candidatus, quàm tu, cum omni uita, tum illo ipſo tēpore, quo iudicas de candidatis? An aliud a te, quām Senatus reuerētia obtinuit, ut iuuenibus clariſſimæ gentis debitum generi honorem, ſed ante, q̄ deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur a pricipe, tandē illos īgentiū uirorū nepotes, illos poſteros libertatis nec terret Cæſar, nec pauet, quinimmo feſtinatis honoribus am-

annis in conſilium de te deos mittis, exigiſq́; ut ſententiam ſuam mutent, ſi talis eſſe deſieris, qualis electus es. Sed ingenti conſcientia Cæſar, paciſcĕris cum diis, ut te, ſi mereberis, ſeruent, cũ ſcias, an merearis, neminem magis, quàm deos ſcire. Non ne uobis Patres. C. hæc diebus, ac noctibus agitare ſecum uidetur? Ego quidem in me, ſi omniũ utilitas ita poſceret, etiam præfecti manum armaui, ſed ne deorũ quidem aut iram, aut negligentiam deprecor, quæſo immo, et obteſtor, ne unquam pro me uota Rep inuita ſuſcipiat, aut ſi ſuſceperit, inuita ne debeat. Capis ergo Cæſar ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum ex conſenſu deorum. nam cum excipias, ut ita demũ te Dei ſeruent, ſi bene Remp. et ex utilitate omnium rexeris, certus es, te bene Remp. gerere, cum ſeruent. Itaq; ſecurus tibi, et lætus dies erit, qui pricipes alios cura, et metu diſtinebat, cum ſuſpenſi, et attoniti, parumq́; confiſi patientia noſtra hinc, atq; inde publicæ ſeruitutis nuntios expectarent, ac ſi forte aliquos flumina, niues, uenti præpediſſent, ſtatim hoc illud eſſe credebant, quod merebantur. nec erat diſcrimen ullum pauoris, propterea, quod cum a malo principe tanquam ſucceſſor timeatur, quiſquis eſt dignior, cum ſit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam ſecuritatem non mora nuntiorum, nõ literarum tarditas differt. ſcis tibi ubiq; iurari, cũ ipſe iuraueris omnibus. Nemo hoc ſibi non præſtat. amamus quidẽ te inquantum mereris, iſtud tamen non tui facimus amore, ſed noſtri. nec unquam illuceſcat dies, quo pro te nuncupet uota non utilitas noſtra, ſed fides Cæſar. Turpis

tutela

tutela principis, cui poteſt i putari. Queri libet, quod in ſecreta noſtra non inquirant principes, niſi quos odimus. Nam ſi eãdẽ cura bonis, quæ malis eſſet, quã ubiq; admiratione tui, quod gaudium, exultatione q; deprehenderes? quos omnium cum coniugibus, ac liberis, quos etiam cum domeſticis aris, focisq; ſermones? ſcires molliſſimis iſtis auribus parci, et alioqui cũ ſint odium, amorq; contraria, hoc perquã ſimile habent, quod ibi intemperantius amamus bonos principes, ubi liberalius malos odimus. Cœpiſti tamen & affectus noſtri, et iudicii experimentum, quantũ maximum præſens capere potuiſti illo die, quo ſolicitudini, pudoriq; candidatorũ ita conſuluiſti, ne ullius gaudium alterius triſtitia turbaret. alii cum lætitia, alii cum ſpe receſſerunt, multis gratulandum, nemo conſolãdus fuit. Nec ideo ſegnius iuuenes noſtros exhortatus es conſulatum circumirent, ſenatui ſupplicarẽt, atq; ita a principe ſperarent honores, ſi a ſenatu petiſſent. Quo quidem in loco ſiquibus opus exemplo, adieciſti, ut te imitarentur. Arduum Cæſar exemplũ et quod imitari non magis quiſq; candidatorum, quã principum poſſit. Quis enim uel uno die reuerẽtior ſenatus candidatus, quàm tu, cum omni uita, tum illo ipſo tẽpore, quo iudicas de candidatis? An aliud a te quãm Senatus reuerẽtia obtinuit, ut iuuenibus clariſſimæ gentis debitum generi honorem, ſed ante, q̃ deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non obſcuratur, ſed illuſtratur a pricipe, tandẽ illos igentiũ uirorũ nepotes, illos poſteros libertatis nec terret Cæſar, nec pauet, quinimmo feſtinatis honoribus am-

pliſicat, atq; auget, et maioribus ſuis reddit, ſiquid uſquam ſtirpis antiquæ, Siquid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, et refouet, et in uſum Reip. promit. Sunt in honore hominum, et in honore famæ magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Cæſaris, cuius eſt, ut nobiles et conſeruet et efficiat. Præfuerat prouinciæ quæſtor unus ex candidatis, in quem ea ciuitas ampliſſima redditus egregia conſtitutione fundauerat, hoc ſenatui allegandum putaſti, Cur enĩ te principe, qui generis tui claritatem uirtute ſuperaſti, deterior eſſet conditio eorum, qui poſteros habere nobiles mererentur, quàm eorum, qui parentes habuiſſent? O te dignum, qui de magiſtratibus noſtris ſemper hæc nũties, nec pœnis malorum, ſed bonorũ præmiis bonos facias. Accenſa eſt iuuentus, erexitq́; animos ad æmulandum, quod laudari uidebat. nec fuit quiſquam, quem non hæc cogitatio ſubiret; cum ſciret, quicquid a quoq; in prouinciis bene fieret, omnia te ſcire. Vtile eſt Cæſar, et ſalutare præſidibus prouinciarum hanc habere fiduciam, paratum eſſe. ſanctitati induſtriæ ſuæ maximum præmium, iudicium principis, ſuffragium principis. Adhuc autem quanlibet ſyncera, rectáq; ingenia, et ſi nõ detorquebat, hebetabat tamen miſera, ſed uera reputatio. Vides enim ſiqd bene fecero, neſciet Cæſar, aut ſi ſcierit, teſtimonium nõ reddet. Ita eadem illa ſeu negligentia, ſeu malignitas principum cum male conſultis impunitatem, recte factis nullum præmium pollicetur, nec illos a crimine, et hos deterrebat a laude. At nunc ſi bene aliquis prouinciam rexerit, huic

quæſita uirtute dignitas offertur· patet enim omnibus honoris,et gloriæ campus·ex hoc quiſq; quod cupit, petat,et aſſecutus ſibi debeat· Prouinciis quoq; in poſterum,& iniuriarum metum,et accuſandi neceſſitatem remiſiſti· Nam ſi profuerint,quibus gratias egerint,de nullo queri cogentur, et alioqui nihil magis prodeſſe candidato ad ſequẽter honores, quàm peractos optime magiſtratus·magiſtratus magiſtratu,honore honor petitur· Volo ego,qui prouinciam rexerit,non tantum codicillos amicorum,nec urbana coniuratione eblanditas preces,ſed decreta coloniarum, decreta ciuitatum allẽget· Næ ſuffragiis conſulariũ uirorum urbes,populi,gentes inſeruntur· efficaciſſimum pro candidato genus eſt rogandi,gratias agere· Iá quo adſenſu ſenatus,quo gaudio exceptum eſt, cũ candidatis,ut quenq; nominaueras, oſculo occurreres,deuexus quidẽ in planum,et quaſi unus ex gratulantibus,te mirer magis? an improbem illos,qui effecerunt,ut iſtud magnum uideretur? cum uelut affixi curulibus ſuis manum tantum,et hanc cunctanter,et pigre,et imputantibus ſimiles promerent· Cõtigit ergo oculis noſtris inſolita facies,princeps et candidatus equitis ſimul ſtantes,intueri parem accipientibus honorem qui dabat· Quod factum tuum a cũcto ſenatu,quàm uera acclamatione celebratum eſt, tanto maior,tanto auguſtior· Nam cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt,hic uno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſubmittat ſecurus magnitudinis ſuæ·neq; eni ab ullo periculo fortuna principum longius abeſt, q̃ ab humilitate·Mihi quidem non tam humanitas tua,

quàm intentio eius admirabilis uidebatur. Quippe cum orationi oculos, uocem, manum commodares, ut ſi alii eadem iſta mandaſſes, omnes comitatis numeros obibas, atq; etiam cum ſuffragatorum nomina honore, quo ſolent, exciperentur, tu quoq; inter excipienters eras, et ex ore principis ille ſenatorius aſſenſus audiebatur, quod'q; apud Principẽ perhibere teſtimonium merentibus gaudebamus, perhibebatur a prĩcipe. Faciebas ergo, cum diceres, optimos, nec ipſorum modo uita a te, ſed iudicium ſenatus comprobabatur, ornariq; ſe non illos magis, quos laudabas lætabatur. Nam quod precatus es, ut illa, ipſa ordinatio comitiorum bene, ac feliciter eueniret nobis, Reip. nõne tibi tale eſt, ut nos hunc ordinem uotorum conuertere debeamus? deos deniq; obſecrare, ut omnia, quæ facis, quæq; facies proſpere cedant tibi, Reip. nobis, uel ſi breuius ſit optandũ, ut uni tibi, in quo et Reſp. et nos ſumus. Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia aduerſa, alia ſecunda principi et nobis. nunc cõmunia tibi nobiſcum tam læta, quàm triſtia, nec magis ſine te nos eſſe felices, quàm tu ſine nobis potes. An ſi poſſes in fine uotorum adieciſſes, ut ita precibus tuis dii annuerent, ſi iudicium noſtrum mereri perſeueraſſes? Adeo nihil tibi amore ciuiũ antiquius, ut ante a nobis, deinde a diis, atq; ita ab illis amari uelis, ſi a nobis ameris. Et ſanè priorum principũ exitus docuit, ne a diis quidem amari, niſi quos homines amẽt. Arduũ erat has precationes tuas laudibus adæquare, adæquauimus tamen, qui amoris ardor, qui ſtimuli, quæ faces, illas nobis acclamationes ſubiece-

runt? Non noſtri Cæſar ingenii, ſed tuæ uirtutis, tuo-
rumq́; meritorum uoces fuerunt, quas nulla unquã
adulatio inuenit, nullus cuiuſquã terror expreſſit.
Quem ſic timuimus, ut hæc fingeremus? quẽ ſic ama
uimus, ut hæc fateremur? Noſti neceſſitatẽ ſeruitutis.
quando ſimile aliquid audiſti, et quando dixiſti? Mul
ta quidem excogitat metus, ſed quæ appareant quæ-
ſita ab inuitis. aliud ſolicitudinis, aliud ſecuritatis in
genium eſt. alia triſtium inuentio, alia gaudentium.
neutrum ſimulationes expreſſerint. habent ſua uer-
ba miſeri, ſua uerba felices, ut quæ iam maxime ab
utriſq; dicantur. Teſtis ipſe es, quæ in omnium ore læ
titia. non amictus cuiquam, non habitus, quem mo-
do extulerat. inde reſultantia uocibus tecta, nihilq́;
tantis clamoribus ſatis clauſum. Quis tunc non e ue
ſtigio ſuo exiluit? quis exiluiſſe ſenſit? Multa fecimus
ſponte, plura inſtinctu quodam, et imperio. Nã gau
dio quoq; cogendi uis ineſt. Num ergo modum ei tua
ſaltem modeſtia impoſuit? nam quanto magis a te re
primebatur, exarſimus non contumacia Cæſar, ſed ut
in tua poteſtate eſt, an gaudeamus, ita inquantum nec
in noſtra. Comprobaſti et ipſe acclamationũ noſtra-
rum fidem, lachrymarum tuarum ueritate, uidimus
humeſcentes oculos tuos, demiſſumq́; gaudio uultũ,
tantumq́; ſanguinis in ore, quantum in animo pudo-
ris. Atq; hoc magis incenſi ſumus, ut precaremur, ne
quando tibi nõ eadem cauſſa lachrymarum, utque
nunquã frõtem tuã hoc ipſum, has ſedes, nobis qua
ſi reſponſuras interrogemus, uiderint ne unquam pri
cipis lachrymas? at ſenatus ſæpe uiderunt. Oneraſti

futuros principes, ſed et poſteros noſtros· nam et hi a prīcipibus ſuis exigent, ut eadem audire mereantur, et illi ꝗ nō audiant indignabuntur· Nihil magis poſſum proprie dicere, quàm quod dictum eſt a cuncto Senatu, o te felicem, quod cum diceremus, nō opes tuas, ſed animum mirabamur· eſt enim demum uera felicitas felicitate dignum uideri· Sed cū multa illo die dicta ſunt ſapiēter et grauiter, tū uel in primis. Crede nobis, Crede tibi· Magna hoc fiducia noſtri maiore tamen tui diximus· alius enim fortaſſe aliū, ipſum ſe nemo deceperit· introſpiciat modo uitam, ſeq́; quid mereatur, interroget. Proinde dabat uocibus noſtris fidem apud optimum principem, quod apud malos detrahebat· quamuis enim faceremus, quæ amantes ſolent, illi tamen non amari ſe, credebant ſibi· Super hæc precati ſumus, ut ſic te amarent Dii, quemadmodum tu nos: quis hoc aut de ſe, aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobisipſis, quidē hæc fuit ſumma uotorum, ut nos ſic amarent dii, quo modo tu· Eſt ne uerum, quod inter iſta clamauimus? O nos felices, Quid enim felicius nobis? quibus non iam illud optandum eſt, ut nos diligat princeps, ſed Dii, quēadmodū prīceps· Ciuitas religiōibus dedita, ſemperq́; deorum indulgentiam pie merita, nihil felicitati ſuæ putat aſtrui poſſe, niſi ut dii Cæſarē imitentur· Sed quid ſingula cōſector, et colligo? quaſi uero, aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim, quæ uos Patres C. nequa interciperet obliuio, et in publica acta mittenda, et incidenda in ære cenſuiſtis· Ante orationes prīcipum tantum eiuſmodi gene-

re monimentorum mandari æternitati ſolebant, acclamationes quidem noſtræ parietibus curiæ claudebantur. erant enim quibus nec Senatus gloriari, nec Princeps poſſent. Has uero et in ſingulis exire, et poſteris prodi cum ex utilitate, tum ex dignitate publica fuit, primum, ut orbis terrarũ pietatis noſtræ adhiberetur teſtis, et conſcius, deinde, ut manifeſtum eſſet audere nos de bonis, maliſ'q; principibus non tantũ poſt ipſos iudicare, poſtremo, ut experimẽto cognoſceretur, et ante nos gratos, ſed miſeros fuiſſe, qbus eſſe nos gratos probare antea nó licuit. At qua cótentione, quo niſu, qbus clamoribus expoſtulatũ eſt, ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres, deniq;, ut i poſterum exemplo prouideres. Diſcant et principes acclamationes uẽras, falſas'q; diſcernere, habeant'q; muneris tui, ꝙ iam decipi non poterunt. Non inſtruẽdum illis iter ad bonam famam, ſed non deſerẽdum, non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt. certũ eſt et quæ facere, et quæ debeant audire, ſi faciãt.

Quid nunc ego ſuper ea, quæ ſum cum toto ſenatu precatus, pro ſenatu precer? niſi ut hæreat animo tuo gaudium, quod tũc oculis protuliſti. Ames illum diem, et tamen uincas. noua merearis, noua audias, eadẽ enim dici niſi ob eadẽ facta non poſſunt. Iam q̃ antiquum, q̃ conſulare, quod triduũ totũ ſenatus ſub exemplo tui ſedit, cũ interea nihil præter conſulẽ ageres. Interrogauit quiſq; quod placuit diſſentire, diſcedere, et copiã iudicii ſui Reip. facere, tutũ fuit. cóſulti omnes atq; etiã dinumerati ſumus, uicit'q; ſententia non prima, ſed melior. At quis antea loqui? quis hi-

ſcere audebat præter miſeros illos, qui primi interro gabantur? cæteri quidem defixi, et attoniti ipſam illam mutam, ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Vnus, ſolusq; cẽſebat, quod ſequerentur omnes, et omnes improbarent, in primis ipſe, qui cenſuerat. Adeo nulla magis omnibus diſplicẽt, quam quæ ſic fiunt, tanquam omnibus placeant. Fortaſſe imperator in ſenatu ad reuerentiam eius componebatur, cæterum egreſſus, ſtatim ſe recipiebat in prĩcipem, omniaq; conſularia officia abigere, negligere, contemnere ſolebat. Ille uero ita conſul, ut ſi tantum conſul foret, nihil infra ſe putabat, niſi quod infra eos eſſet, ac primum ita domo progrediebatur, ut illum nullus apparatus arrogantiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret. una erat in limine mora conſultare aueis, reuereriq; numinum monitus. nemo perturbabatur, nemo ſubmouebatur. tanta uiatoribus quies, tantus pudor faſcibus, ut plerunq; aliena turba ſubſiſtere, et conſulem et principẽ cogeret. Ipſius quidem officium, tam modicum, tam temperatum, ut antiquus, aliquisq; magnus conſul ſub bono principe incedere uideretur. Iter illi ſæpius in forum, frequenter tamen et in campum. nam comitia conſulum obibat ipſe. tantum ex renuntiatione eorum uoluptatis, et quantum prius ex deſtinatione capiebat. Stabant candidati ante curulem principis, ut ipſe ante cõſulis ſteterat, adigebanturq; in uerba, in quæ paulo ante ipſe iurauerat prĩceps, qui tãtum putat eſſe in iureiurando, ut illud et ab aliis exi-

gat. Reliqua pars diei tribunali dabatur. Ibi uero quanta religio æquitatis, quanta legum reuerentia? Adibat aliquis ut principē, reſpondebat ſe conſulē eſſe. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius autoritas imminuta eſt, aucta etiam, ſiquidē pleraq; ad prætores remittebat, atq; ita ut collegas uocaret, nō qa populare gratū'q; audientibus, ſed qa ita ſentiebat. Tantū dignationis ī ipſo honore ponebat, ut nō amplius eſſe cēſeret, quod aliqs collega appellaretur a prīcipe, q̄ quod prætor eſſet. Ad hæc tā aſſiduus in tribunali, ut labore refici, ac reparari uideretur. Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit? quis adeo expetitis honoribus aut deſeruit, aut ſufficit? Et ſane æquū eſt, tantum cæteris præſtare conſulibus ipſum, qui conſules facit. quippe etiā fortunæ uidebatur indignum, ſi poſſet honores dare, qui gerere non poſſet. Facturus conſules doceat, accepturos'q; ampliſſimū honorem perſuadeat ſcire ſe, quid ſit, quod daturus ſit: ſic fit ut illi quoq; ſciant, quid acceperint. Quo iuſtius Senatus ut ſuſciperes quartum conſulatum et rogauit, et iuſſit. Imperii hoc uerbū nō adulationis eſſe, obſequio tuo crede, quod nō alia in re magis aut Senatus exigere a te, aut præſtare Senatui debes. Vt enim cæterorum hominum, ita principum illorum omnium, qui dii ſibi uidentur, æuū omne et breue, et fragile eſt. Itaq; optimum quenq; niti, et contendere decet, ut poſt ſe quoq; Reip. proſit moderationis ſcilicet, iuſtitiæ'q; monimentis, quæ prima ſtatuere conſul poteſt. Hæc nempe intentio tua, ut libertatem reuōces, ac reducas. Quem ergo honorem magis amare? quod

nomen uſurpare ſæpius debes, quàm quod primum inuēnit recuperata libertas? Non eſt minus ciuile, & principem eſſe pariter, et conſulem, quàm tantum cōſulem. Habes etiam rationem uerecundiæ collegarū tuorum, Collegarum inquam, ita enim et ipſe loqueris, et nos loqui uis. oneroſa erit modeſtiæ illorum tertii conſulatus ſui recordatio, donec te conſulem uideant. neq; enim poteſt nō nimiū eſſe priuatis, quod principi ſatis eſt. Annuas Cæſar optantibus, quibusq; apud deos eſſe conſueſti, quorum potens es, uotorum compotes facias. fortaſſe ſufficiat tertius cōſulatus, ſed nobis tanto minus ſufficit. Ille nos inſtituit, et induxit, ut te iterum, iterumq; conſulē habere cupiamus. Remiſſius iſtud contēderemus, ſi adhuc nō ſciremus, qualis eſſes futurus. Tolerabilius fuit experimentum tui nobis, quàm uſum negari. Dabitur ne rurſus uidere cōſulem illum? audiet, reddet, quas proxime uoces? præſtabitq; gaudium, quantū ipſe percipiet? præſidebit lætitiæ publicæ autor eius, et cauſſa? tētabitq; affectus noſtros, ut ſolet cohibere, nec poterit? pietati Senatus cum modeſtia principis felix, ſpecioſumq; certamen ſeu fuerit uicta, ſeu uicerit. Equidem incognitam quandā, proximāq; maiorem præſumo lætitiā. quis enim eſt tam imbecilli ingenio, qui nō tanto meliorem conſulē ſperet, quanto ſæpius fuerit? Alius labores ſi non continuos deſidiæ, ac uoluptati dediſſet, otio tamē, et quiete recreaſſet, hic conſularibus curis exolutus, principales reſumpſit, tam diligens temperamenti, ut nec conſulis officium princeps, nec principis conſul appeteret. Videmus ut prouinciarum de-

ſyderis, ut ſingularum etiam ciuitatum præſidiis oc currat, nulla in audiendo difficultas, nulla in reſpõdendo mora adeunt ſtatim, dimittuntur ſtatim, tandemq; principis fores excluſa legationum turba non obſidet. Quid in omnibus excogitationibus, quam mitis ſeueritas, quam non diſſoluta clementia? nõ locupletãdo fiſco ſedes, nec aliud tibi ſentẽtiæ tuæ pretium, quam bene iudicaſſe. Stant ante te litigatores nõ de fortunis ſuis, ſed de tua æſtimatione ſoliciti, nec tã uerẽtur, quid de cauſſa ſua, quàm quid de moribus ſentias. O uere principis, atq; etiã conſulis, reconciliare æmulas ciuitates, tumentesq; populos nõ imperio magis, quàm ratione compeſcere, intercedere iniquitatibus magiſtratuũ, infectumq; reddere, quidquid fieri nõ oportuerit. Poſtremo uelociſſimi ſyderis more omnia inuiſere, oĩa audire, et undecunq; inuocatũ ſtatim numẽ uelut adeſſe, et adſiſtere. Talia eſſe crediderim, quæ ipſe mundi parens temperat nutu, ſiquando oculos demiſit in terras, et facta mortalium inter diuina opera numerare dignatus ẽ, quibus nũc per te liber, ſolutusq; cœlo tantum uacat, poſtquam te dedit, qui erga omne hominum genus uice ſua fungereris, fungeris enim, ſufficisq; mandãti, cum tibi dies omnis ſumma cum utilitate noſtra, cum tua laude cõdatur. Quod ſiquando cum influentibus negociis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Quæ enim remiſſio tibi niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montiũ iuga, et horrentibus ſcopulis gradum inferre nullius manu, nullius ueſtigio aditũ, atq; inter hæc pia mẽ

te adire lucos, et occurſare numinibus? Olim hæc experientia iuuentutis, hæc uoluptas erat. his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris, curſu, cum audacibus, robore, cum callidis, aſtu. nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, et obſidione quadã liberatus agreſtium labor. Vſurpabant gloriam iſtam illi quoq; principes, qui obire non poterant. uſurpabant autẽ, ut domitas, fractasq́; clauſtris feras, ac deinde in ipſorum quidem ludibrium emiſſas mentita ſagacitate colligerent. Huic par capiẽdi, quærẽdiq́; ſudor, ſummusq́;, et idem gratiſſimus labor inuenire. Enimuero ſiquando placuit idem corporis robur in maria proferre, non ille fluitantia uela, aut oculis ſequitur, aut manibus, ſed nunc gubernaculis aſſidet, nunc cũ ualentiſſimo quoq; ſodaliũ certat frangere fluctus, domitare uentos reluctantes, remisq́; trãsfretare obſtãtia freta. Quãtũ diſſimilis illi, qui nõ Albani lacus otium, Baianiq; torpōrem, et ſilentium ferre, non pulſum ſaltem, fragoremq́; remōrum perpẽti poterat, quin ad ſingulos ictus turpi formidine horreſceret. Itaq; procul ab omni ſono inconcuſſus ipſe, et immotus religato, reuinctoq́; nauigio, nõ ſecus ac piaculum aliquod trahebatur. fœda facies, cum Populi. R. imperator alienum curſum, alienumq́; rectorem uelut capta naue ſequeretur. Nec deformitate iſta ſaltẽ flumina carebant, atq; amnes, Danubius, ac Rhenus tãtum illud noſtri dedecōris uehere gaudebant, nõ minore cum pudore imperii, quod hæc Romanæ Aquilæ, Romana ſigna, Romana deniq; ripa, quàm quod

hoſtium proſpectarent, hoſtium, quibus moris eſt eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperflua, nũc liquida, ac deſerẽtia luſtrare nauigiis, nandoq; ſuperare. Nec uero laudauerim per ſe magnoopere duritiam corporis, ac lacertorum, ſed ſi his ualidior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad ſegnitiem, luxumq; detorqueant, tunc ego ſeu montibus, ſeu mari exerceatur, et lætum opere corpus et creſcentiã laboribus membra mirabor. Video enim iam inde antiquitus maritos dearum, ac deorum liberos, nec dignitate nuptiarũ magis, quàm his artibus inclaruiſſe. Simul cogito, cum ſint iſta ludus, et auocamentum huius, illæ feriæ, & intentæ, & a quibus ſe in tale otium recipit, uoluptates. Sunt enim uoluptates, quibus optime de cuiuſq; grauitate, ſanctitate, temperantia creditur. Iam quis adeo diſſolutus, cuius nõ occupationibus aliqua ſpecies ſeueritatis iſidat? Otio prodimur. An nõ pleriq; principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebant? cum feriarum laxamenta curarum, uitiorum contentione ſupplerent. Habet hoc primũ magna fortuna, quod nihil tectum, nihil occultum eſſe patitur. principũ uero non modo domus, ſed cubicula ipſa, intimosq; receſſus recludit, omniaq; arcana noſcẽda famæ proponit. atq; explicat. Sed tibi Cæſar nihil accommodatius fuerit ad gloriam, quàm penitus inſpici. ſunt quidem præclara, quæ in publicum profers, ſed non minora ea, quæ limine tenes. Eſt magnificũ, quod te ab omni contagione uitiorũ reprimis, ac reuocas, ſed magnificẽ-

tius, quod tuos. Quanto enim magis arduũ eſt alios præſtare, quàm ſe, tanto laudabilius, quod cum ipſe ſis optimus, oẽs circa te ſimiles tui effeciſti. Multis illuſtribus dedecori fuit, aut inconſultius uxor aſſumpta, aut retenta patientius, ita foris claros domeſtica deſtruebat infamia, et ne maximi ciues haberentur, hoc efficiebat, quod mariti minores erant. Tibi uxor in decus, & gloriam cedit. quid enim illa ſanctius? quid antiquius? Nón ne ſi pōtifici maximo deligenda ſit coniux, aut hanc, aut ſimilem (ubi eſt autem ſimilis) elegerit? quàm illa nihil ſibi ex fortuna tua, niſi gaudium uendicat? quã conſtanter non potentiam tuam, ſed ipſum te reueretur? Idem eſtis inuicem, quod fuiſtis, probatis ex æquo, nihil'q; uobis felicitas addidit, niſi quod ſcire cœpiſtis, q̃ bene uterq; ueſtrũ felicitatem ferat. Eadem quàm modica cultu? quã parca comitatu? quàm ciuilis inceſſu? mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita iſtituit. nam uxori ſufficit obſequii gloria. At cum uideat, quàm te nullus terror, nulla comitetur ambitio, non & ipſa cum ſilentio incedat? ingredientem'q; pedibus maritum, inquantum patitur ſexus, imitetur? Decuerit hoc illam, etiam, ſi diuerſa tu facias. Sub hac uero modeſtia uiri quantam debet uerecundiã uxor marito, fœmina ſibi? Soror autẽ tua, ut ſe ſororem eſſe meminit, ut in illa tua ſimplicitas, tua ueritas, tuus candor agnoſcitur? ut ſiquis eã uxori tuæ conferat, dubitare cogatur, utrum ſit efficacius ad recte uiuẽdum bene inſtitui, aut feliciter naſci. Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quam æmulatio in fœminis præſertim? ea porro maxime naſcitur ex

coniũctione, alitur æqualitate, exardeſcit inuidia, cu=
ius finis eſt odium· Quo quidem admirabilius exiſti
mandum eſt, quod mulieribus duabus in una domo,
pariq; fortuna nullum certamen, nulla contentio eſt·
ſuſpiciunt inuicem, inuicem cedunt, cumq; te utraq;
effuſiſſime diligat, nihil ſua putant intereſſe, utram
tu magis ames, idemq; utriq; propoſitum, idem tenor
uitæ, nihilq;, ex quo ſentias duas eſſe· te eni imitari,
te ſubſequi ſtudent, ideo utraq; mores eoſdem, quia
utraq; tuos habet· Inde moderatio, inde etiam perpe
tua ſecuritas· neq; enim unquam periclitabuntur eſſe
priuatæ, quæ non deſierunt· Obtulerat illis Senatus
cognomẽ Auguſtarũ, quod certatim deprecatæ ſunt,
quandiu appellationẽ patris patriæ tu recuſaſſes, ſeu
quod plus eſſe in eo iudicabant, ſi uxor, et ſoror tua,
quàm ſi Auguſtæ dicerentur· Sed quæcunq; illis ra
tio tantam modeſtiam ſuaſit, hoc magis dignæ ſunt,
quæ in animis noſtris et ſint, et habeantur Auguſtæ,
quia nõ uocantur· Quid enim laudabilius fœminis,
quàm ſi uerum honorem non in ſplendore titulorũ,
ſed in iudiciis hominum reponant, magniſq; nomini
bus pares ſe faciant, etiam dum recuſant? Iam etiam
& in priuatorum animis exoleuerat priſcum mor=
talium bonum amicitia, cuius in locum migrauerãt
aſſentationes, blanditiæ, et peior ordo, amoris ſimula
tio· etenim in principum domo nomen tantum amici=
tiæ inane ſcilicet, irriſumq; manebat· nam quæ pote=
rat eſſe iter eos amicitia, quorum ſibi alii dñi, alii ſer
ui uidebãtur? Tu hanc pulſam et errantẽ reduxiſti·
Habes amicos, quia amicus ipſe es· neq; enim ut

alia ſubiectis, ita amor imperatur. neq; eſt ullus affectus tam erectus, et liber, & dominationis impatiens, nec qui magis uices exigat. Poteſt fortaſſe princeps iniq; poteſt tamen odio eſſe nõnullis, etiam ſi ipſe non oderit, amari, niſi ipſe amet, nõ poteſt. Diligis ergo, cũ diligaris, et in eo, quod utriq; honeſtiſſimũ eſt, tota gloria tua eſt, qui ſuperior factus, deſcendis in omnia familiaritatis officia, et in amicum ex imperatore ſubmitteris, immo tunc maxime imperator cum amicum ex imperatore agis. Etenim cum plurimis amicitiis fortuna principum indigeat, præcipuum eſt principis opus, amicos parare. Placeat tibi ſemper hæc ſecta, et cum alias uirtutes tuas, tum hanc conſtantiſſime teneas, nec unquam perſuadeatur humile eẽ principi, niſi odiſſe iucũdiſſimũ eſt in rebus humanis, amari, ſed nõ minus amare. quorũ utroq; ita fruẽris, ut cũ ipſe ardẽtiſſime diligas, adhuc tñ ardẽtius diligaris, primũ, quia facilius eſt unũ amare, q̃ multos. deinde, quia tibi amicos tuos obligandi adeſt facultas tanta, ut nemo poſſit te, niſi ĩgratus, nõ magis amare.

O operæpretium eſt referre, quod tormentũ tibi iniunxeris, nequid amico negares. dimiſiſti optimum uirum, tibiq; cariſſimum inuitus, et triſtis, et quaſi retinere nõ poſſes. quantum amares eum deſyderio expertus es, diſtractus, ſeparatuſq́; dũ cedis, et ui ceris. Ita quod fando inauditum, cum princeps, & principis amicus diuerſa uelletis, id potius factũ eſt, quod amicus uolebat. O rem memoriæ, literiſq́; mandandam, præfectum prætori non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere, eundemq́; otio, quem pertinaciter amet,

citer amet, reddere, cumq́; ſis ipſe diſtentus imperii cu
ris, non quietis gloriam cuiquam inuidere. Intelligi-
mus Cæſar, quantum tibi pro laborioſa iſta ſtatione,
et exercata debeamus, cum otiū a te tanquam res opti-
ma et petatur, et detur. Quam ego audio confuſionē
tuā fuiſſe? cū digredietē proſequereris, proſecutus. n.
nec tēperaſti tibi, quo minus execūti in litore ample-
xus oſculū ferres. Stetit Cæſar i illa amicitiæ ſpecula,
precatusq́; maria, celeremq́; ſi tū ipſe uoluiſſet, recur
ſum, nec ſuſtinuit recedentē, nō etiā atq; etiā uotis, la
chrymis ſequi. Nā de liberalitate taceo. quibus. n. mu
neribus æquari hæc cura principis, hæc patientia po
teſt? qua meruiſti, ut ille ſibi nimium fortis, ac pro-
pe durus uideretur. Nec dubito, quin agitauerit ſe-
cum, an gubernacula retorqueret, et feciſſet, niſi quod
penè ipſo contubernio principis felicius, iucundiusq́;
eſt deſyderare principem. Et ille quidem ut maxima
fructus ſuſcepti, ita maiore depoſiti officii gloria frui
tur, tu autem facilitate iſta conſecutus es, nequem reti-
nere uidearis inuitum. Ciuile hoc erat, et parēti pu
blico cōuenientiſſimum nihil cogere, ſemperq́; memi-
niſſe, nullam tantam poteſtatem cuiquam dari poſſe,
ut non ſit gratior poteſtate libertas. Dignus es Cæſar,
qui officia mandes deponere optantibus, qui petenti-
bus uacationem inuitus quidem, ſed tamen tribuas,
qui ab amicis orantibus requiē, nō te relinqui putes,
qui ſemper inuenias, et quos ex otio reuoces, & quos
otio reddas. Vos quoq;, quos parens noſter familiar-
riter inſpicere dignatur, fouete iudiciū eius, quod de
uobis habet. hic ueſter labor eſt. princeps enim cum

in uno probauit amare ſe ſcire, uacat culpa, ſi alios minus amat· Ipſum quidẽ, quis mediocriter diligat? cum leges amandi nõ det, ſed accipiat? hic præſens, ille mauult abſens amari, uterq; ametur, ut mauult· nemo in tædium præſentia, nemo in obliuionem abſentia ueniat· tenet quiſq; locum, quem ſemper meruit, faciliusq; eſt, ut oculis eius uultus abſentis, quàm ut animo caritas excidat· Pleriq; principes, cũ eſſent ciuium domini, libertorum erant ſerui· horum conſiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur, per hos præturæ etiam, & ſacerdotia, et conſulatus, immo et ab his petebantur· Tu libertis tuis ſummum quidem honorem, ſed tanquam libertis habes, abundeq; ſufficere his credis, ſi probi, et frugi exiſtimentur. Scis enim præcipuum eſſe indiciũ non magni principis, magnos libertos· Ac primum neminem in uſu habes, niſi aut tibi, aut patri tuo, aut optimo cuiquã principũ dilectum, ſtatimq; hos ipſos quotidie, deinde ita formas, ut ſe non tua fortuna, ſed ſua metiantur, et tanto magis digni, quibus honor omnis præſtetur a nobis, quia non eſt neceſſe· Iuſtis ne de cauſſis· S· P· Q· R· optimi tibi cognomen adiecit? Paratum id quidem, et in medio poſitum, nouum tamen ſcias neminem ante meruiſſe, quod non erat excogitandum, ſiquis meruiſſet· An ſatius fuit felicem uocare? quod non moribus, ſed fortunæ datum eſt· Satius magnum? cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis ineſt· Adoptauit te optimus princeps in ſuum, Senatus in optimi nomen, hoc tibi tam proprium, quam paternum, nec magis definite, diſtincteq;

deſignat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat, ut olim frugalitate Piſones, ſapientia Lælii, pietate Metelli mõſtrabantur, quæ ſimul omnia uno iſto nomine cõtinentur, nec uideri poteſt optimus, niſi qui eſt omnibus optimis in ſua cuiuſq; laude præſtantior. Merito tibi ergo poſt cæteras appellationes hæc eſt addita, ut maior. Minus eſt enim imperatorẽ et Cæſarem, et Auguſtum, quam omnibus imperatoribus, & Cæſaribus, et Auguſtis eſſe meliorem. Ideoq; ille parens hominum, deorumq́;, optimi prius, deinde maximi nomine colitur. quo præclarior laus tua, quem non minus conſtat optimum eſſe, quã maximũ. Aſſecutus es nomen, quod ad alium tranſire nõ poſſit, niſi ut appareat in bono principe alienum, in malo falſum. quod licet omnes poſtea uſurpent, ſemper tamẽ agnoſcetur ut tuum. Etenim ut nomine Auguſti admonemur eius, cui primum dicatum eſt, ita hæc optimi appellatio nunquam memoriæ hominũ ſine te recurret, quotiesq́; poſteri noſtri optimum aliquem uocare cogentur, toties recordabuntur, quis meruerit uocari. Quanto nunc diue Nerua gaudio frueris, cum uides et eſſe optimum, et dici, quem tanquam optimũ elegiſti? Quam lætum tibi, quod comparatus filio tuo uinceris? Neq; enim alio magis approbatur animi tui magnitudo, q̃ quod optimus ipſe nõ timuiſti eligere meliorem. Sed et tu pater Traiane, nam tu quoq; ſi non ſydera, proximam tamen ſyderibus obtines ſedem, quantam percapis uoluptatem, cum illum tribunum, illum militem tuum, tantum imperatorẽ, tantũ principem cernis, cumq́; eo, qui adoptauit amiciſſime, con

tendis, pulchrius fuiſſe genuiſſe talem, an elegiſſe. Macte uterq; ingenti in Remp. merito, cui hoc tantum boni contuliſtis, licet alteri ueſtrum filii uirtus triũphalia, cœlum alteri dederit. Non minor tamen ueſtra laus, quod iſta per filium, quã ſi ipſi meruiſſetis. Scio Patres. C. cum cæteros cuncti, tum præcipue conſules oportere ſic affici, ut ſe publice magis, quàm priuatim obligatos putent. Vt enim malos prĩcipes rectius, pulchriusq; eſt ex cõibus iniuriis odiſſe, q̃ proprius; ita boni ſpecioſius amantur ob ea, quæ generi humano, quàm quæ hominibus præſtant. Quia tamen in conſuetudinẽ uenit, ut conſules publica gratiarum actione perlata, ſuo quoq; nomine, quantum debeãt principi, profiteantur, concedite me non pro me magis munere iſto, quàm pro collega meo Cornuto Tertullo Conſulari uiro fungi. Cur. n. nõ pro illo quoq; gratias agam, pro quo non minus debeo? præſertim cum indulgentiſſimus imperator in concordia noſtra ea præſtiterit ambobus, quæ ſi tantum in alterũ contuliſſet, ambos tamen æqualiter obligaſſet. Vtrũq; noſtrum ille optimi cuiuſq; ſpoliator, et carnifex, ſtragibus amicorum, et in proximũ iacto fulmine afflauerat. iiſdem enim amicis gloriabamur, eoſdem amiſſos lugebamus. ac ſicut nunc ſpes, gaudiumq;, ita tũc cõmunis nobis dolor, et metus erat. Habuerat hunc honorẽ periculis noſtris diuus Nerua, ut nos, et ſi minus ut bonos, tamen promouere uellet, quia mutati ſeculi ſignum et hoc eſſet, quod florerent, quorum præcipuum uotum ante fuerat, ut memoriæ principis elaberentur. Non dum biennium compleramus in offi-

cio laborioſiſſimo, et maximo, cũ tu nobis optime prin
cipum, fortiſſime imperatorũ conſulatum obtuliſti, ut
ad ſummũ honorẽ gloria celeritatis accederet. tantũ
inter te, et illos principes itereſt, qui beneficiis ſuis cõ
mendationẽ ex difficultate captabãt, gratioresq́; acci
piẽtibus honores arbitrabãtur, ſi prius illos deſpera-
tio, et tædiũ, et ſimilis repulſæ mora ĩ notã quandã
pudorẽq́; uertiſſent. Obſtat uerecũdia, quo minus
percenſeamur, quo utrũq; noſtrũ teſtimonio ornaris,
ut amore recti, amore Reip. priſcis illis cõſulib. æqua
ueris. merito nec ne, neutram in partem decernere au
deamus, quia nec fas eſt affirmationi tuæ derogare, et
oneroſum confiteri uera eſſe, quæ de nobis præſer-
tim, tam magnifica dixiſti. Tu tamen dignus es, qui
eos conſules facias, de quibus poſſis iſta prædicare.
Tribuas ueniam, quod inter hæc beneficia tua gratiſ
ſimum eſt nobis, quod nos rurſus collegas eſſe uolui-
ſti, ita caritas mutua, ita congruẽs tenor uitæ, ita unã,
eademq́; ratio propoſiti poſtulabat, cuius ea uis, ut
morum ſimilitudo concordiæ noſtræ gloriã minuat,
ac perinde ſit mirum, ſi alter noſtrum a collega ac ſi
a ſeipſo diſſentiat. Non ergo temporarium, et ſubitũ
eſt, quod uterq; collegæ conſulatu tanquam iterũ ſuo
gaudet, niſi quod tamẽ, qui rurſus conſules fiunt, bis
quidem, ſed temporibus diuerſis obligantur, nos duos
conſulatus accipimus ſimul, ſimul gerimus, alterq́; in
altero conſul, ſed iterum et pariter ſumus. Illud
uero quàm inſigne? quod nobis præfectis ærario con
ſulatum ante, quã ſucceſſorem dediſti? Aucta eſt di-
gnitas dignitate, neq; continuatus tantum, ſed gemina-

tus eſt honor, finemq́; poteſtatis alterius, tanquam pa rũ eſſet excipere, præuenit. Tanta tibi itegritatis no ſtræ fiducia fuit, ut non dubitares te ſalua diligentiæ tuæ ratione eſſe facturum, ſi nos poſt maximum offi- cium priuatos eſſe non ſineres. Quid, quod eũdem in annum conſulatum noſtrum contuliſti? Ergo non alia nos pagina, quàm te cõſulem accipiet, et noſtra quoq; nomina addentur faſtis, quibus ipſe perſcriberis. Tu comitiis noſtris præſidere, tu nobis ſanctiſſimũ illud carmen præire dignatus es, tuo iudicio conſules facti, tua uoce renũtiati ſumus, ut idem honoribus noſtris ſuffragator in curia, in campo declarator exiſteres. Nam quod eũ potiſſimũ menſem attribuiſti, quẽ tuus natalis exornat, quàm pulchrum nobis? quibus edi- cto, quibus ſpectaculo celebrare continget diem illum triplici gaudio lætum, qui principem abſtulit peſſi- mum, dedit optimum, meliorem optimo genuit? Nos ſub oculis tuis auguſtior ſolito currus accipiet, nos in- ter ſecũda omina, et uota certantia, quæ præſenti tibi conferentur, uehemur alacres, et incerti ex utra par te maior auribus noſtris accidat clamor. Super omnia tamen prædicandũ uidetur, quod pateris cõſules eſſe, quos feciſti. quippe nullũ periculum, nullus ex prin- cipe metus conſulares animos debilitat, & frangit. nihil inuitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet, manebitq́; honori ueneratio ſua, nec ſe curitatem autoritate perdemus. Ac ſi quid forte ex con ſulatus faſtigio fuerit diminutum, noſtra hæc erit cul pa, non ſeculi. licet enim quantum ad principem, licet tales conſules agere, quales ante principes erant.

Vllam ne tibi pro beneficiis referre gratiam parem poſſumus? niſi tantum illam, ut ſemper nos meminerimus conſules fuiſſe, et conſules tuos. Ea ſentiamus, ea cenſeamus, quæ conſularibus digna ſunt. Ita uerſemur in Rep. ut credamus eſſe Remp. non conſiliũ noſtrum, non operam ſubtrahamus, nec diſiunctos nos, et quaſi demiſſos conſulatu, ſed quaſi aſtrictos, et deuinctos putemus, eũdemq; locũ laboris et curæ, quẽ reuerẽtiæ, dignitatisq; teneamus. In fine orationis præſides, cuſtodesq; ĩperii deos ego Conſul pro rebus humanis, ac te præcipue capitoline Iupiter precor, ut beneficiis tuis faueas, tantisq; addas munerib. perpetuitatẽ. Audiſti, q̃ malo priapi precabamur, exaudi, quæ pro diſſimillimo optamus. Nõ te diſtringimus uotis. nõ. n. pacem, non concordiã, nõ ſecuritatẽ, nõ opes oramus, non honores ſimplex, cunctaq; iſta complexum unum omnium uotum eſt, ſalus principis. Nec uero noua tibi iniungimus. tu enim iam tunc illum in tutelam recepiſti, cum prædonis auidiſſimi faucibus eripuiſti. neq; n. ſine auxilio tuo cũ altiſſima quæq; quaterentur, hic qui omnibus excelſior, inconcuſſus ſtetit, præteritus eſt a peſſimo principe, qui præteriri ab optimo non potuit. Tu clara iudicii tui ſigna miſiſti, cum proficiſcẽti ad exercitum tuo nomine, tuo honore ceſſiſti. Tu uoce imperatoris, quid ſentires, locutus, filium illi, nobis parentem, tibi pontificem, maximum elegiſti. Quo maiore fiducia iiſdem illis uotis, quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro, & obteſtor, ſi bene Rẽp. ſi ex utilitate omnium regit, primum, ut illum nepotibus noſtris, ac pronepotibus ſerues, deinde, ut

quandoq; ſucceſſorem ei tribuas, quem genuerit, quẽ formauerit, ſimilemq; fecerit adoptato: aut ſi hoc fato negatur, in conſilio ſis eligenti, monſtresq; aliquẽ, quẽ adoptari ĩ capitolio deceat. Vobis Patres C quantũ debeam, publicis etiã monimentis cõtinetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in prætura modeſtiæ, uos ĩ iſtis officiis etiam, quæ è ſtudiis noſtris circa tuẽdos ſocios iniunxeratis, cuncti conſtantiæ antiquiſſimum teſtimonium perhibuiſtis. Vos proxime deſtinationẽ conſulatus mei his acclamationibus approbauiſtis, ut itelligam etiam atq; etiam enitendum mihi, ut hunc conſenſum ueſtrum complectar, et teneam, & in dies augeam. Etenim memini tũc uerißime iudicari, meruerit quis honorẽ nec ne, cũ adeptus eſt. Vos modo fauete huic propoſito, et credite, ſi curſu quondã prouectus ab illo inſidioſiſſimo principe ante, quàm profiteretur odium bonorũ, poſt, quàm profeſſus eſt, ſubſtiti, cum uiderem, quæ ad honores compendia paterent, longius iter malui, ſi malis temporibus ĩter mœſtos, & pauenteis, bonis inter ſecuros, gaudenteisq; numeror; ſi deniq; intantum diligo optimum principem, inquantum inuiſus peſſimo fui. Ego reuerentiæ ueſtræ ſic ſemper inſeruiã, non ut me conſulẽ, et mox conſularẽ, ſed ut candidatum conſulatus putem.

DIXI.

C·PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS DE VIRIS ILLVSTRIBVS LIBER·

De Procæ Rege Albanorum·

p Rocæ Rex Albanorum Amuliũ & Numitorem filios habuit, quibus regnum annuis uicibus habẽdum reliquit, et ut alternis imperarent·ſed Amulius fratri imperium non dedit·Et ut eum ſobole priuaret, Rheam Siluiam filiam eius Veſtæ ſacerdotem præfecit, ut uirginitate perpetua teneretur, quæ a Marte compreſſa, Romulum, & Remum edidit· Amulius ipſam in uincula compegit· Paruulos in Tyberim abiecit, quos aqua in ſicco reliquit· Ad uagitum lupa accurrit, eoſq; uberibus ſuis aluit·Mox Fauſtulus paſtor collectos Accæ Larentiæ coniugi educandos dedit·Qui poſtea Amulio interfecto, Numitori auo regnum reſtituerunt, Ipſi paſtoribus coadunatis, ciuitatem condiderunt, quam Romulus augurio uictor, quod ipſe xii·Remus vi· uultures uiderat, Romam uocauit, et ut eam prius legibus, quàm mœnibus muniret, edixit, ne quis uallum tranſiliret, quod Remus irridens, tranſiliuit, et a Fabio Celere centurione raſtro fertur occiſus·

De Romulo Romanorum Rege primo·

r Omulus Aſylum conuẽnis patefecit, et magno exercitu facto, cum uideret cõiugia de-

eſſe, per legatos a finitimis ciuitatibus petiit, quibus negatis, ludos conſualia ſimulauit, ad quos cum utriuſq; ſexus multitudo ueniſſet, dato ſuis ſigno, uirgines raptæ ſunt, ex quibus cum una pulcherrima cum magna omnium admiratione duceretur, Thalaſſio eam duci reſponſum. Quæ nuptiæ quia feliciter ceſſerunt, inſtitutum eſt, ut omnibus nuptiis Thalaſſii nomen inuocaretur. Cum fœminas finitimorum Romani ui rapuiſſent, primi Ceninenſes contra eos bellum ſumpſerunt. Aduerſum quos Romulus proceſſit, et exercitum eorum, ac ducem Acronem ſingulari prælio deuicit. Spolia opima Ioui Pheretrio in capitolio conſecrauit. Sabini ob raptas, bellũ aduerſus Romanos ſumpſerunt, et cũ Romæ appropinquarent, Tarpeiam uirginem nacti, quæ aquæ cauſſa ſacrorũ gratia hauriendæ deſcenderat, ei. T. Tatius optionem muneris dedit, ſi exercitum ſuũ in capitolium produxiſſet. Illa petiit, quod illi in ſiniſtris manibus gerebant, uidelicet annulos, et armillas, Quibus doloſe repromiſſis, Sabinos in arcẽ perduxit, ubi Titus Tatius ſcutis eam obrui præcepit. Nã et ea in leuis habuerant. Romulus aduerſus Tatium, qui montem Tarpeium tenebat, proceſſit, ac in eo loco, ubi nunc Ro. forum eſt, pugnam conſeruit. Ibi Hoſtius Hoſtilius fortiſſime dimicans cecidit, Cuius interitu cõſternati Romani fugere cœperunt. Tũc Romulus Ioui Statori ædẽ uouit, et exercitui ſeu ſorte, ſeu diuinitus reſtitit. Tunc raptæ in medium proceſſerunt, et hinc patres, inde coniuges deprecatæ pacem conciliarunt. Romulus fœdus percuſſit, et Sabi-

nos in urbem recepit, populum a Curibus oppido Sabinorum Quirites uocauit. Centum ſenatores ab ætate Patres appellauit. Tres equitum centurias iſtituit, quas ſuo nomine Ramnenſes, a Tito Tatio Tatienſes a Lucumone Luceres appellauit. Plebem in triginta curias diſtribuit, easq; raptarũ nõie appellauit. Cũ apud Capreæ paludẽ exercitum luſtraret, nunquã comparuit. Vnde inter Patres, et populum ſeditione orta, Iulius Proculus uir nobilis in concionem proceſſit, et iureiurando firmauit, Romulum a ſe in colle Quirinali uiſum auguſtiore forma, cũ ad Deos abiret, eũdemq; præcipere, ut ſeditionibus abſtinerent, uirtutem colerent, futurum, ut omnium gentium domini exiſterent. Huius autoritati creditũ eſt, ædes in colle Quirinali Romulo conſtituta, ipſe pro deo cultus, et Quirinus eſt appellatus.

De Numa Pompilio Romanorum Rege. ii.

POſt conſecrationem Romuli, cum diu inter regno ſeditiones orirentur, Numa Pompilius Põponii filius, Curibus oppido Sabinorum accitus, cum adducentibus ciuibus, Romam ueniſſet, ut populũ ferũ religione molliret, ſacra plurima inſtituit, ædẽ Veſtæ fecit, Virgines ueſtales legit, Flamines tres, Dialem, Martialẽ, Quirinalẽ. Salios Martis ſacerdotes, quorum primus præſul uocatur xii. inſtituit. Pontificem Max. creauit, Portas Iano gemino ædificauit. Annum in xii. menſes diſtribuit, additis Ianuario, et Februario. Leges quoq; plurimas et utiles, et oĩa iuſſu Egeriæ nymphæ, uxo

ris ſuæ ſe facere ſimulans. Ob hanc tantam iuſtitiam bellum ei nemo intulit. Morbo ſolutus in Ianiculo ſepultus eſt, ubi poſt multos annos arcula cum libris a Terētio quodā exarata. qui libri, quia leuers quaſdam ſacrorum cauſſas continebant, ex autoritate patrum cremati ſunt.

De Tullo Hoſtilio Romanorum Rege tertio.

Vllus Hoſtilius, quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellū Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit, Albam propter perfidiam ducis Metii Suffecii diruit, Albanos Romam tranſire iuſſit. Curiam Hoſtiliā conſtituit. Montem Cœlium urbi addidit. Et dum Numam Pompilium ſacrificiis imitatur, Ioui Elicio litare nō potuit, Fulmine ictus cum regia cōflagrauit. Cū inter Romanos, et Albanos bellum fuiſſet exortum, ducibus Hoſtilio et Suffecio, placuit rem paucorum certamine finire. Erant apud Romanos trigemini Horatii, tres apud Albanos Curiatii, quibus fœdere icto concurrentibus, ſtatim duo Romanorum ceciderunt. Tres Albanorum uulnerati. Vnus Horatius quamuis integer, quia tribus impar erat, fugam ſimulauit, et ſingulos per interualla, ut uulnerū erat dolor, interfecit. Et cum ſpoliis onuſtus rediret, ſororem obuiam habuit, quæ uiſo paludamento ſponſi ſui, qui unus ex Curiatiis erat, flere cœpit. frater eam occīdit, qui apud duumuiros condēnatus, ad populum prouocauit, ubi patris lachrymis condonatus, ab eo expiandi gratia ſub Tigillum miſ-

ſus, quod nunc quoq; uiæ ſuppoſitum Sororium appellatur. Metius Suffecius dux Albanorũ, cum ſe inuidioſum apud ciueis uideret, quod bellũ ſolo trigeminorum certamine finiſſet, ut rẽ corrigeret, Veiẽtes, et Fidenates aduerſum Romanos incitauit. Ipſe a Tullo in auxilium acerſitus, aciem in collẽ ſubduxit, ut fortunam belli experiretur, ac ſequeretur. Quare Tullus intellecta, magna uoce ait, illud ſuo iuſſu Metiũ facere. Qua re hoſtes territi, uictiq; ſunt. Poſtera die Metius cum ad gratulãdũ Tullo ueniſſet, iuſſu ipſius quadrigis religatus, ac in diuerſa diſtractus ẽ.

De Anco Martio Romanorum Rege quarto.

a Ncus Martius Numæ Pompilii ex filia nepos æquitate, et religione auo ſimilis, Latinos bello domuit. Auentinum, et Ianiculũ monteis urbi addidit. Noua mœnia oppido circundedit. Syluas ad uſum nauium publicauit. Salinarum uectigal inſtituit. Carcerem primus ædificauit. Hoſtiam, Coloniam maritimis commeatibus opportunã in oſtia Tyberis deduxit. Ius fœciale, quo legati ad res repetendas uterẽtur, ab Equicolis tranſtulit, quod primus fertur Heſus excogitaſſe. his rebus intra paucos dies confectis, immatura morte præreptus, non potuit præſtare, qualem promiſerat, Regem.

De Lucio Tarquinio Priſco Romanorũ Rege. v.

l Vcius Tarquinius Priſcus Lucumo Græci Demarathi filius, Corinthi tyrannidem fugiens, in Hetruriã cõmigrauit. Ipſe Lucu-

mo dictus, urbe Tarquiniis profugus, Romam petit. Adueniens aquila pileum ſuſtulit, et cum alte ſubuolaſſet, repoſuit. Tanaquil coniux, auguriorum perita, regnum ei portendi intellexit. Tarquinius pecunia, et induſtria dignitatẽ, atq; etiam Anci regis familiaritatem conſecutus, a quo tutor liberis relictus, regnum itercepit, et ita adminiſtrauit, quaſi iure adeptus fuiſſet. Centum Patres in curiam legit, qui minorum gentium ſunt appellati. Equitum centurias numero duplicauit, nomina mutare non potuit, Acci Nauii auguris autoritate deterritus, qui fidem artis ſuæ nouacula, et cote firmauit. Latinos bello domuit. Circum maximum ædificauit. Ludos magnos inſtituit. De Sabinis, et Priſcis latinis triumphauit. Murum lapideum urbi circundẽdit. Filium. xiii. annorũ, quod in prælio hoſtem percuſſiſſet, prætexta, et bulla donauit. Vnde hæc ingenuorum puerorum inſignia eſſe cœperunt. Poſt ab Anci liberis, imiſſis percuſſoribus, per dolũ regno exutus ẽ, et iterfectus.

De Seruio Tullio Rege ſexto.

Eruius Tullius. P. Corniculani, et Ocretiæ captiuæ filius, cũ in domo Tarquinii Priſci educaretur, flammæ ſpecies caput eius amplexa eſt. Hoc uiſo, Tanaquil ſummã ei dignitatem portendi intellexit. Coniugi ſuaſit, ut ita eum, ut liberos ſuos educaret. Qui cum adoleuiſſet, gener a Tarqnio aſſumptus eſt. Et cũ rex occiſus eſſet, Tanaquil ex altiore loco ad populũ deſpiciens ait, Priſcũ Tarquinium graui quidem, ſed non letali uulnere

accepto, petere, ut interim, dum conualeſcit, Seruio Tullio audiẽtes eſſent. Seruius Tullius quaſi precario regnare cœpit, ſed recte imperium adminiſtrauit. Hetruſcos ſæpe domuit, collẽ Quirinalẽ, et Viminalem et Exquilias urbi addidit. Aggerem, foſſaſq́; fecit. Populũ in q̃tuor tribus diſtribuit, ac poſt plebi diſtribuit Annonam. menſuras, pondera, claſſes, centuriaſq́; conſtituit. Latinorum populis perſuaſit, uti exemplo eorum, qui Dianæ Epheſiæ ædem feciſſent, et ipſi ædem Dianæ in Auentino ædificarẽt. Quo effecto, bos cuidam Latino miræ magnitudinis nata eſt, reſponſum ſomnio datum, eum populũ ſummam imperii habiturũ, qui prius bouem illã immolaſſet. Latinus bouem in Auẽtinum egit, et cauſſam ſacerdoti romano expoſuit. Ille callidus, dixit prius eum uiuo flumine manus abluere debere. Latinus dum ad Tyberim deſcendit, ſacerdos bouem immolauit. Ita imperium ciuibus, ſibi gloriam facto, conſilioq́; uindicauit. Seruius Tullius filiam alteram ferocem, mitem alteram habens, cum Tarquinii ſuperbi filios pari animo uideret, ut omnium menteis morum diuerſitate leniret, ferocem miti, mitem feroci in matrimonium dedit. Sed mites ſeu forte, ſeu fraude perierunt. Feroces morum ſimilitudo coniunxit. Statim Tarquinius Superbus a Tullia incitatus aduocato Senatu, regnum paternum repetere cœpit. Qua re audita, Seruius, dum ad curiam properat, iuſſu Tarquinii gradibus deiectus, et domũ refugiens, interfectus eſt. Tullia ſtatim in forum properauit, & prima coniugem regem ſalutauit, a qua iuſſã turba

Sacerdotis cal liditas.

Ser. T. duo filia

recedere, cum domum rediret, uiſo patris corpore, mulionem euitantem, ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit. Vnde uicus ille ſceleratus dictus. Poſtea Tullia cum coniuge in exilium acta.

De Tarquinio Superbo Romanorũ Rege ſeptimo.

Arquinius Superbus cognomen moribus meruit. Occiſo Seruio Tullio, regnum ſceleſte occupauit, tamen bello ſtrennuus, Latinos, Sabinosq; domuit, Sueſſam Pometiã Hetruſcis eripuit. Gabios per Sextum filium ſimulato tranſfugio in poteſtatem redegit Et ferias Latinas primus inſtituit. Lacus in Circo, et cloacam maximam fecit, ubi totius populi uiribus uſus ẽ, unde illæ foſſæ Quiritũ ſunt dictæ. Cum Capitolium inciperet, caput hominis inuẽnit. Vnde cognitum eſt eam urbem caput gentium futuram. et cũ in obſidione Ardeæ filius eius Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, cum eo in exiliũ actus, ad Porsẽnam Hetruriæ regẽ confugit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulſus, Cumas conceſſit, ubi per ſummam ignominiã reliquũ uitæ tẽpus exegit.

De Tarquinio Collatino.

Arquinius Collatinus ſorore Tarquinii Superbi genitus, in contubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat. Vbi cum forte in liberiore conuiuio coniugem ſuam unuſquiſq; laudaret, placuit experiri. Itaq; equis Romam petunt. Regias nurus in conuiuio, et luxu deprehẽdunt, éxinde Collatiam

de Collatiā petunt. Lucretiam iter ancillas in lanificio offendunt. Ita ea pudiciſſima iudicatur. Ad quā corrumpendam Tarquinius Sextus nocte Collatiam rediit, et iure propinquitatis in domum Collatini uenit, et in cubiculum Lucretiæ irrupit, pudicitiā expugnauit. Illa poſtero die aduocatis patre et coniuge, rem expoſuit, et ſe cultro, quē ueſte texerat, occidit. Illi in exitium regum coniurarunt, eorumq; exilio necem Lucretiæ uindicauerunt.

De Iunio Bruto primo Romanorū conſule.

IVnius Brutus ſorore Tarquinii Superbi genitus, cum eandem fortunam timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiam fuerat ab auunculo occiſus, ſtultitiam finxit. Vnde Brutus dictus. Iuuenibus regis Delphos euntibus ridiculi gratia comes adſcitus, baculo ſambuceo aurum infuſum deo donum tulit. Vbi reſponſum eſt, eum Romæ ſummam poteſtatem habiturum, qui primus matrē oſcularetur, ipſe terram oſculatus eſt. Deinde propter Lucretiæ ſtuprum, cū Tricipitino, et Collatino in exitium regum coniurauit. Quibus in exilium actis, primus conſul creatus, filios ſuos, fratriſq; quod cum Aquiliis, & Vitelliis ad recipiendum in urbem Tarquinios coniurauerant, uirgis cæſos ſecuri percuſſit. Deinde in prælio, quod aduerſus eos gerebat, ſingulari certamine cum Arunte filio Tarquinii congreſſus, ſe ambo mutuis uulneribus occiderunt. Cuius corpus in foro poſitum, a collega laudatum, matronæ anno luxerunt.

De Horatio Coclite·

p Orsēna rex Hetruſcorum, cum Tarquinios in urbē reſtituere tentaret, et primo impetu Ianiculum cepiſſet, Horatius Cocles illo cognomine, quod in alio prælio oculum amiſerat, pro ponte Sublitio ſtetit, et aciem hoſtium ſuſtinuit, donec pons a tergo interrumperetur, cum quo in Tyberim decidit, et armatus ad ſuos tranauit. Ob hoc ei tantū agri publice datū eſt, quantū uno die circū arari potuiſſet, ſtatua quoq; ei in Vulcanali poſita.

De Mutio, qui manum foculo immiſit·

c Vm Porsēna Rex urbem obſideret, Mutius Scæuola Cordus uir Romanæ conſtantiæ Senatum adiit, et ueniam transfugiendi petiit, necem regis repromittens. Accepta poteſtate, in caſtra Porsēnæ uenit, Ibiq; purpuratum pro rege deceptus occīdit. Apprehēſus, et ad regē pertractus dexteram aris impoſuit, hoc ſupplicii ab ea exigens, quod in cæde peccaſſet. Vnde cum miſericordia regis abſtraheretur, quaſi beneficium referens ait, trecentos aduerſum eum ſimiles coniuraſſe. Qua re ille territus, bellum acceptis obſidibus depoſuit. Mutio prata trans Tyberim data ab eo Mutia appellata. Statua quoq; ei honoris gratia conſtituta eſt.

De Cœlia Virgine·

p Orsēna Cœliam uirginem nobilem inter obſides accepit, quæ deceptis cuſtodibus,

noctu caſtris eius egreſſa, equum, quem ſors dederat, arripuit, et Tyberim traiecit. A Porſena per legatos repetita, reddita. Cuius ille uirtutem admiratus, cum quibus optaſſet in patriam redire permiſit. Illa uirgines, pueroſq; elegit, quorum ætatem iniuriæ obnoxiam ſciebat, huic ſtatua equeſtris in foro poſita.

De Morte Fabiæ gentis.

Romani cum aduerſum Veientes bellarēt, eos ſibi hoſtes familia Fabiorum priuato nomine depoſcit, et profecti trecenti ſex duce Fabio conſule fuerunt. Cum ſæpe uictores extitiſſent, apud Cremerā fluuium caſtra poſuerunt. Veientes ad dolos conuerſi, pecora ex aduerſo in conſpectu illorum poſuerunt, ad quæ progreſſi Fabii, in inſidias delapſi, ad unum occiſione perierūt. Dies quoq; id factum, inter nefaſtos relatus. Porta, qua profecti fuerant, Scelerata eſt appellata. Vnus ex ea gente propter impuberem ætatem domi relictus, genus propagauit ad Q. Fabiū Maximum, qui Hānibalē mora fregit, cūctator ab obtrectatoribus dictus.

De Lucio Valerio Publicola.

Lucius Valerius Voleſi filius, primum de Veiētibus, iterū de Sabinis, tertio de utriſq; gentibus triumphauit. hic, quia in locum Tricipitini collegæ conſulem ſubrogauerat, et domū in Velia tutiſſimo loco habebat, in ſuſpitionem regni affectati uenit. Quo cognito, apud populum queſtus

ꝙ de ſe tale aliquid timuiſſent, immiſit qui domum ſuam diruerent. Secures etiã faſcibus dempſit, eosq; in populi contione ſubmiſit. Legem de prouocatione a magiſtratibus ad populum tulit, hinc Publicola dictus. Cum diem obiiſſet, publice ſepultus, et annuo matronarum luctu honoratus eſt.

De Aulo Poſthumio.

t Arquinius eiectus ad Maniliũ Tuſculanũ generum ſuum confugit, qui cum Latio cõcitato, Romanos grauiter urgeret, Aulus Poſthumius dictator dictus, apud Regilli lacum cum hoſtibus conflixit. Vbi cum uictoria nutaret, Magiſter equitum equis frenos detrahi iuſſit, ut irreuocabili impetu ferrentur, ubi et aciem Latinorum fuderunt, et caſtra ceperunt. Sed inter eos duo iuuenes cãdidis equis inſigni uirtute apparuerunt, quos dictator quæſitos, ut dignis muneribus honoraret, non reperit. Caſtorem et Pollucem ratus, communi titulo dedicauit.

Caſtor et pollux

De Lucio Quintio Cincinnato.

l Vcius Quĩtius Cincinnatus filium Ceſonẽ petulantiſſimam abdicauit, qui & a cenſoribus notatus, ad Volſcos, & Sabinos confugit, qui duce Cœlio Graccho bellũ aduerſum Romanos gerebant, & Q. Minutiũ conſulem in Algido monte obſidebant. Quintius dictator dictus. ad quem miſſi legati, nudum eum arantem trans Tyberim offenderunt, qui inſignibus ſumptis conſulẽ ob-

fidione liberauit. Quare a Minutio, et eius exercitu obſidionali corona donatus eſt. Vicit hoſtes. Ducẽ eorũ in deditionem accepit, et in triumphi die ante currum egit. Sextodecimo die dictaturam, quam acceperat, depoſuit, et ad agriculturam reuerſus, iterum poſt uiginti annos Dictator dictus, Spurium Meliũ regnum affectantem a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit. Domũ eius ſolo æquauit. Vnde locus ille Aequimelium dictus.

De Menenio Agrippa Romanæ pacis inſigni arbitro.

m Enenius Agrippa cognomẽto Lanatus, dux electus, aduerſum Sabinos, de iis triũphauit, et cum populus a patribus ſeceſſiſſet, ꝙ tributũ, & militiã toleraret, nec reuocari poſſet; Agrippa apud eũ, olim inqt, humani artus cũ uentrẽ ocioſum cernerẽt, ab eo diſcordarũt, et ſuum illi miniſterium negauerunt. Cum eo pacto et ipſi deficerent, intellexerunt uentrem acceptos cibos per omnia membra digerere, et cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus, et populus quaſi unum corpus diſcordia pereunt, concordia ualent. hac fabula populus regreſſus eſt. Creauit tamen Tribunos ple. qui libertatem ſuam aduerſum nobilitatis ſuperbiam defenderent. Menenius autẽ tanta paupertate deceſſit, ut eũ populus collatis quadrantibus ſepeliret, locum ſepulchro Senatus publice daret.

De Cneo Martio Coriolano·

Quart corio lanus

NEus Martius captis Coriolis urbe Volſcorum, Coriolanus dictus, ob egregia militiæ facinora a Poſthumio optionem munerum accipiens, equum tantum, et hoſpitem ſumpſit, uirtutis, et pietatis exemplum· Hic conſul graui annona aduectũ e Sicilia frumentũ magno pretio, dandũ populo curauit, ut hac iniuria plebs agros, non ſeditiones coleret· Ergo a tribuno plebis Decio die dicta, ad Volſcos cõceſſit, eoſq; duce Actio Tullio aduerſus Romanos cõcitauit, et ad quartum ab urbe lapidẽ caſtra poſuit· Cumq; nullis ciuium legationibus flecteretur, a Veturia matre, et Volumnia uxore matronarum numero comitata motus, omiſſo bello, ut proditor occiſus eſt· Ibi templum Fortunæ muliebri conſtitutum eſt·

De Licinio Stolone primo Cos ex plebe·

FAbius Ambuſtus ex duabus filiis alteram Licinio Stoloni, alteram Aulo Sulpitio patritio coniugem dedit· Quarum plebeia cũ ſororem ſalutaret, cuius uir tribunus militum conſulari poteſtate erat, faſces lictorios foribus appoſitos idecenter expauit, a ſorore irriſa, marito queſta, qui adiuuante ſocero, ut primum tribunatum plebis aggreſſus eſt, legem tulit, ut alter cõſul ex plebe crearetur· Lex reſiſtente Appio Claudio, lata tamen· Et primus Licinius Stolo conſul factus· Idem lege ſanciuit, ne cui plebeio plus centum iugera agri habere

liceret. Et ipſe cum iugera centum quinquaginta haberet, et altera emancipati filii noīe poſſideret, in iudiciū uocatus, et primus oīum ſua lege punitus eſt.

De Virginio Centurione filiæ occiſore.

Populus Romanus cum ſeditioſos magiſtratus ferre non poſſet, decemuiros legibus ſcribēdis creauit, qui eas ex libris Solonis trāſlatas duodecim tabulis expoſuerunt. Sed cum pacto dominationis magiſtratum ſibi prorogarent, unus ex ipſis Appius Claudius Virginiam Virginii centurionis filiam in Algido militantis adamauit, quam cum corrumpere non poſſet, cliētem ſubornauit; qui eā in ſeruitutem depoſceret, facile uicturus cum ipſe eſſet accuſator, et iudex. Pater re cognita, cum ipſo iudicii die ſuperueniſſet, et filiam iam addictam uideret, ultimo eius alloquio impetrato, cū eam in ſecretum abduxiſſet, occidit, et corpus eius humero gerens ad exercitum profugit, et milites ad uindicandum facinus accendit, qui creatis decem tribunis Auētinum occuparunt. Decemuiros abdicare ſe magiſtratu preceperūt, eoſq; omnes aut morte, aut exilio punierūt. Appius Claudius in carcere necatus eſt.

De Aeſculapio Romam aduecto.

Romani ob peſtilentiam reſponſo monente, ad Aeſculapium Epidauro accerſendū decem legatos principe Q. Volumnio miſerunt. Qui cum eò ueniſſent, et ſimulācrum ingens mirarentur, anguis e ſedibus eius elapſus uenerabi-

lis, nō horribilis per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, et ſe in Volumnii tabernaculo conſpirauit. Legati deum uehentes Antium prouecti ſunt, ubi per mollitiem maris anguis proximum Aeſculapii fanum petiit, & poſt paucos dies ad nauim rediit, et cum aduerſo Tyberi ſubueheretur, in proximam ſyluam deſiluit, Vbi templū ei conſtitutum, et peſtilentia mira celeritate ſedata eſt.

De Furio Camillo Vrbis Ro. Liberatore.

FVrius Camillus cum Phaliſcos obſideret, ac ludi literarum magiſter principū filios ad eum adduxiſſet, uinctum eum iiſdem pueris in urbem redigendum, et uerberandum tradidit. Statim Phaliſci ſe ei ob tantam iuſtitiam dediderunt. Veios decēni obſidione domuit, deq; iis triūphauit. Poſt modum crimini datum, ꝙ albis equis triumphaſſet, et prædam inique diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio tribuno Plebis damnatus, Ardeam conceſſit. mox cum Galli Senōnes relictis obſterilitatē agris ſuis, Cluſiū Hetruriæ obſiderent, miſſi ſunt Romani tres legati, qui Gallos monerēt, ut ab oppugnatione deſiſterent. Ex iis unus contra ius gentium in aciem proceſſit, et ducem Senōnum īterfecit. Quo cōmoti Galli petitis in deditionem legatis, nec īpetratis Romā petierunt, et exercitum Romanum apud Alliam fluuium occīderūt die xvi Kal. auguſti, qui dies īnter nefaſtos relatus Allienſis dictus. Victores Galli urbem ītrauerunt, ubi nobiliſſimos ſenum in

curulibus, et honorum inſignibus primo ut deos uenerati, deinde ut homines deſpicati interficere. Reliqua iuuentus cum Manlio in Capitolium fugit, ubi obſeſſa Camilli uirtute liberata eſt, qui abſens Dictator dictus, collectis reliquiis, Gallos iprouiſos internetione occidit. Populũ Ro. migrare Veios uolentẽ retinuit. Sic et oppidũ ciuibus, et ciueis oppido reddidit.

De Manlio Capitolino.

m Anlius ob defenſum capitoliũ, Capitolinus dictus, ſexdecim annorũ uoluntarium militem ſe obtulit. Trigintaſeptem militaribus donis a ſuis ducibus ornatus, uigintitreis cicatrices in pectore habuit. Capta urbe autor in Capitolium fugiendi. Quadam nocte clangore anſeris excitatus, Gallos aſcẽdẽteis deiecit. Patronus a ciuibus appellatus, et farre donatus eſt. Donũ etiã in Capitolio publice accepit. Qua ſuperbia elatus, cũ a Senatu ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & addictos propria manu liberaret, regni affectati ſuſpitione, in carcerem coniectus, populi conſenſu liberatus eſt. Rurſus cum in eadem culpa, et grauius perſeueraret, et reus factus, et ob conſpectũ Capitolii ampliatus, alio deinde loco damnatus, et de ſaxo tarpeio praecipitatus. Domus diruta, bona publicata. Gentilitas eius Manlii cognomine iurauit, nequis poſtea Capitolinus uocaretur.

De Cornelio Coſſo.

f Idenates fidei Romanorũ hoſtes, ut ſine ſpe ueniae fortius dimicarent, legatos ad ſe miſ=

ſos interfecerunt, ad quos Quintius Cincinnatus Dictator miſſus, magiſtrum equitum habuit Cornelium Coſſum, qui Larten Tolumniū ducē, ſua manu interfecit. De eo ſpolia opima Ioui Pheretrio ſecundus ab Romulo conſecrauit.

De Publio Decio patre.

d Ecius Mus bello Samnitico ſub Valerio Maximo et Cornelio Coſſo cōſulibus tribunus militum exercitu in anguſtiis Gauri montis inſidiis hoſtium clauſo, accepto, quod poſtulauerat, præſidio, in ſuperiorē locum euaſit. hoſtes terruit. Ipſe intempeſta nocte per medias cuſtodias ſomno oppreſſas incolumis euaſit. Ob hoc ab exercitu ciuica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui ciues in bello ſeruaſſet, obſidionali, quæ dabatur ei, qui obſidione ciues liberaſſet, donatus eſt. Cōſul bello Latino collega Manlio Torquato poſitis apud Veſerim fluuium caſtris, cum utriq; conſuli ſomnio obueniſſet, eos uictores futuros, quorum dux in prælio cecidiſſet, cū collato cum collega ſomnio conueniſſet, ut cuius cornu in acie laboraret, diis ſe manibus uoueret īclinante ſua parte, ſe et hoſtes per Valerium pontificem diis manibus deuouit. Impetu in hoſtes facto, uictoriam ſuis reliquit.

De Publio Decio filio.

p Vblius Decius Decii filius, primo conſul de Samnitibus triumphauit. Spolia de iis Cereri conſecrauit. Iterū, et tertio conſul mul

ta domi, militiæq; geſſit. Quarto conſulatu cum Fabio Maximo, cum Galli, Samnites, Vmbri, Tuſci contra Romanos cóſpiraſſent. ibi exercitu in aciẽ ducto, et cornu inclinante exemplum patris imitatus aduocato. M. Liuio pontifice haſtæ inſiſtens, et ſolẽnia uerba reſpondens, ſe et hoſteis diis manibus deuouit, Impetu in hoſteis facto, uictoriam ſuis reliquit. Corpus a collega laudatum, magnifice ſepultum eſt.

De Tito Manlio Torquato.

t Itus Manlius Torquatus ob ingenii, et linguæ tarditatem a patre rus relegatus, cum audiſſet ei diem dictam a Pomponio Trib. Pl. noctu urbẽ petiit. Secretum colloquiũ a tribuno impetrauit, et gladio ſtricto, dimittere eũ accuſationem terrore multo compulit. Sulpitio dictatore tribunus militum Gallum prouocatorẽ occĩdit. Torquem ei detractum ceruici ſuæ ĩduit. Conſul bello Latino filium ſuum, quod contra imperium pugnaſſet, ſecuri percuſſit. Latinos apud Veſerim fluuiũ Decii collegæ deuotione ſuperauit. Cóſulatũ recuſauit, quod diceret neq; ſe populi uitia, neq; illum ſeueritatem ſuam poſſe ſufferre.

De Marco Valerio Coruino.

r Eliquias Senõnũ Camillus perſequebatur aduerſum ingentem Gallum prouocatorem ſolus Valerius Trib. militum oĩbus territis proceſſit. Coruus ab ortu ſolis galeæ eius inſedit, & inter pugnãdũ ora, oculosq; Galli uerberauit. hoſte

deuicto Valerius Coruinus dictus. hic cum ingens multitudo ære alieno oppreſſa Capuã occupare tentaſſet, et ducẽ ſibi Quintiũ neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato ære alieno, ſeditionem compreſſit.

De Pontio Theleſino.

Aius Veturius, et Spurius Poſthumius conſules bellum aduerſum Sãnites gerentes, a Pontio Theleſino duce hoſtium per inſidias ſeducti ſunt. Nam ille ſimulatos transfugas miſit, qui Romanis dicerent, Luceriam a Samnitibus obſideri in Apulia, quo duo itinera ducebant, aliud longius, et tutius, aliud breuius, et periculoſius. Feſtinantibus itaq;, cum inſidias ſtatuiſſet, qui locus furculæ Caudinæ uocatur, Pontius accitum patrẽ Herẽnium rogauit, quid fieri placeret, ille ait aut omnes occidendos, ut uires frangerentur, aut omnes dimittendos, ut beneficio obligarentur. Utroq; improbato cõſilio, omnes ſub iugum miſit ex fœdere, quod a Romanis improbatum eſt. Poſthumius Samnitibus deditus, nec receptus eſt.

De Lucio Papyrio Curſore.

Ucius Papyrius a uelocitate Curſor, cũ cõſulem ſe aduerſis ominibus aduerſum Samnites progreſſum eſſe ſenſiſſet, ad auſpicia repetenda Romam regreſſus, edixit Fabio Rutiliano, quẽ exercitui præponebat, ne manum cum hoſte conſereret. Sed ille opportunitate ductus pugnauit. Reuerſus eum ſecuri ferire uoluit, ille in urbem confugit, nec

ſupplicē tribuni tuebantur. Deinde pater lachrymis, populus precibus ueniam impetrarūt. Papyrius de Sānitibus triumphauit. Idem Præneſte cum prætorē grauiſſime increpuiſſet, expēdi inquit lictor ſecures, et cum eum metu mortis attonitum uidiſſet, incommodam ambulantibus radicem excīdi iuſſit.

De Quinto Fabio Rutiliano.

Q Vintus Fabius Rutilianus, primus ex ea familia ob uirtutem Maximus, magiſter equitum a Papyrio Curſore ſecuri penè percuſſus, primum de Apulis et Lucerinis. Iterū de Samnitibus, tertio de Gallis, Vmbris, Marſis, atq; Tuſcis triumphauit. Cēſor Libertinos trib. amouit. Iterū Cēſor fieri noluit, dicens non eſſe ex uſu Reip. eoſdem Cenſores ſæpius fieri. hic primus inſtituit, uti equites Romani idibus Quītilibus ab æde Honoris equis inſidentes in capitolium tranſirent. Mortuo huic tantū æris populi liberalitate congeſtum, ut inde filius uiſcerationem, et epulas publice daret.

De Marco Curio Dentato.

M Arcus Curius Dentatus primo de Samnitibus triumphauit, quos uſq; ad mare ſuperū perpacauit. Regreſſus in concione, ait tantum agri cepi, ut ſolitudo futura fuerit, niſi tantum hominum cepiſſem, tantum porro hominū cepi, ut fame perituri fuerint, niſi tantum agri cepiſſem. Iterū de Sabinis triumphauit. Tertio de Lucanis ouans urbem introiuit. Pyrrhū Regem Epeirotarū Italia ex-

pulit·quaterna dena agri iugera uiritim populo diuiſit·Sibi deinde totidem conſtituit, dicens neminē eſſe debere, cui non tantum ſuffi ceret·Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipſe in foco rapa torrēret, malo inquit hæc in fictilibus meis eſſe, et aurum habentibus imperare·Cum interuerſæ pecuniæ argueretur, cadum ligneum, quo uti ad ſacrificia conſueuerat, in mediū protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domū ſuam cōuertiſſe· Aquā deinde Anienem manibus hoſtium in urbem induxit· Tribunus plebis Patres autores fieri coegit comitiis, quibus plebeius magiſtratus creabatur, ob hæc merita domus ei apud Tiphatum, et agri iugera quingenta publice data·

De Appio Claudio Cæco·

a Ppius Claudius Cæcus in Cēſura libertinos quoq; in Senatum legit. Epulandi, decātandiq; ius tibicinibus in publico ademit. Duæ familiæ ad Herculis ſacra ſunt deſtinatæ·ſ. Potitiorum & Pinariorum· Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, ut ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent, unde cæcatus eſt· Gens Potitiorum funditus periit· Ne conſulatus cum plebeis cōmunicaretur, acerrime reſtitit, ne Fabius ſolus ad bellum mitteretur, contradixit· Sabinos, Samnites Hetruſcos bello domuit· Viam uſq; Brūduſium ſtrauit lapidibus, unde illa Appia dicta, aquam Anienem in urbē induxit. Cēſuram ſolus oī quinquēnio obtinuit·cū de pace Pyrrhi ageretur, et gratia potentum per legatum

Cineá pretio quæreretur, ſenex et cæcus lectica in Senatū latus, turpiſſimas cōditiones magnifica oratione diſcuſſit.

De Pyrrho Rege Epeirotarum.

PYrrhus Rex Epeirotarum materno genere ab Achille, paterno eb Hercule oriūdus, cū imperium orbis agitans Romanos potētes uideret, Apollinem de bello conſuluit. Ille ambigue reſpōdit. Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe, hoc dicto in uoluntatem tracto, auxilio Tarētinis uenit, bellum Romanis intulit, Leuinum conſulem apud Heracleam Elephantorū nouitate turbauit. Cumq; Romanos aduerſis uulneribus occiſos uideret, ego inquit talibus uiris breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem. Amicis gratulantibus, quid mihi cum tali uictoria inquit, ubi exercitus robur amittam? ad uigeſimum ab urbe lapidem caſtra poſuit, captiuos Fabricio gratis reddidit. Viſo Leuinii exercitu, eā dē ſibi ait aduerſum Romanos, quā Herculi aduerſus hydram fuiſſe fortunā. A Curio, et Fabricio ſuperatus, Tarentum refūgit, in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regreſſus, pecuniā Proſerpinæ auehere tentauit. Sed ea naufragio elata eſt. Tū in Græciā regreſſus, dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ proſtratus eſt. Corpus ad Antigōnum Regē Macedoniæ delatum, magnifice ſepultum.

De Volſiniis.

VOlſinii Hetruriæ nobile oppidū luxuria penè perierūt. Nā cum temere ſeruos ma-

pulit·quaterna dena agri iugera uiritim populo di=uiſit·Sibi deinde totidem conſtituit, dicens neminē eſſe debere, cui non tantum ſufficeret· Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipſe in foco rapa torreret, malo inquit hæc in fictilibus meis eſſe, et aurum habentibus imperare· Cum interuerſæ pecuniæ argue=retur, cadum ligneum, quo uti ad ſacrificia conſueuerat, in mediū protulit, iurauitq; ſe nihil amplius de præda hoſtili in domū ſuam cōuertiſſe· Aquā deinde Anienem manibus hoſtium in urbem induxit· Tribunus plebis Patres autores fieri coegit comitiis, quibus plebeius magiſtratus creabatur, ob hæc merita domus ei apud Tiphatam, et agri iugera quingenta publice data·

De Appio Claudio Cæco·

a Ppius Claudius Cæcus in Cēſura libertinos quoq; in Senatum legit, Epulandi, decātandiq; ius tibicinibus in publico ademit· Duæ familiæ ad Herculis ſacra ſunt deſtinatæ·ſ·Potitiorum & Pinariorum· Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, ut ſacra Herculea ſeruos publicos edocerent, unde cæcatus eſt· Gens Potitiorum funditus periit· Ne conſulatus cum plebeis cōmunicaretur, acerrime reſtitit, ne Fabius ſolus ad bellum mit=teretur, contradixit· Sabinos, Samnites Hetruſcos bello domuit· Viam uſq; Brūduſium ſtrauit lapidibus, unde illa Appia dicta, aquam Anienem in urbē induxit· Cēſuram ſolus oī quinquēnio obtinuit· cū de pace Pyrrhi ageretur, et gratia potentum per legatum

Cineā pretio quæreretur, ſenex et cæcus lectica in Senatū latus, turpiſſimas cōditiones magnifica oratione diſcuſſit.

De Pyrrho Rege Epeirotarum.

Pyrrhus Rex Epeirotarum materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriūdus, cū imperium orbis agitans Romanos potētes uideret, Apollinem de bello conſuluit. Ille ambigue reſpōdit. Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe: hoc dicto in uoluntatem tracto, auxilio Tarentinis uenit, bellum Romanis intulit, Leuinum conſulem apud Heracleam Elephantorū nouitate turbauit. Cumq; Romanos aduerſis uulneribus occiſos uideret, ego inquit talibus uiris breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem. Amicis gratulantibus, quid mihi cum tali uictoria inquit, ubi exercitus robur amittam? ad uigeſimum ab urbe lapidem caſtra poſuit, captiuos Fabricio gratis reddidit. Viſo Leuinii exercitu, eādē ſibi ait aduerſum Romanos, quā Herculi aduerſus hydram fuiſſe fortunā. A Curio, et Fabricio ſuperatus, Tarentum refūgit, in Siciliam traiecit. Mox in Italiam Locros regreſſus, pecuniā Proſerpinæ auchere tentauit. Sed ea naufragio elata eſt. Tū in Græciā regreſſus, dum Argos oppugnaret, ictu tegulæ proſtratus eſt. Corpus ad Antigonum Regē Macedoniæ delatum, magnifice ſepultum.

De Volſiniis.

Volſinii Hetruriæ nobile oppidū luxuria penè perierūt. Nā cum temere ſeruos ma-

numitterent, dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, cum multa indigna paterētur, clam Roma auxilium petierūt· Miſſuſq; Decius Murēna mox Libertinos omnes aut ī carcere necauit, aut dominis in ſeruitutem reſtituit·

Murena
Decius

De Appio Claudio Caudace·

Pius Claudius victis Volſinienſibus cognomento Caudax, frater Cæci fuit· Cōſul ad Mamertinos liberandos miſſus, quorum arcem Carthaginienſes, et Hiero rex Syracuſanus obſidebant, primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naue traiecit, & cum duce Carthaginienſium egit, ut præſidium arce deduceret Rhegium regreſſus quinquremē hoſtiū copiis pedeſtribus cepit, phalangem in Siciliam traduxit· Carthaginiēſes Meſſana expulit· Hierōna Regē prælio apud Syracuſas in deditionē accepit, qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petiit, eiſq; poſtea fideliſſimus fuit·

Caudax
Meſſanenſes
nauis piſcatoria
phalanx
Macedonica
Meſſana
Meſſina

De Cneo Duillio et Himilcone Pœnorū duce·

Neus Duillius primo punico bello dux contra Carthaginienſes miſſus, cū uideret eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidam, quā decōrā fabrefecit, et quas Coruos uocauere, manus ferreas cum irriſu hoſtiū primus inſtituit· Quibus inter pugnandū hoſtium naues apprehendit, qui uicti, et capti ſunt. Himilco dux claſſis Carthaginem fugit, et a Senatu quæſiuit, quid faciendū cenſerent? omnibus ut pugnaret, acclamantibus, Feci inquit

himilco

quit, et uictus ſum. ſic pœnam crucis effugit. Nam apud Pœnos dux male re geſta puniebatur. Duillio cõceſſum eſt, ut prælucente funali, et præcinente tibicine, a cœna publice rediret.

De Attilio Calatino.

a *Tilius Calatinus dux Romanorũ aduerſus Carthaginiẽſes miſſus, maximis, et munitiſſimis ciuitatibus, Aetna, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia deiecit. Panormum cepit, totamq; Siciliã peruagatus, paucis nauibus, magnã hoſtium claſſem, duce Hamilcare, ſuperauit. Sed cũ ad Camerinã ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, a pœnis in anguſtiis clauſus eſt, Vbi tribunus militum Calpurnius Flamma acceptis trecentis in ſuperiorem locum euaſit. Conſulem liberauit. ipſe cum trecentis pugnans cæcidit, et poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus, & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit Attilius glorioſe triumphauit.*

De Marco Attilio Regulo.

m *Arcus Attilius Regulus conſul, fuſis Salentinis, triumphauit, primusq; Romanorum ducum in Africam claſſem traiecit, quaſſatas, duce Halmicare, naueis longas, treis et ſexaginta accepit. Oppida ducenta, et hominum ducenta millia cepit. abſente eo coniugi eius, et liberis ob paupertatem ſumptus publice dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus, in carcerẽ miſſus, legatus de permutandis captiuis Romam miſſus, dato*

iureiurando,ut ſi non impetraſſet,ita demum rediret· in Senatu conditionē diſſuaſit,reiectis'q; a ſe coniuge,et liberis,Carthaginem regreſſus,ubi in arcam ligneam coniectus,clauis introrſum adactis,uigiliis,ac dolore punitus eſt·

De Quinto Luctatio Catulo·

q Vintus Luctatius Catulus primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus,ſexcentas eorū naueis cōmeatibus,& aliis oneribus īpeditas duce Himilcōne apud Egates inſulas inter Siciliā et Africā depreſſit,finem'q; bello īpoſuit·Pacē petētib·hac cōditione cōceſſit,ut Sicilia Sardinia,et cæteris inſulis ītra Italiā,Africā'q; decederēt,Hiſpania citra Hiberū fluuiū abſtinerēt·

De Hannibale Carthaginienſi duce·

h Annibal Hamilcaris filius·xi·annos natus a patre aris admotus odium in Romanos perenne iurauit·Exinde ſocius,& miles in caſtris patris fuit·Mortuo eo cauſſam belli quærens,Saguntum Romanis fœderatam intra ſex menſeis euertit·Tum alpibus patefactis,in Italiam traiecit·P·Scipionem apud Ticinum,Sempronium Longum apud Trebiam,Flamminium apud Traſimenum,Paulum et Varronē apud Cānas ſuperauit·Cum'q; urbem capere poſſet,in Cāpaniā diuertit,cuius delitiis elanguit·Et cum ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet,tempeſtatibus repulſus primum a Fabio Maximo fruſtratus,deinde a Valerio Flacco re-

pulſus, a Graccho et Marcello fugatus, in Africam reuocatus, a Scipione ſuperatus, ad Antiochum Regem Syriæ cõfugit, eumq; hoſtem Romanis fecit, quo uicto ad Pruſiã Bithyniæ regem conceſſit. Vnde Romã legatione repetitus, hauſto, quod ſub annuli gemma habebat, ueneno, abſumptus eſt, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoq; inſcriptum eſt, Hannibal hic ſitus eſt.

De Quinto Fabio Maximo.

Q *Vintus Fabius Maximus cunctator, ut Verucoſus a uerruca ĩ labris, ita Ouicula a clementia morũ. Cõſul de Liguribus triumphauit. Hannibãlem mora fregit. Minutium magiſtrum equitum imperio æquari ſibi paſſus eſt, & nihilo minus periclitanti ſubuẽnit. Hannibãlẽ in agro Falerno ĩclusit. Manlium Statilium transfugere ad hoſtes uolentem, equo, et armis donatis retinuit, & Lucano cuidam fortiſſimo ab amorem mulieris infrequẽti, eandem emptam dono dedit. Tarentum ab hoſtibus recepit. Herculis ſignum inde translatũ in Capitolio dedicauit. De redemptione captiuorum cũ hoſtibus pepigit, quod pactum cum a Senatu improbaretur, fundum ſuum ducentis millibus uendidit, et fidei ſatiſfecit.*

De Publio Scipione Naſica.

P *Vblius Scipio Naſica a Senatu uir optimus iudicatus, matrẽ deũm hoſpitio recepit. cum aduerſum auſpicia conſulem ſe a Graccho nominatũ cõperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor,*

ſtatuas, quas ſibi quiſq; per ambitionem in foro ponebat, ſuſtulit, Conſul Delminium urbem Delmatarũ expugnauit, imperatoris nomen a militibus et ab Senatu triũphũ recuſauit oblatum. Eloquentia primus, Iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit, unde uulgo Corculum dictus·

De Marco Marcello·

m Arcus Marcellus Viridomarum Gallorũ ducem ſingulari prælio fudit, ſpolia legit apud Nolam, Hãnibalem primus locorum anguſtia adiutus uinci docuit· Syracuſas per tres annos expugnauit et cum per calumniam triumphus ei a Senatu negaretur, de ſua ſentẽtia in Albano monte triumphauit. Quinquies conſul, inſidiis Hanibalis deceptus occubuit, et magnifice ſepultus· Oſſa Romam remiſſa, a prædonibus intercepta perierunt·

De Liuia Claudia uirgine Veſtali·

h Annibale Italiam deuaſtante, ex reſpõſo librorum Sibyllinorum mater deũ è Peſſinunte accerſita, cum aduerſo Tyberi ueheretur, repente in alto ſtetit, et cum moueri nullis uiribus poſſet, ex libris cognitum eſt caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſe· Tum Claudia uirgo ueſtalis falſo inceſtu ſuſpecta, deam orauit, ut ſi pudicam ſciret, ſequeretur· Et Zona impoſita nauem mouit· Simulachrũ matris deũ aduexit, Templũ ædificauit Naſica, qui uir optimus iudicabatur.

De Marco Porcio Catone.

m Arcus Porcius Cato genere Tuſculanus a Valerio Flacco Romam ſollicitatus, tribunus militũ ĩ Sicilia, Quæſtor ſub Scipione fortiſſimus, Prætor iuſtiſſimus fuit. In prætura Sardiniã ſubegit, Vbi ab Ennio græcis literis inſtitutus, conſul Celtiberos domuit. Et ne rebellare poſſent, literas ad ciuitates ſingulas miſit, ut muros diruerẽt, cũ unaquæq; ſibi ſoli ĩperari putaret, fecerunt. Syriaco bello tribunus militum ſub Marco Atilio Glabrione occupatis Thermopylarũ iugis, præſidiũ hoſtiũ depulit. Cenſor L. Flamminium conſularem Senatu mouit, quod ille in Gallia ad cuiuſdam ſcorti ſpectaculũ eductũ quendam è carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta Oppia lege repetẽtibus reſtitit. Accuſator aſſiduus malorum, Galbã octogenarius accuſauit. Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe abſolutus. Carthaginem delendam cenſuit post octuaginta annos filiũ genuit, Imago huius funeris gratia produci ſolet.

De Claudio Nerone et Haſdrubale fratre Hannibalis.

b Aſdrubal frater Hannibalis ingentibus copiis in Italiã traiecit, Actumq; erat de Romano imperio, ſi coniungere Hannibali copias potuiſſet. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cũ Hannibale caſtra coniunxerat, relicta in caſtris parte, cum delectis ad Haſdrubalẽ properauit, et ſe Li-

uio collēgæ apud Senam oppidum, & Metaurum flumen coniunxit, Amboq́; Haſdrubalem uicerunt· Nero regreſſus, pari celeritate, qua uenerat, caput Haſdrubalis ante uallum Hannibalis proiecit· Quo ille uiſo, uinci ſe fortuna Carthaginis confeſſus eſt· ob hæc Liuius triūphans, Nero ouans, urbē introierūt·

De Publio Cornelio Scipione Africano·

P Vblius Scipio ex uirtutibus cognominatus Africanus, Iouis filius creditus· Nā ante, q̄ conciperetur, ſerpens in lecto matris eius apparuit· Et ipſi paruulo draco circunfuſus nihil nocuit· In capitolium intempeſta nocte eunti nunquam canes allatrauerūt· Nec hic quicquam prius cœpit, quàm in cella Iouis diutiſſime ſediſſet, quaſi diuinā mentem accepiſſet. Decem & octo annorum patrem apud Ticīnum ſingulari uirtute ſeruauit· Cladecannenſi nobiliſſimos iuuenes Italiā deſerere cupiētes ſua autoritate cōpeſcuit· Reliquias icolumes per media hoſtium caſtra Canuſium perduxit· Vigintiquatuor annorum prætor in Hiſpaniam miſſus, Carthaginem, qua die uenit, cepit· Virginem pulcherrimā, ad cuius aſpectum cōcurrebatur, ad ſe uetuit adduci, patriq́; eius ac ſpōſo reſtitui iuſſit· Haſdrubalē, Magonemq́; fratres Hannibalis Hiſpania expulit· Amicitiam cum Syphace Maurorum Rege coniunxit· Maſiniſſam in ſocietatem recepit· Victor domum regreſſus conſul ante annos factus, cōcedēte collega in Africam claſſe traiecit· Haſdrubalis & Syphacis caſtra una nocte perrupit· Reuocatum ex Italia Hannibalē

ſuperauit. Victis Carthaginienſibus leges impoſuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit: captum filium gratis recepit. A Petilio Acteo Tribuno Pl. repetundarum accuſatus, librum rationum in conſpectu populi ſcidit. Hac die inquit Carthaginem uici quaſi bonum factum in capitoliū eamus, et diis ſupplicemus. Inde in uoluntarium exilium conceſſit, ubi reliquā egit ætatem. Moriens ab uxore petiit, ne corpus ſuū Romā referretur.

De Liuio Salinatore.

Liuius Salinator primo conſul de Illyriis triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta Metia condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico ſuo conſul, ne Reſp. diſcordia male adminiſtraretur, amicitiam cum eo iniunxit, et de Haſdrubale triumphauit. Cenſor cum eodem collega omnes tribus excepta Metia ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine, ꝙ aut prius ſe iniuſte condemnaſſent, aut poſtea tantos honores non recte tribuiſſent.

De T. Quintio Flamminio.

T. Quintus Flāminius Flamminii, qui apud Traſimenum periit, filius, conſul Macedoniam ſortitus ducibus Charōpis principis paſtoribus prouinciam ingreſſus Regem Philippū prælio fudit, caſtris exuit. Filium eius Demetrium obſidem accepit, quem pecunia multatum in regnum reſtituit. A Nabide quoqꝫ Lacedæmonio filiū obſidem

accepit· Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiauit· Legatus etiam ad Pruſiam, ut Hannibalem repeteret miſſus.

De Quinto Fuluio nobiliore·

Vintus Fuluius nobilior cõſul Etõlos Ambraciotasq; ſuperauit· Vnde ouans urbẽ introiit· Cõſul Achæos, qui bello Macedonico interfuerant, poſt ad Antiochum deſecerant, prælijs frequentibus uictos, & in Ambraciã oppidum coactos, in deditionem accepit, tamen ſignis, tabulisq; pictis ſpoliauit, de quibus triumphauit· Quam uictoriam per ſe magnificam Marcus Ennius amicus eius inſigni laude celebrauit.

De Lucio Scipione Aſiatico·

Cipio Aſiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa uirtutis nomine a fratre laudatus, conſul Antiochum regem Syriæ legato fratre apud Sipylum montem cum arcus hoſtium pluuia hebetati fuiſſent, uicit, et regni relicti a patre parte priuauit, hinc Aſiaticus dictus. Poſt reus pecuniæ itercептæ, ne in carcerẽ duceretur, Gracchus trib· pl· interceſſit· M· Caio cẽſor, equum ei ignominiæ cauſſa ademit.

De Antiocho Rege Syriæ·

Ntiochus Syriæ Rex nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, ſpecie Lyſimachiæ repetendæ, quàm a maioribus ſuis in Thra

cia conditam Romani poſſidebant, Statimq; Græciā, inſulasq; eius occupauit. In Euboea luxuria elanguit. aduētu Attilii Glabriōis exercitus Thermopylas occupauit. Vnde induſtria Marci Catonis eiectus, in Aſiam refugit, Nauali prælio, cui Hannibalem præfecerat. A. L. Aemilio Regillo ſuperatus filium Scipionis Africani, quem inter nauigandum cœperat, patri remiſit, qui ei, quaſi pro reddenda gratia ſuaſit, ut amicitiam Romanam peteret. Antiochus ſpreto conſilio, apud Sipylum montem cum L. Scipione conflixit. Victus, et ultra Taurum montem relegatus, a ſodalibus, quos temulentus in conuiuio pulſauerat, occiſus eſt.

De Cneo Manlio Volſone.

g *Neus Manlius Volſo, miſſus ad ordinandā Scipionis Aſiatici prouīciā, cupiditate triūphi, bellum Piſidis et Gallogræcis, qui Antiocho affuerant, intulit. His facile uictis, inter captiuos uxor regis Ortiagontis centurioni cuidam in cuſtodiam data, a quo ui ſtuprata de iniuria tacuit. Et poſt impetrata redemptione marito adulterum centurionem iterficiendum tradidit.*

De L. Aemylio Paulo Macedonico.

l *Vcius Paulus Aemylius filius eius, q apud Cannas cecidit, primo conſulatu, quē poſt treis repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Rerum geſtarum ordinem in tabula pictum publicæ poſuit. iterum conſul Perſem Philip*

in Macedonia cũ patre agens, uictũ Perſem tam pertinaciter perſecutus eſt, ut media nocte in caſtra redierit. Lucullo in Hiſpaniã legatus, apud Intercatiã oppidũ prouocatorem ſingulari prælio uicit. Muros hoſtilis ciuitatis primus aſcendit. Tribunus in Africa ſub Tito Manilio Imperatore cohortes octo obſidione uallatas conſilio et uirtute ſeruauit, a qbus corona obſidionali donatus. Cum ædilitatem peteret conſul ante annos ultro factus, Carthaginem intra ſex menſes deleuit. Numantiã in Hiſpania correcta prius militũ diſciplina, fame uicit, hic Numãtinus dictus. Caio Lelio plurimũ uſus. Ad reges adeũdos miſſus, duos ſecum præter eum ſeruos duxit. Ob res geſtas ſuperbus, Gracchũ iure occiſum uideri reſpõdit, obſtrepẽte populo, taceant inqt, Quibus Italia nouerca eſt, nõ mater. & addidit, quos ſub corona uendidi. Cenſor Mummio collega ſegniore in ſenatu ait, Vtinam mihi collegam aut dediſſetis, aut non dediſſetis. Suſcepta agrariorũ cauſſa, domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite elatus, ne liuor in ore appareret. Huius patrimonium tam exiguũ fuit, ut xxxii libras argenti, duas et ſemilibram auri reliquerit.

De Aulo Hoſtilio Mancino.

Vlus Hoſtilius Mancinus præter aduerſum Numantinos uetantibus auibus, et neſcio qua uoce reuocante profectus, cum ad Numantiam ueniſſet, exercitum Pompeii acceptum prius corrigere decreuit, inde ſolitudinem petit: eo die Numantini forte ſolenni nuptu filias locabant,

et unam ſpecioſam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui hoſtis dexteram attuliſſet. Profecti iuuenes abſceſſum Romanorum in modum fugæ properantium cognoſcunt, rē ad ſuos referunt. Illi ſtatim quatuor millibus uiginti millia Romanorum ceciderunt. Mancinus autore Tiberio Graccho quæſtore in leges hoſtium fœdus percuſſit, quo per Senatum improbato, Mancinus Numantinis deditus, nec receptus, augurio in caſtra deductus præturam poſtea conſecutus eſt.

De Lucio Mūmio Achaico.

L Vcius Mūmius deleta Achaia Achaicus, aduerſus Corinthios miſſus, uictoriam alieno labore quæſitam intercepit. Nam cum illos Metellus Macedonicus apud Heracleā fudiſſet, et duce Critolao priuaſſet, cum lictoribus, & paucis equitibus in Metelli caſtra properauit, Corinthios apud Leucopetrā uicit duce Dioneo, qui domum refugit, eamq; incendit cōiugem īterfecit, et ſe in ignem præcipitauit, excepto ipſo, nemo interiit. Mūmius Corinthum ſignis, tabulisq; ſpoliauit, quibus cum totā repleſſet Italiā in domum ſuam nihil contulit.

Nota, dicenti exemplum

De Q. Cæcilio Metello Macedonico.

Q Vintus Cæcilius Metellus a domita Macedonia Macedonicus, prætor Pſeudo Philippū, qui idē Andriſcus dictus eſt, uicit, Achæos bis prælio fudit, triūphandos Mumio tradidit. Inuiſus plebi ob nimiā ſeueritatē, et ideo tertio poſt duas

repulſas, cōſul ægre factus Arbachos ĩ Hiſpania domuit· Apud Contrebiā oppidū cohortes loco pulſas redire, et locum recipere iuſſit· Cum oīa proprio, et ſubito conſilio ageret, amico cuidam quid acturus eſſet roganti, tunicam inquit meam exurerem, ſi eam conſilium meum ſcire exiſtimarem· Hic quatuor filiorum pater, ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulchrum latus eſt· Ex quibus tres conſules, unum etiam triumphantem uidit·

Tunicam meam exurerem si eam consilium meum scire existimarem

De·Q·Cæcilio Metello Numidico·

q Vitus Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triūphauit, Cenſor Quītiū qui ſe Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepit. Idem in legem Apuleiam per uim latam iurare noluit· Quare in exilium actus Smyrnæ exulauit· Claudia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte literas in theatro accepiſſet, non prius eas legere dignatus eſt, quàm ſpectaculum finiretur. Metellum ſororis ſuæ uirum laudare noluit, ꝙ is olim ſuum iudicium, et leges detrectarat·

De Quinto Metello Pio·

q Vintus Metellus Pius Numidici filius, pius qa patrē lachrymis, et precibus aſſidue ab exilio reuocauit· Prætor bello ſociali· Q· Pōpediū Marſorum ducē interfecit· Conſul in Hiſpania Herculeios fratres oppreſſit · Sertoriū Hiſpania expulit· Aduleſcens in petitione præturæ, et pontificatus conſularibus uiris prælatus eſt·

numitterent, dum in curiam legerent, conſenſu ſeruorum oppreſſi, cum multa indigna paterētur, clam Roma auxilium petierūt· Miſſusq; Decius Murēna mox Libertinos omnes aut ī carcere necauit, aut do minis in ſeruitutem reſtituit·

De Appio Claudio Caudace·

Pius Claudius Victis Volſinienſibus cogno mento Caudax, frater Cæci fuit· Cōſul ad Mamertinos liberandos miſſus, quorum ar cem Carthaginienſes, et Hiero rex Syracuſanus obſi debant, primo ad explorandos hoſtes fretum piſcatoria naue traiecit, & cum duce Carthaginienſium egit, ut præſidium arce deduceret Rhegium regreſſus quinqueremē hoſtiū copiis pedeſtribus cepit, phalangem in Siciliam traduxit· Carthaginiēſes Meſſana expulit· Hierōna Regē prælio apud Syracuſas in deditionē accepit, qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petiit, eisq; poſtea fideliſſimus fuit·

De Cneo Duillio et Himilcone Pœnorū duce·

Neus Duillius primo punico bello dux contra Carthaginienſes miſſus, cū uideret eos multum mari poſſe, claſſem magis ualidam, quā decōrā fabrefecit, et quas Coruos uocauere, manus ferreas cum irriſu hoſtiū primus inſtituit· Quibus inter pugnandum hoſtium naues apprehendit, qui uicti, et capti ſunt. Himilco dux claſſis Carthaginem fugit, et a Senatu quæſiuit, quid faciendū cenſerent? omnibus ut pugnaret, acclamantibus, Feci inquit

quit, et uictus ſum· ſic pœnam crucis effugit· Nam apud Pœnos dux male re geſta puniebatur. Duillio cōceſſum eſt, ut prælucente funali, et præcinente tibicine, a cœna publice rediret. —

De Attilio Calatino·

a Ttilius Calatinus dux Romanorū aduerſus Carthaginiēſes miſſus, maximis, et munitiſſimis ciuitatibus, Aetna, Drepano, Lilybæo hoſtilia præſidia deiecit· Panormum cepit, totamq; Siciliā peruagatus, paucis nauibus, magnā hoſtium claſſem, duce Hamilcare, ſuperauit· Sed cū ad Camerinā ab hoſtibus obſeſſam feſtinaret, a pœnis in anguſtiis clauſus eſt, Vbi tribunus militum Calpurnius Flamma acceptis trecentis in ſuperiorem locum euaſit · Conſulem liberauit · ipſe cum trecentis pugnans cecidit, et poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus, & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit Attilius glorioſe triumphauit.

De Marco Attilio Regulo·

m Arcus Attilius Regulus conſul, fuſis Salentinis, triumphauit, primusq; Romanorum ducum in Africam claſſem traiecit, quaſſatas, duce Halmicare, naues longas, tres et ſexaginta accepit· Oppida ducenta, et hominum ducenta millia cepit· abſente eo coniugi eius, et liberis ob paupertatem ſumptus publice dati· Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus, in carcerē miſſus, legatus de permutandis captiuis Romam miſſus, dato

iureiurando, ut ſi non impetraſſet, ita demum rediret· in Senatu conditionē diſſuaſit, reiectisq; a ſe coniuge, et liberis, Carthaginem regreſſus, ubi in arcam ligneam coniectus, clauis introrſum adactis, uigiliis, ac dolore punitus eſt·

De Quinto Luctatio Catulo·

q Vintus Luctatius Catulus primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorū naueis cōmeatibus, & aliis oneribus ĩpeditas duce Himilcōne apud Egates inſulas inter Siciliā et Africā depreſſit, finemq; bello ĩpoſuit· Pacē petētib· hac cōditione cōceſſit, ut Sicilia Sardinia, et cæteris inſulis ĩtra Italiā, Africāq; decederēt, Hiſpania citra Hiberū flumiū abſtinerēt.

De Hannibale Carthaginienſi duce·

h Annibal Hamilcaris filius· xi· annos natus a patre aris admotus odium in Romanos perenne iurauit· Exinde ſocius, & miles in caſtris patris fuit· Mortuo eo cauſſam belli quærens, Saguntum Romanis fœderatam intra ſex menſeis euertit· Tum alpibus patefactis, in Italiam traiecit· P· Scipionem apud Ticinum, Semproniumq́ Longum apud Trebiam, Flamminium apud Traſimenum, Paulum et Varronē apud Cānas ſuperauit· Cumq; urbem capere poſſet, in Cāpaniā diuertit, cuius delitiis elanguit· Et cum ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus primum a Fabio Maximo fruſtratus, deinde a Valerio Flacco re-

pulſus, a Graccho et Marcello fugatus, in Africam reuocatus, a Scipione ſuperatus, ad Antiochum Regem Syriæ cōfugit, eumq́; hoſtem Romanis fecit, quo uicto ad Pruſiā Bithyniæ regem conceſſit. Vnde Romā legatione repetitus, hauſto, quod ſub annuli gemma habebat, ueneno, abſumptus eſt, poſitus apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoq; inſcriptum eſt, Hannibal hic ſitus eſt.

De Quinto Fabio Maximo.

q Vintus Fabius Maximus cunctator, ut Verucoſus a ueruca ī labris, ita Ouicula a clementia morū. Cōſul de Liguribus triumphauit. Hannibālem mora fregit. Minutium magiſtrum equitum imperio æquari ſibi paſſus eſt, & nihilo minus periclitanti ſubuēnit. Hannibālē in agro Falerno īcluſit. Manlium Statilium transfugere ad hoſteis uolentem, equo, et armis donatis retinuit, & Lucano cuidam fortiſſimo ab amorem mulieris infrequēti, eandem emptam dono dedit. Tarentum ab hoſtibus recepit. Herculis ſignum inde translatū in Capitolio dedicauit. De redemptione captiuorum cū hoſtibus pepigit, quod pactum cum a Senatu improbaretur, fundum ſuum ducentis millibus uendidit, et fidei ſatiſfecit.

De Publio Scipione Naſica.

p Vblius Scipio Naſica a Senatu uir optimus iudicatus, matrē deûm hoſpitio recepit. cum aduerſum auſpicia conſulem ſe a Graccho nominatū cōperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor

ſtatuas, quas ſibi quiſq; per ambitionem in foro ponebat, ſuſtulit, Conſul Delminium urbem Delmatarũ expugnauit, imperatoris nomen a militibus, et ab Senatu triũphũ recuſauit oblatum. Eloquentia primus, Iuris ſcientia conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit, unde uulgo Corculum dictus.

De Marco Marcello.

m Arcus Marcellus Viridomarum Gallorũ ducem ſingulari prælio fudit, ſpolia legit apud Nolam, Hãnibalem primus locorum anguſtia adiutus uinci docuit. Syracuſas per treis annos expugnauit, et cum per calumniam triumphus ei a Senatu negaretur, de ſua ſentẽtiã in Albano monte triumphauit. Quinquies conſul, inſidiis Hanibalis deceptus occubuit, et magnifice ſepultus. Oſſa Romam remiſſa, a prædonibus intercepta perierunt.

De Liuia Claudia uirgine Veſtali.

h Annibale Italiam deuaſtante, ex reſpõſo librorum Sibyllinorum mater deũm è Peſſinunte acerſita, cum aduerſo Tyberi ueheretur, repente in alto ſtetit, et cum moueri nullis uiribus poſſet, ex libris cognitum eſt caſtiſſimæ demum fœminæ manu moueri poſſe. Tum Claudia uirgo ueſtalis falſo inceſtu ſuſpecta, deam orauit, ut ſi pudicitiam ſciret, ſequeretur. Et Zona impoſita nauem mouit. Simulachrũ matris deũm aduexit, Templũ ædificauit Naſica, qui uir optimus iudicabatur.

De Marco Porcio Catone.

Arcus Porcius Cato genere Tuſculanus a m Valerio Flacco Romam ſolicitatus, tribunus militũ ĩ Sicilia, Quæſtor ſub Scipione fortiſſimus, Prætor iuſtiſſimus fuit. In prætura Sardiniã ſubegit, Vbi ab Ennio græcas literis inſtitutus, conſul Celtiberos domuit. Et ne rebellare poſſent, literas ad ciuitates ſingulas miſit, ut muros diruerẽt, cũ unaqq; ſibi ſoli ĩperari putaret, fecerunt. Syriaco bello tribunus militum ſub Marco Attilio Glabrione occupatis Thermopylarũ iugis, præſidiũ hoſtiũ depulit. Cenſor. L. Flamminium conſularem Senatu mouit, quod ille in Gallia ad cuiuſdam ſcorti ſpectaculũ eductũ quendam è carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta Oppia lege repetẽtibus reſtitit. Accuſator aſſiduus malorum, Galbã octogenarius accuſauit. Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe abſolutus. Carthaginem delendam cenſuit poſt octuaginta annos filiũ genuit, Imago huius funeris gratia produci ſolet.

De Claudio Nerone et Haſdrubale fratre Hannibalis.

Aſdrubal frater Hannibalis ingentibus co- h pijs in Italiã traiecit, Actumq; erat de Romano imperio, ſi coniungere Hannibali copias potuiſſet. Sed Claudius Nero, qui in Apulia cũ Hannibale caſtra coniunxerat, relicta in caſtris parte, cum delectis ad Haſdrubalẽ properauit, et ſe Li=

uio collegæ apud Senam oppidum, & Metaurum flumen coniunxit, Amboq; Haſdrubalem uicerunt. Nero regreſſus, pari celeritate, qua uenerat, caput Haſdrubalis ante uallum Hannibalis proiecit. Quo ille uiſo, uinci ſe fortuna Carthaginis confeſſus eſt. ob hæc Liuius triũphans, Nero ouans, urbẽ introierũt.

De Publio Cornelio Scipione Africano.

PVblius Scipio ex uirtutibus cognominatus Africanus, Iouis filius creditus. Nã ante, q̃ conciperetur, ſerpens in lecto matris eius apparuit. Et ipſi paruulo draco circunfuſus nihil nocuit. In capitolium intempeſta nocte eunti nunquam canes allatrauerũt. Nec hic quicquam prius cœpit, quàm in cella Iouis diutiſſime ſediſſet, quaſi diuinã mentem accepiſſet. Decem & octo annorum patrem apud Ticinum ſingulari uirtute ſeruauit. Clade Cannenſi nobiliſſimos iuuenes Italiã deſerere cupiẽtes ſua autoritate cõpeſcuit. Reliquias icolumes per media hoſtium caſtra Canuſium perduxit. Vigintiquatuor annorum prætor in Hiſpaniam miſſus, Carthaginem, qua die uenit, cœpit. Virginem pulcherrimã, ad cuius aſpectum cõcurrebatur, ad ſe uetuit adduci, patriq; eius ac ſpõſo reſtitui iuſſit. Haſdrubalẽ, Magonemq; fratres Hannibalis Hiſpania expulit. Amicitiam cum Syphace Maurorum Rege coniunxit. Maſiniſſam in ſocietatem recepit. Victor domum regreſſus conſul ante annos factus, cõcedẽte collega in Africam claſſe traiecit. Haſdrubalis & Syphacis caſtra una nocte perrupit. Reuocatum ex Italia Hannibalẽ

ſuperauit. Victis Carthagnienſibus leges impoſuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit. captum filium gratis recepit. A Petilio Acteo. Tribuno Pl. repetundarum accuſatus, librum rationum in conſpectu populi ſcidit, Hac die inquit Carthaginem uici quaſi bonum factum in capitoliū eamus, et diis ſupplicemus. Inde in uoluntarium exilium conceſſit, ubi reliquā egit ætatem. Moriens ab uxore petiit, ne corpus ſuū Romā referretur.

De Liuio Salinatore.

Liuius Salinator primo conſul de Illyriis triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta Metia condemnatus. Iterum cum Claudio Nerone inimico ſuo conſul, ne Reſp. diſcordia male adminiſtraretur, amicitiam cum eo iniunxit, et de Haſdrubale triumphauit. Cenſor cum eodem collega omnes tribus excepta Metia ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine, quod aut prius ſe iniuſte condemnaſſent, aut poſtea tantos honores non recte tribuiſſent.

De T. Quintio Flamminio.

T. Quintius Flāminius Flamminii, qui apud Traſimenum periit, filius, conſul Macedoniam ſortitus ducibus Charōpis principis paſtoribus prouinciam ingreſſus Regem Philippū prælio fudit. caſtris exuit. Filium eius Demetrium obſidem accepit, quem pecunia multatum in regnum reſtituit. A Nabide quoq; Lacædæmonio filiū obſidem

accepit· Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiauit· Legatus etiam ad Pruſiam, ut Hannibalem repeteret miſſus.

De Quinto Fuluio nobiliore.

Vintus Fuluius nobilior cõſul Etolos Ambraciotasq; ſuperauit· Vnde ouans urbẽ introiit. Cõſul Achæos, qui bello Macedonico interfuerant, poſt ad Antiochum defecerant, prælijs frequentibus uictos, & in Ambraciã oppidum coactos, in deditionem accepit, tamen ſignis, tabulisq; pictis ſpoliauit, de quibus triumphauit. Quam uictoriam per ſe magnificam Marcus Ennius amicus eius inſigni laude celebrauit.

De Lucio Scipione Aſiatico.

Cipio Aſiaticus, frater Africani, infirmo corpore, tamen in Africa uirtutis nomine a fratre laudatus, conſul Antiochum regem Syriæ legato fratre apud Sipylum montem cum arcus hoſtium pluuia hebetati fuiſſent, uicit, et regni relicti a patre parte priuauit, hinc Aſiaticus dictus. Poſt reus pecuniæ ĩterceptæ, ne in carcerẽ duceretur, Gracchus trib· pl· interceſſit· M· Caio cẽſor, equum ei ignominiæ cauſſa ademit.

De Antiocho Rege Syriæ.

Ntiochus Syriæ Rex nimia opum fiducia bellum Romanis intulit, ſpecie Lyſimachiæ repetendæ, quàm a maioribus ſuis in Thra

cia conditam Romani poſſidebant, Statimq; Græciã, inſulaſq; eius occupauit. In Euboea luxuria elangu it. aduẽtu Atilii Glabriõis exercitus Thermopylas occupauit. Vnde induſtria Marci Catonis eiectus, in Aſiam refugit, Nauali prælio, cui Hannibalem præfecerat. A. L. Aemilio Regillo ſuperatus filium Scipionis Africani, quem inter nauigandum cœperat, patri remiſit, qui ei, quaſi pro reddenda gratia ſuaſit, ut amicitiam Romanam peteret. Antiochus ſpreto conſilio, apud Sipylum montem cum L. Scipione conflixit. Victus, et ultra Taurum montem relegatus, a ſodalibus, quos temulentus in conuiuio pulſauerat, occiſus eſt.

De Cneo Manlio Volſone.

Neus Manlius Volſo, miſſus ad ordinandã Scipionis Aſiatici prouĩciã, cupiditate triũphi, bellum Piſidis et Gallogræcis, qui Antiocho affuerant, intulit. His facile uictis, inter captiuos uxor regis Ortiagontis centurioni cuidam in cuſtodiam data, a quo ui ſtuprata de iniuria tacuit. Et poſt impetrata redemptione marito adulterum centurionem iterficiendum tradidit.

De. L. Aemylio Paulo Macedonico.

Vcius Paulus Aemylius filius eius, q apud Cannas cecidit, primo conſulatu, quẽ poſt treis repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Rerum geſtarum ordinem in tabula pictum publicæ poſuit. iterum conſul Perſem Philip

in Macedonia cũ patre agens, uictũ Perſem tam pertinaciter perſecutus eſt, ut media nocte in caſtra rediérit. Lucullo in Hiſpaniã legatus, apud Intercatiã oppidũ prouocatorem ſingulari prælio uicit. Muros hoſtilis ciuitatis primus aſcendit. Tribunus in Africa ſub Tito Manilio Imperatore cohortes octo obſidione uallatas conſilio et uirtute ſeruauit, a qbus corona obſidionali donatus. Cum ædilitatem peteret conſul ante annos ultro factus, Carthaginem intra ſex menſes deleuit. Numantiã in Hiſpania correcta prius militũ diſciplina, fame uicit, hic Numãtinus dictus. Caio Lelio plurimũ uſus. Ad reges adeũdos miſſus, duos ſecum præter eum ſeruos duxit. Ob res geſtas ſuperbus, Gracchũ iure occiſum uideri reſpõdit, obſtrepẽte populo, taceant inqt, Quibus Italia nouerca eſt, nõ mater. & addidit, quos ſub corona uendidi. Cenſor Mummio collegæ ſegniore in ſenatu ait, Vtinam mihi collegam aut dediſſetis, aut non dediſſetis. Suſcepta agrariorũ cauſſa, domi repente exanimis inuentus, obuoluto capite elatus, ne liuor in ore appareret. Huius patrimonium tam exiguũ fuit, ut xxxii libras argenti, duas et ſemilibram auri reliquerit.

De Aulo Hoſtilio Mancino.

Aulus Hoſtilius Mancinus præter aduerſum Numantinos uetantibus auibus, et neſcio qua uoce reuocante profectus, cum ad Numantiam ueniſſet, exercitum Pompeii acceptum prius corrigere decreuit, inde ſolitudinem petit: eo die Numantini forte ſolenni nuptu filias locabant,

repulſas, cõſul ægre factus Arbachos ĩ Hiſpania domuit. Apud Contrebiã oppidũ cohortes loco pulſas redire, et locum recipere iuſſit. Cum oĩa proprio, et ſubito conſilio ageret, amico cuidam quid acturus eſſet roganti, tunicam inquit meam exurerem, ſi eam conſilium meum ſcire exiſtimarem. Hic quatuor filiorum pater, ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulchrum latus eſt. Ex quibus treis conſuleis, unum etiam triumphantem uidit.

De. Q. Cæcilio Metello Numidico.

QVintus Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triũphauit, Cenſor Quintũ qui ſe Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepit. Idem in legem Apuleiam per uim latam iurare noluit. Quare in exilium actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus, cum ludis forte literas in theatro accepiſſet, non prius eas legere dignatus eſt, quàm ſpectaculum finiretur. Metellum ſororis ſuæ uirum laudare noluit, qͥ olim ſuum iudicium, et leges detrectarat.

De Quinto Metello Pio.

QVintus Metellus Pius Numidici filius, pius qa patrẽ lachrymis, et precibus aſſidue ab exilio reuocauit. Prætor bello ſociali. Q. Põpediũ Marſorum ducẽ interfecit. Conſul in Hiſpania Herculeios fratres oppreſſit. Sertoriũ Hiſpania expulit. Adoleſcens in petitione præturæ, et pontificatus conſularibus uiris prælatus eſt.

elogntiggra
aliqd effugit

De Tiberio Gracho·

t Iberius Gracchus Africani ex filia nepos, Quæſtor Mãcino in Hiſpania fœdus eius flagitioſum probauit · Periculũ deditionis eloquentiæ gratia effugit· Tribunus pl. legem tulit, nequis plus mille agri iugera haberet · Octauio collega intercedente nouo exemplo magiſtratu abrogauit · Deinde tulit, ut ea familia, quæ de Attali hæreditate erat, ageretur, et populo diuideretur · Deinde cum prorogare ſibi poteſtatem uellet, aduerſis auſpicis in publicum proceſſit, ſtatimq́; capitolium petiit, manum ad caput referens, qua ſalutem ſuam populo commendabat, hoc nobilitas ita accepit, quaſi diadema poſceretur · Segniterq́; ceſſante Mutio conſule, Scipio Naſica ſequi ſe iuſſit, qui ſaluam Remp· uellent, Gracchum in capitolium perſecutus oppreſſit. Cuius corpus Lucretii ædilis manu in Tyberim miſſum, unde ille Viſpillo dictus · Naſica ut inuidiæ ſubtraheretur, per ſpeciẽ legationis in Aſiã ablegatus ẽ.

De Caio Gracho·

g Aius Gracchus peſtilẽtem Sardiniã quæſtor ſortitus, non ueniente ſucceſſore, ſua ſpõte diſceſſit · Aſculanæ et fregellanæ defectionis inuidiam ſuſtinuit· Tribunus pl· agrarias & frumentarias leges tulit· colonos etiã Capuam, et Tarentum mittendos cenſuit· Triumuiros agris diuidendis ſe et Fuluium Flaccum, et· C·Craſſum conſtituit Minucio Rufo Tr·pl· legibus ſuis obrogã te, in capito

legibus alicuius obrogare

lium uenit. Vbi cum Attilius preco Opimii conſulis, in turba fuiſſet occiſus, in forum deſcendit, et imprudens concionem a tr. pl. auocauit. Quare accerſitus, cum in Senatum non ueniſſet, armata familia Auentinum occupauit. Vbi ab Opimio uictus, dum a templo Dianæ deſiliit, talum intorſit, et Pōponio amico apud portam trigeminam. P. Lectorio in ponte ſublicio perſequentibus reſiſtente, in lucum Furinæ peruenit. Ibi uel ſua uel ſerui Euphori manu īterfectus, caput a Septumuleio amico Gracchi ad Opimium relatum, auro expenſo fertur, propter auaritiam infuſo plumbo grauius effectum.

De Marco Liuio Druſo.

m Arcus Liuius Druſus genere, et eloquentia magnus, ſed ambitioſus, et ſuperbus, ædilis munus magnificentiſſimum dedit, et ibi Rubrio collegæ quædam de utilitate Reip. ſuggerente, quid tibi inquit cum Rep. noſtra? Quæſtor in Aſia nullis inſignibus uti uoluit, nequid ipſo eſſet inſignius. Tribunus pl. Latinis ciuitatem, plebi agros, equitibus curiam, ſenatui iudicia permiſit. Nimiæ liberalitatis fuit. Ipſe etiam profeſſus nemini ſe ad largiendum præter cœlum et cœnum reliquiſſe. Ideoq; cum pecunia egeret, multa contra dignitatem fecit. Magulſam Mauritaniæ principem ob regis ſimultatem profugum accepta pecunia Bocho prodidit, quē ille elephanto obiecit. Adherbalem filium regis numidarū obſidem domi ſuæ ſumpſit, redēptionem eius occulte a patre ſperās, Cœpionem inimicum actionibus

præter cœlum et cœnum

ſuis reſiſtentem ait ſe de ſaxo tarpeio præcipitaturũ· Conſuli legibus Agrariis reſiſtenti,ita collũ in Co=mitio obtorſit,ut multus ſanguis efflueret e naribus, quæ ille luxuria cõprobans,morti iam detrũdi ſe dicebat· Deinde ex gratia in inuidiam uenit· Ná plebs acceptis agris gaudebat,expulſi dolebant,equites lecti lætabantur·Senatus permiſſis iudiciis exultabat· ſed ſocietatem cum equitibus ægre ferebat·Vnde Liuius anxius,ut latinorũ poſtulata differret,qui promiſſam ciuitatem flagitabant,repente in publico cócidit ſiue morbo comitiali,ſeu hauſto caprino ſanguine ſemianimis domum relatus· Vota pro illo per Italiam publice ſuſcepta ſunt,et cum Latini cõſulem in Albano monte interfecturi eſſent,Philippũ admo=nuit,ut caueret·unde in Senatu accuſatus,cum domũ ſe reciperet,immiſſo inter turbã percuſſore,corruit. Inuidia cædis apud Philippum,et Cæpionẽ fuit·

De Caio Mario patre.

Aius Marius ſepties cõſul Arpinãs humili loco natus primis honoribus per ordinem functus,legatus Metello in Numidia,cri=minando conſulatum adeptus·Iugurthã captum ante currum egit·In proximum annum conſul ultro factus,Cymbros í Gallia apud aquas Sextias,Theutonas in Italia in campo Caudio uicit,deq; his triũphauit·Vſq; ad ſextum conſulatum per ordinem factus Apuleium Saturninum·tri·pl.et Glauciam Præto=rem ſeditioſos ex ſenatuſcõſulto interemit·et cum Sulpicia rogatione prouinciam Syllæ eriperet,armis ab

eo uictus, Minturnis in Palude latuit. Inuentus et in carcerē coniectus, immiſſum percuſſorem Gallū uultus autoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in Africam traiecit. Ibi diu exulauit. Mox Cinana dominatione reuocatus, ruptis ergaſtulis, exercitum fecit, cæſiſq; inimicis iniuriā ultus ſeptimo conſulatu, ut quidam ferunt, uoluntaria morte deceſſit.

De Caio Mario filio.

CAius Marius filius uigintiquinq; annorū conſulatum inuaſit, quē honorem tam immaturum mater fleuit, hic patri ſæuitia ſimilis curiam armatus obſedit. Inimicos trucidauit, quorum corpora in Tyberim præcipitauit. In apparatu belli, quod contra Syllam parabatur apud Sacriportum uigiliis et labore defeſſus, ſub die requieuit, et abſens uictus, fugæ, nō pugnæ interfuit. Præneſte refugit, ubi per Lucretium Offellam obſeſſus tentata per cunniculum fuga cum omnia ſepta intelligeret, iugulandum ſe Pontio Teleſino præbuit.

De Lucio Cornelio Cinna.

LVcius Cornelus Cina flagitioſiſſimus Rēp. ſumma crudelitate uaſtauit. Primo conſulatu legem de exulibus reuocandis ferens ab Octauio collega prohibitus, et honore priuatus, Vrbe profugit, Vocatiſq; ad pileum ſeruis, aduerſarios uicit. Octauium interfecit. Ianiculum occupauit. Iterum et tertio conſulem ſeipſe fecit. Quarto conſulatu cum bellum contra Syllam pararet, Ancone ob ni-

niam crudelitatẽ ab exercitu lapidibus occiſus eſt·

De·C·Fimbria·

Fimbria ſæuiſſimus quippe Cinnæ ſatelles, Valerio Flacco conſuli legatus in Aſiam profectus, per ſimultatem dimiſſus· corrupto exercitu, ducem interficiendum curauit· Ipſe correptis imperii inſignibus, prouinciam ingreſſus· Mithridatem Pergamo expulit· Iliũ ubi tardius portæ patuerunt, incendi iuſſit, ubi Mineruæ templum iuiolatum ſtetit, quod diuina maieſtate ſeruatum nemo dubitauit. Idem Fimbria militiæ principes ſecuri percuſſit, Mox a Sylla Pergami oppreſſus corrupto exercitu deſertus ſemet occidit.

De Viriato Luſitano·

Iriatus genere Luſitanus ob paupertatem primo mercenarius, Deinde alacritate uector, audacia latro, ad poſtremũ Dux, Bellum aduerſum Romanos ſumpſit, eorumq; Imperatorem Claudiũ Vnimanum, Deinde·C·Nigidiũ oppreſſit· pacem a Popilio maluit integer petere, quàm uictus· et cum alia dediſſet, et arma retinerentur, bellum renouauit· Cæpio cum uincere aliter non poſſet, duos ſatellites pecunia corrupit, qui Viriatum humi depoſitum perimerent· Quæ uictoria quia empta erat, a ſenatu non probata.

De Marco Aemylio Scauro·

Arcus Aemylius Scaurus nobilis, pauper· Nam pater eius, quamuis patritius, ob pau-

pertatem carbonarium negocium exercuit · Idem primo dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret, ſed eloquentiæ conſultus, ex ea gloriam peperit · Primo in Hiſpania corniculum meruit · Sub Horeſte in Sardinia ſtipendia fecit · Aedilis iuri reddendo magis, quàm muneri edendo ſtuduit · Prætor aduerſus Iugurthã, tamen eius pecunia uictus · Conſul legem de ſumptibus, et Libertinorum ſuffragiis tulit · P · Decium prætorem tranſeunte ipſo, ſedentem iuſſit aſſurgere, eiq; ueſtem ſcidit, ſellam concidit, ne quis ad eũ in ius iret, edixit · Conſul Ligures, et Gãtiſcos domuit, atq; de his triumphauit · Cẽſor Aemyliam ſtrauit · Põtem Miluium fecit · Tantumq́; autoritate potuit, ut Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam, et Saturninum priuato conſilio armaret · Idem filium ſuum, quia præſidium deſeruerat, in conſpectum ſuum uetuit accedere · Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit · Scaurus ſenex, cum a Vario tri · pl · argueretur, quaſi ſocios, et Latiũ ad arma coegiſſet, ad populũ ait, Surius Sucronẽſis Aemylium Scaurum ait ſocios ad arma coegiſſe, Scaurus negat, utri potius credendum putatis?

De Lucio Apuleio Saturnino·

LVcius Apuleius Saturninus tr · pl · ſeditioſus, ut gratiam Marianorũ militum pararet, legẽ tulit, ut Veteranis Centena agri iugera in Africa diuiderẽtur, Intercedentem Bebiũ collegã, facta per populũ lapidatione, ſubmouit, Glauciæ prætori, ꝗ is eo die quo is concionẽ habebat, ius di-

cendo partem populi aduocaſſet, ſellam concidit, ut magis popularis uideretur. Quēdam Libertini ordinis ſubornauit, qui ſe Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium Sempronia ſoror Gracchorum producta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familiæ agnoſceret. Saturninus Aulo Mēmio competitore interfecto tribunus pl. refectus Siciliam, Achaiam, Macedoniam nouis colonis deſtinauit, et aurum dolo, an ſcelere Cæpionis partum adēptionem agrorum conuertit. A qua et igni interdixit ei, qui in leges ſuas nō iuraſſet. Huic legi multis nobilibus abrogātibus, cum tonuiſſet, iā īquit, niſi quieſcitis, grandinabit. Metellus Numidicus exulare, q̄ iurare maluit. Saturninus tertio tribunus pl. refectus ut ſatellitem ſuum Glauciam prætorem faceret, Mūmium competitorem eius in Campo Martio necandū curauit. Marius Senatuſconſulto armatus, quo cenſetur, nequid Reſp. detrimenti caperet, darent operam conſules. Saturninum et Glauciam in Capitoliū perſecutus, obſedit, maximoq; aſtu inciſis fiſtulis in deditionem accepit, nec deditis fides ſeruata eſt. Glauciæ fracta ceruix. Apuleius cum in curiam fugiſſet, lapidibus, et tegulis deſuper interfectus. Caput eius Rabirius quidam Senator per conuiuia in ludibriū circuntulit.

De Lucio Lucullo.

Vcius Lucullus nobilis diſertus, et diues, munus quæſtorium ampliſſimum dedit. Mox per Murenam in Aſia claſſem

Mithridatis, et Ptolemæum regem Alexandriæ cō-
ſuli Syllæ conciliauit. Prætor Africam iuſtiſſime re-
xit. Aduerſus Mithridatem miſſus, collegam ſuum
Cottam Calcedoniæ obſeſſum liberauit. Cyzicon ob-
ſidione ſoluit, Mithridatis copias ferro, et fame affli-
xit, eumq; regno ſuo Ponto expulit. Quem rurſum
cum Tigrane rege Armeniæ ſubueniente magna fe-
licitate ſuperauit. Nimius i habitu. Maxime ſignorū
et tabularum amore flagrauit. Poſt cum alienata mē
te, deſipere cœpit, tutela eius M. Lucullo fratri per-
miſſa eſt.

De Lucio Cornelio Sylla.

C Ornelius Sylla in fortuna felix dictus, cū
paruulus a nutrice ferretur, mulier obuia,
ſalue, inquit, puer tibi, et Reip. tuæ felix. Et
ſtatim quæſita, quæ hæc dixiſſet, non potuit inueniri.
Hic quæſtor Marii Iugurthā a Bocho in deditionē
accepit. Bello Cymbrico, et Theutonico legatus bonā
operam nauauit. Prætor inter ciues ius dixit. prætor
Ciliciam prouinciā habuit. Bello ſociali Samnites,
Hirpinosq; ſuperauit. Ne monimenta Bochi tolleren
tur, Mario reſtitit. Conſul Aſiam ſortitus. Mithrida
tem apud Orchomenū, et Chæroneam prælio fudit.
Archelaum prælio præfectum eius Athenis uicit.
portum Peiræū recepit, Medos, Dardanos in itinere
ſuperauit. Mox cum rogatione Sulpicia imperium
eius tranſſerretur, ad Marium in Italiam regreſſus
corruptis aduerſariorum exercitibus, Carbonem Ita
lia expulit. Marium apud Sacri portum, Teleſinum

apud portam Collinam uicit· Mario præneſte interfecto, felicem ſe edicto appellauit· Proſcriptionis tabulas primus propoſuit· Nouẽ millia deditorũ in uilla publica cecīdit· Numerum ſacerdotum auxit· Tribunitiam poteſtatem minuit· Rep· ordinata dictaturam depoſuit· Vnde ſpe deceptus Puteolos conceſſit, et morbo qui Phtheiriaſis uocatur, interiit.

De Mithridate Rege Ponti·

m Ithridates Rex Ponti oriundus a ſeptẽ Perſis, magna ui animi, et corporis, ut ſex iuges equos regeret, duarũ et uiginti gentiũ ore loqueretur, bello ſociali diſſidentibus Romanis, Nicomedem Bithinia, Ariobarzanẽ Cappadocia expulit· literas per totam Aſiam miſit, ut quicunq; Romanus eſſet, certa die interficeretur, & factum eſt· Græciã, inſulaſq; omneis, excepta Rhodo occupauit· Sylla eũ prælio uicit· Claſſem eius proditione Archelai intercepit· Ipſum apud Orchienum oppidũ fudit, et oppreſſit et potuit capere, niſi aduerſum Marium feſtinans, qualẽcunq; pacem cõponere maluiſſet· Deinde eũ Cabiris reſiſtentem Lucullus fudit· Mithridates poſt a Pompeio nocturno prælio uictus, in regnũ confugit· Vbi per ſeditionem popularẽ a Pharnace filio in turre obſeſſus, uenenum ſumpſit· Cum id tardius biberet, q̃a aduerſum uenena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immiſſum percuſſorẽ Gallum Sithocum autoritate uultus territum reuocauit, et in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit·

De Cneo Pompeio Magno.

CNeus Pompeius Magnus ciuili bello Syllæ partes ſecutus, ita egit, ut ab eo maxime diligeretur. Siciliam ſine bello a proſcriptis recepit. Numidiã Iarbæ ereptam, Maſiniſſæ reſtituit, uigintiſex annos natus triumphauit. Lepidum acta Syllæ reſcindere uolentem, priuatus Italia abrogauit. Prætor in Hiſpaniam proconſuli miſſus Sertorium uicit. Mox piratas intra quadrageſimum diem ſubegit. Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad uenenum compulit. Deinde mira felicitate rerum in ſeptentrione Albanos, Colchos, Heniochos, Caſpios, Hiberos. Nunc in orientem Parthos, Arabas, atq; Iudæos cum magno ſui terrore penetrauit. Primus in Hircanum, Rubrũ, et Arabicũ mare uſq; peruenit. Mox diuiſo orbis imperio cum Craſſus Syriam, Cæſar Galliã, Pompeius urbem obtineret, poſt cædem Craſſi Cæſarem dimittere exercitum iuſſit. Cuius infeſto aduentu urbe pulſus, in Pharſalia uictus, ad Ptolemæũ Alexandriæ regem fugit. Huius latus ſub oculis uxoris, et liberorum a Septimio Ptolemæi præfecto mucrone cõfoſſum eſt. Iamq; defuncti caput gladio præciſum quod uſq; ad ea tẽpora fuerat adoratũ. Trũcus Nilo iactus a Seruio Codro rogo iuſtus, humatusq; eſt, inſcribente ſepulchro Hic ſitus eſt Magnus. Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite, Aegyptio uelamine inolutum, cũ annulo Cæſari præſentatum eſt. Qui non cõtinens lachrymas, illud plurimis, et pretioſiſſimis odoribus cremandum curauit.

SVETONII TRANQVILLI DE ILLVSTRIBVS GRAMMATICIS LIBER.

GRammaticæ olim Romæ ne in uſu quidem, nedum in honore ullo erat, rudi ſcilicet, ac bellicoſa etiam tũ ciuitate, nec dum magnopere liberalibus diſciplinis uacante. Initiũ quoq; eius mediocre extitit. Siquidem antiquiſſimi doctorum quidẽ et Poetæ et Oratores ſemigræci erant. Liuium et Ennium dico, quos utraq; lingua domi, foris'q; docuiſſe adnotũ eſt. Nihil amplius quàm græce interpretabantur. Ac ſiquid latine ipſi compoſuiſſent, prælegebant. Nam quod nõnulli tradunt, duos libros de literis, ſyllabis'q;, item de metris ab eodem Ennio editos, iure arguit L. Cotta nõ poetæ, ſed poſterioris Ennii eſſe, cuius etiam de augurãdi diſciplina uolumina feruntur.

De Cratete Mallote primo grammatico in Vrbe.

PRimus igitur, quantum opinamur, ſtudium grammaticæ in Vrbem intulit Crates Mallotes Ariſtarchi æqualis, qui miſſus ad Senatum ab Attalo Rege inter ſecundũ, ac tertium bellum Punicum ſub ipſam Ennii mortem cum in regione palatii prolapſus in cloacæ foramẽ, crus fregiſſet, per omne legationis ſimul, et ualetudinis tempus plurimas ἀκροάσεις ſubinde fecit, aſſiduéq; diſſeruit, ac noſtris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen

imitati, ut carmina parum adhuc diuulgata, uel defunctorum amicorum, uel ſiquorum aliorum probaſſent, diligentius retractarent, ac legendo, commentandoq; etiam cæteris nota facerent, ut C. Octauius Lampadio Næuii Punicum bellum, quod unico uolumine, et continenti ſcriptura expoſitum, diuiſit in ſeptem libros. ut poſtea Q. Vargũteius annales Ennii, quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat, ut Lælius, Archelaus, Vectius Q. Philocõmus Lucilii Satyras familiaris ſui, quas legiſſe apud Archelaum Pompeius Lenæus apud Philocõmum, Valerius Cato prædicant. Inſtruxerunt, auxeruntq; ab omni parte grammaticã Lælius Lanuuinus gener Q. Aelii, Seruius Clodius uterq; eques Romanus, multiq; ac uarii et in doctrina et in Rep. uſus.

De Lælio Præconino ſiue Iſtilone.

L Aelius cognomine duplici fuit, nam et Præconinus, quod pater eius præconiũ fecerat, uocabatur, et Iſtilo, ꝙ orationes nobilliſſimo cuiq; ſcribere ſolebat. Tantus optimatum fauor, ut Q. Metellum Numidicum in exilium comitatus ſit. Seruius cum librum ſoceri non dum editum fraude intercepiſſet, & ob hoc repudiatus pudore, ac tædio ſeceſſiſſet ab urbe, in podãgræ morbum incidit, cuius impatiens ueneno ſibi perunxit pedes, & enecuit ita, ut parte ea corporis quaſi præmortui uixerit. poſt hoc magis ac magis et gratia, et cura artis increuit, ut ne clariſſimi quidẽ uiri abſtinuerint, quo minus et ipſi aliquid de ea ſcriberent. Vtq; tẽporibus qui-

buſdam ſuper. xx. celebres ſcholæ fuiſſe in urbe tradantur. Pretia grammaticorum tanta, mercedeſq; tã magnæ, ut conſtet Luctatium Daphnidem, quẽ Lenæus Meliſſus per cauillationem nominis πανὸς ἄγημα dicit ducẽtis millibus numûm. Q. Catulo ẽptũ, ac breui manumiſſum. L. Apuleium ab Eficio Caluino equite Ro. prædiuite quadringenis annuis conductum, multos edocuiſſe. Nam in prouincias quoq; grammatica penetrauerat, ac nonnulli de notiſſimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata, inter quos Octauius Teucer, et Siſcennius Iacchus, et Oppius Cares, hic quidẽ ad ultimã ætatem, et cum iam non greſſu modo deficeret, ſed et uiſu.

De grammaticorum appellatione.

Appellatio grammaticorum græca conſuetudine inualuit, ſed initio literati uocabantur. Cornelius quoq; Nepos in libello, quo diſtinguit literatum ab erudito, literatos quidem uulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter, et acute, ſcienterq; poſſint aut dicere, aut ſcribere. Cæterum proprie ſic appellandos poetarum interpretes, qui a græcis grammatici nominẽtur, eoſdem literatos uocitatos. Meſſala Coruinus in quadam epiſtola non eſſe ſibi dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut literatore Catone. ſignificat enim haud dubie Valerium Catonẽ poetam ſimul, grammaticumq; notiſſimum. Sunt qui literatum a literatore diſtinguant, ut Græci grammaticum, a grammatiſta, & illum quidẽ abſolute, hunc mediocriter doctum, exi-

ſtiment, quorum opinionem Orbilius etiam exẽplis confirmat· Nam apud maiores ait cum familia alicu ius uenalis produceretur, non temere, quem nõ literatum in titulo, ſed literatorem iſcribi ſolitum eſſe, quaſi non perfectum literis, ſed imbutum· Veteres grãmatici et rhetoricã docebant, ac multorũ de utraq; arte commentarii feruntur, ſecundum quam conſuetudinem poſteriores quoq; exiſtimo, quanquam iam diſcretis profeſſionibus, nihilo minus uel retinuiſſe, uel inſtituiſſe, et ipſos quædam genera inſtitutionum ad eloquẽtiã præparãdã ut problemata, periphraſes, elocutiones, ethologias, atq; alia hoc genus, ne ſcilicet ſicci omnino, atq; aridi, pueri rhetoribus traderẽtur· quæ quidem omitti iam uideo deſidia quorundam, et infantia· non enim faſtidio putem· Me quidem adoleſcentulo, repeto quendã principem nomine, alternis diebus declamare, alternis diſputare, nõnullis uero mane diſſerere, poſt meridiem remoto pulpito declamare ſolitum · audiebã etiam memoria patrũ, quoſdam è grammaticis ſtatim ludo tranſiſſe in forum, atq; in numerũ præſtantiſſimorum patronorum receptos· Clari profeſſores, et de quibus prodi poſſit aliquid duntaxat a nobis, ferè hi fuerunt·

De Sæuio Nicanore·

Aeuius Nicanor primus ad famam, dignationemq; docẽdo peruenit, feciťq; præter cõmentarios, quorũ tamẽ pars maxima intercepta dicitur, ſatyram quoq; in qua libertinum ſe, ac duplici cognomine eſſe hoc indicat · Sæuius Nicanor

famã et dignatio

Marci libertus·negabit Sæuius poſthumius idem·At M·docebit·Sunt qui tradant ob infamiã quandam eum in Sardiniam ſeceſſiſſe,ibiq; diem obiiſſe.

De Aurelio Opilio.

Vrelius Opilius Epicurei cuiuſdã libertus, Philoſophiam primo,deinde Rhetoricã,nouiſſime Grammaticam docuit,dimiſſa autẽ ſchola Rutilium Rufum damnatum in Aſiã ſecutus, ibidem Smyrnæ,ſimulq; conſenuit,compoſuitq; uariæ eruditionis aliquot uolumina,ex quibus nouem unius corporis,qui quia ſcriptores,ac poetas ſub cliẽtela muſarum indicaret,non abſurde et ſcripſiſſe,& feciſſe ſe ait ex numero diuarũ,et appellatione huius cognomen in pleriſq; indicibus,et titulis per unam literam ſcriptum animaduerto,uerũ ipſe id per duas effert in Paraſſichidæ libellis,qui inſcribitur Pinax.

De·M· Antonio Gnipho.

Arcus Antonius Gnipho ingenuus ĩ Gallia natus,ſed expoſitus,a nutritore ſuo manumiſſus,inſtitutuſq; Alexandriæ quidem,ut aliqui tradunt,in cõtubernio Dionyſii Scithobrachionis,quod equidem non temere crediderim,cum temporum ratio uix congruat·fuiſſe dicitur ingenii magni,memoriæ ſingularis,nec minus græce,quã latine doctus·præterea comi,faciliq; natura, nec unquam de mercedibus pactus,eoq; plura ex liberalitate diſcentium conſecutus·docuit primum in diui Iulii domo pueri adhuc,deinde in ſua priuata,docuit autem

nec minus græce quam latine doctus comi et faciliq; natura

& Rhetoricam ita,ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet· Declamaret uero non niſi nũdinis·ſcholá eius claros quoq; uiros frequentaſſe aiunt·In his·M· Ciceronẽ etiá cum prætura fungeretur·Scripſit multa,quamuis annum ætatis quinquageſimũ non exceſſerit, etſi Atteius Philologus duo tantũ uolumina de Latino ſermone reliquiſſe eum tradit · nam cætera ſcripta diſcipulorum eius eſſe nó ipſius,in quibus et ſuum alicubi reperi nomen·

De·M·Pompilio·

POmpilius Andronicus natione Syrus ſtudio Epicureæ ſectæ deſidioſior in profeſſione Grammaticæ habebatur,minusq; idoneus ad tuendá ſcholá.Itaq; cum ſe in urbe non ſolũ Antonio Gniphoni,ſed cæteris etiam deterioribus poſtponi uideret,Cumas tranſiit·Ibiq; in otio uixit,et multa compoſuit,Verũ adeo inops, atq; egens,ut coactus ſit,præcipuum illud opuſculum annalium elenchorum ſexdecim millibus numûm cuidá uendere,quos libros Orbilius ſuppreſſos redemiſſe ſe dixit,uulgá dosq; curaſſe nomine Autoris·

De Orbilio·

Rbilius Pupillus Beneuentanus morte parentum una,atq; eadem die inimicorum dolo interemptorum deſtitutus, primo appariturã magiſtratibus fecit,deide in Macedonia Corniculo,mox equo meruit,functusq; militia,ſtudia repetit,quæ iam inde a puero nó leuiter attigerat,ac pro

corniculum ornamenti genus quo milites ob rem bene gestam donabantur

feſſus diu in patria quinquageſimo demũ anno Ro-mam cõſule Cicerone tranſiit, docuitq́; maiore fama, quàm emolumento. nanq; iam perſenex pauperem ſe, et habitare ſub tegulis quodã ſcripto fatetur. librũ etiam, cui eſt titulus Perialogos edidit, cõtinentẽ querelas de iniuriis, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentum acciperent. fuit autem naturæ acerbæ non modo in antiſophiſtas, quos omni ſermone lacerauit, ſed etiam in diſcipulos et Horatius ſignificat plagoſum eũ appellans, et Domitius Marſus ſcribẽs, Si quos Orbilius ferula, ſcuticaq́; cecidit.

Ac ne pricipum quidẽ uirorũ inſectatione abſtinuit, ſiquidẽ ignotus adhuc cũ iudicio frequenti teſtimoniũ diceret, interrogatus a Varrone diuerſæ partis aduocato, quid nã ageret, et quo artificio uteretur, Gibberoſos ſe de ſole in umbram trãsferre, reſpondit, quod Murena gibber erat. Vixit prope ad centeſimũ ætatis annum, amiſſa iampridẽ memoria, ut uerſus Bibaculi docet.

Orbilius ubi nam eſt literarũ obliuio.

Statua eius Beneuenti oſtenditur in Capitolio ad ſiniſtrũ latus marmoreo habitu ſedentis ac palliati, appoſitis duobus ſcriniis. Reliquit filium Orbilium et ipſum grammaticum profeſſorem.

De Atteio Philologo.

Atteius Philologus libertinus Athenis natus. hunc Capito Atteius iuriſconſul. Inter grammaticos rhetorem, Inter rhetores grammaticum fuiſſe ait. De eodem Aſinius Pollio in libro

quo Saluſtii ſcripta reprehendit, ut nimia priſcorũ uerborum affectatione oblita, ita tradit. In eam rẽ adiutorium ei fecit maxime quidã Atteius prætextatus nobilis grammaticus Latinus, declamantium deinde adiutor, atq; præceptor ad ſummam Philologus ab ſemet nominatus ipſe ad Læliũ Hermam ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere, et in Latinis nonnullum. Audiſſe Antonium Gniphonem, eiuſq; Hermam poſtea docuiſſe. Præcipiſſe autem multis et claris iuuenibus, in quibus Appio quoq; et Pulchro Claudiis fratribus. Quorum etiã comes in prouincia fuerit. Philologi appellationem aſſumpſiſſe uidetur, quia ſicut Eratoſthenes, qui primus hoc cognomen ſibi uendicauit, multiplici, uariaq; doctrina cenſebatur, quod ſanè ex commentariis eius apparet, quanquam pauciſſimi extent, de quorum tamen copia ſic altera ad eundem Hermam epiſtola ſignificat. Hylen noſtram aliis memento commendare, quam omnis generis coegimus uti ſcis octingentos in libros. Coluit poſtea familiariſſime C. Saluſtiũ, et eo defuncto Aſinium Pollionem, quos hiſtoriam componere aggreſſos, Alterum breuiario rerũ omniũ Romanarum, ex quibus, quas uellet, eligeret, inſtruxit, Alterũ præceptis de ratione dicendi. Quo magis miror Aſinium Pollionẽ credidiſſe antiqua eum uerba, et figuras ſolitum eſſe colligere Saluſtio, cum ſibi ſciat nil aliud ſuadere, quam ut noto, ciuiliq;, et proprio ſermone utatur, uitetq; maxime obſcuritatẽ Saluſtii, et audaciam in tranſlationibus.

De Valerio Catone.

Valerius Cato, ut nõnulli tradiderunt, Burſeni cuiuſdam libertus ex Gallia, ipſe libello, cui eſt titulus indignatio, ingenuum ſe natum ait, et pupillum relictum, eoq; facilius licẽtia Syllani temporis exutum patrimonio, docuit multos, & nobiles, uiſusq; eſt peridoneus præceptor maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere uel his uerſiculis poteſt.

Cato grammaticus latina Siren,
Qui ſolus legit, ac facit poetas.

Inſcripſit præter grãmaticos libellos etiã Poemata, ex quibus præcipue probantur Lydia et Diana.

Lydiæ Ticida meminit.

Lydia doctorum maxima cura liber.

Dianæ Cinna,

Secula permaneat noſtri Diana Catonis.

Vixit ad extremã ſenectã, ſed in ſumma paupertie, et penè inopia, abditus modico Gurguſtio poſtquam Tuſculana uilla creditoribus ceſſerat, ut autor eſt Bibaculus.

Siquis forte mei domum Catonis.
Depictas minio aſſulas, et illos
Cuſtodes uidet ortulos Priapi,
Miratur quibus ille diſciplinis,
Tantam ſit ſapientiam aſſecutus,
Quem tres calculi, et ſelibra farris,
Racemi duo, tegula ſub una
Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

Et idem

Et idem rurſus.
Catonis modo Galle Tuſculanum
Tota creditor urbe uenditabat.
Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum Grammaticum, optimum Poetam
Omneis ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

De Cornelio Epicado.

Cornelius Epicadus. L. Cornelii Syllæ Dictatoris Libertus, Calatorq́ꝫ ſacerdotio augurali, filioq́ꝫ eius Fauſto gratiſſimus fuit. quare nunquam non utriuſq́ꝫ ſe libertum edidit. Librum autem, quem Sylla nouiſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquerat, ipſe ſuppleuit. calator

De L. Taberio.

Taberius Hiera ſuo Hero emptus de cataſta, et propter literarum ſtudium manumiſſus, docuit inter cæteros Brutum & Caſſium. Sunt, qui tradant, tanta eum honeſtate præditum, ut temporibus ſyllanis proſcriptorum liberos gratis, & ſine mercede ulla in diſciplinam receperit. cataſta in diſciplinas ali[illegible]

De Curtio Nitia.

Curtius Nitia hæſit Gn. Pompeio, et. C. Mēmio, ſed cum codicillos Memmii ad Pompeii uxorē de ſtupro pertuliſſet, proditus ab ea, Pompeium offendit, domoq́ꝫ ei iterdictum eſt. fuit et

M. Ciceronis familiaris, in cuius epiſtola ad Dolobellam hæc de eo legimus. O ino mihi literæ magis ſunt expetendæ a te, quàm a me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare, niſi forte ſcire uis, me inter Niciam noſtrum, et Vidiũ iudicem eſſe. profert alter opinor, duobus uerſiculis expẽſum Niciæ, alter Ariſtarchus hós ὀβελίζει. Ego tanquã Criticus antiquus iudicaturus ſum, Vtrum ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. Item ad Atticum, De Hicia quod ſcribis ſi ita me haberẽ, ut eius humanitate frui poſſem, in primis uellem illum mecum habere, ſed mihi ſolitudo, et receſſus prouincia eſt, quod quia ferebat Sica, eò magis illũ deſydero. Præterea noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, cõſuetudinẽ uictus. Cur ego illi moleſtus eſſe uelim cum mihi ille iucundus eſſe nõ poſſit? Voluntas tamẽ eius mihi grata eſt. Huius de Lucilio libros etiam ſatyra comprobat.

De Lenæo.

LEnæus Pompeii Magni libertus, et penè omnium expeditionum comes, defuncto eo, filiiſq; eius, ſchola ſe ſuſtentauit, docuitq; in Carinis ad Telluris ædem, in qua regione Pompeiorũ domus fuerat. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Salluſtium hiſtoricũ, quod eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra lacerauerit, Laſtaurũ, et Luconem, & Nebulonẽ, Popinonemq; appellans, et uita, ſcriptiſq; monſtroſum, præterea priſcorum, Catoniſq; uerborum ineruditiſſimum furem. Traditur autẽ puer adhuc athenis ſubreptus refugiſſe in patriam, per-

ceptisq; liberalibus diſciplinis. pretium domino ſuo retuliſſe. Verùm ob ingenium atq; doctrinam gratis manumiſſus.

De Q. Cæcilio.

Cæcilius Epeirota Tuſculi natus libertus Attici Satrii equitis Ro. ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, cum filiã patroni nuptam M. Agrippæ doceret, ſuſpectus in ea, & ob hoc remotus ad Cornelium Gallum ſe contulit, uixitq; unà familiariſſime, quod ipſi Gallo inter grauiſſima crimina ab Auguſto obiicitur. Poſt deinde damnationem, mortẽq; Galli ſcholã aperuit, ſed ita ut paucos et tantum adoleſcẽtibus præciperet. prætextato nemini, niſi ſicuius Parenti hoc officium negare nõ poſſet. Primus dicitur latine ex tempore diſputaſſe, primusq; Vergiliũ, et alios Poetas nouos perlegere cœpiſſe, quod etiã Domitii Marſi uerſiculus indicat.

Epeirota tenellorum nutricula uatum.

De Verrio Flacco.

Verrius Flaccus libertinus docẽdi genere maxime inclaruit. nanq; ad exercitanda diſcentium ingenia, æquales inter ſe cõmittere ſolebat, propoſita non ſolum materia, quam ſcriberet, ſed et præmio, quod uictor auferret. id erat liber aliqs antiquus, pulcher, aut rarior, quare ab Auguſto quoq; nepotibus eius præceptor electus, trãſiit in palatium cum tota ſchola. Verũ ut neq; amplius poſthac diſcipulum reciperet. Docuitq; in atrio Catilinæ domus, quæ pars palatii tunc erat, & ſexter-

tia centena in annum accepit· deceſſit ætatis exactæ ſub Tiberio· Statuam habet Prænęſte in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo faſtos a ſe ordinatos, et marmoreo parieti inciſos publicaret·

De Craſſitio·

l Vcius Craſſitius genere Tarentinus, ordinis Libertini cognomine Paſides, mox Panſam ſe tranſnominauit· Hic initio circa Scænam uerſatus eſt, dum Mimographos adiuuat, deide in Pergula docuit, donec commentario Smyrnæ edito adeo inclaruit, ut hæc de eo ſcriberentur·

Vni Craſſitio ſe credere Smyrna probauit,
  Deſinite indocti coniugio hanc petere·
Soli Craſſitio ſe dixit nubere uelle,
  Intima cui ſoli nota ſua extiterint·

Sed cum edoceret iam multos, ac nobileis, in his Iuliũ Antonium triumuiri filium, ut Verrio quoq; Flacco cõpareretur, dimiſſa repẽte ſchola, tranſiit ad· Q· Septimii philoſophi ſectam·

De Scribonio·

s Cribonius Aphrodiſius Orbilii ſeruus, atq; diſcipulus, mox a Scribonia Libonis filia, quæ prior Augusti uxor fuerat, redemptus et manumiſſus docuit, quo Verrius, tẽpore, cuius etiã libros de Orthographia reſcripſit, nõ ſine iſectatione ſtudiorum, morumq; eius·

De·C·Iulio Higino·

Caius Iulius Higinus Auguſti libertus, natione Hiſpanus (etſi nonnulli Alexandrinũ putant, et a Cæſare puerũ Romã aduectũ Alexandria capta) ſtudioſe, et auide imitatus eſt Cornelium Alexandrum grãmaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiã Polyhiſtõrem multi, quidam hiſtoriam uocabant. Præfuit Palatinæ bibliothecæ, nec eò ſecius plurimos docuit, fuitq; familiariſſimus Ouidio poetæ, et·C·Licinio conſulari hiſtorico, qui eum admõdum pauperem deceſſiſſe tradit, et liberalitate ſua, quoad uixit ſuſtentatum· Huius libertus fuit Iulius Modeſtus, in ſtudiis, atq; doctrina ueſtigia patroni ſecutus·

De·C·Meliſſo·

Caius Meliſſus Spoleti natus, Ingenuus, ſed ob diſcordiam parentum expoſitus, cura et induſtria educatoris ſui altiora ſtudia percepit, ac Mecœnati pro Grãmatico muneri datus eſt, cui cum ſe gratum, et acceptum in modum amici uideret, quanquam aſſerente matre, permanſit tamẽ in ſtatu ſeruitutis, præſentemq; cõditionem ueræ origini antepõſuit· quare cito manumiſſus Auguſto, et íſinuatus eſt, quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarũ in Octauiæ porticu ſuſcepit, atq; ut ipſe tradit, ſexageſimum ætatis annũ agens, libellos ineptiarum, qui nunc iocorum ſcribuntur, componere inſtituit, abſoluitq; centũ et qnquaginta, quibus & alios

diuerſos poſtea addidit·fecit et nouum genus togatarum,inſcripſitq; trabeatas·

De·M·Pomponio Marcello·

MArcus Pōponius Marcellus ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus,in aduocatione quadam (nam interdum et cauſſas agebat) ſolœciſmū ab aduerſario factū uſqueadeo arguere perſeuerauit,quoad Caſſius Seuerus ĩterpellatis iudicibus dilationem petiit,ut litigator ſuus alium Grammaticum adhiberet,quando non putat is cum aduerſario de iure,ſed ſibi de ſolœciſmo controuerſiam futuram· Hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet,affirmante Atteio Capitone,et eſſe illud latinum,et ſi non eſſet,futurum certe·Iam inde mentitur inquit Capito·Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus,uerba non potes·pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrāmate oſtendit·

Qui caput ad leuam didicit·
Gloſſemata uobis præcipit,
Os nullum uel potius pugilis·

De·Q·Rhemmio Palæmone·

RHemmius Palæmō Vicetinus mulieris uerna primo,ut ferunt,Textrinū,deinde Herilem filium dum comitatur in ſcholas,literas didicit·Poſtea manumiſſus,docuit Romæ,ac principem locum inter Grāmaticos tenuit,quanquam infamis omnibus uitiis,palāq; et Tiberio,et mox Claudio prædicantibus,nemini minus inſtitutionem pue-

rorum, uel iuuenum committendam· ſed capiebat homines cum memoria rerum, tum facilitate ſermonis, nec non etiam poemata faciebat ex tempore · Scripſit ex uariis, nec uulgaribus metris· Arrogantia fuit tanta, ut M· Varronem Porcum appellaret· ſecum et natas, et morituras literas iactaret· Nomen ſuum in Bucolicis non temere poſitum, ſed præſagiente Vergilio fore quandoq; omnium poetarum, ac poematum Palæmonem iudicem· Gloriabatur etiã latrones quondam ſibi propter nominis celebritatem parſiſſe· Luxuriæ ita idulſit, ut ſæpius in die lauaretur· nec ſufficeret ſumptib. quanquã ex ſchola quadragena annua caperet· ac non multo minus ex re familiari, cuius diligentiſſimus erat, cum et officinas promercaliũ ueſtium exerceret, et agros adeo coleret, ut uitem manu eius inſtitutam ſatis conſtet· ccc.lxv uaſa ediidiſſe, ſed maxime flagrabat libidinibus ĩ mulieres uſq; ad infamiã oris· dictoq; nõ infaceto notatum ferunt cuiuſdam, qui cum in turba oſculum ſibi ingerentem quanquam refugiens deuitare non poſſet, Vis tu inqt magiſter quoties feſtinantẽ aliquẽ uides abligurire?

De Marco Valerio Probo·

Marcus Valerius Probus Berrytius diu centuriatum petiit, donec tædio ad ſtudia ſe cõtulit· Legerat in prouincia quoſdam ueteres libellos apud grammatiſtam, durante adhuc ibi antiquorũ memoria, nec dum omnino abolita, Sicut Romæ· Hos cum diligentius repetere, atq; alios deinceps cognoſcere cuperet, quamuis ſe contemni, magiſq;

opprobrio legentibus, quã gloriæ et fructui eſſe animaduerteret, nihilominus ĩ propoſito manſit, multáq; exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere, & adnotare curauit· Soli huic, nec ulli prætterea Grãmaticæs parti deditus· hic non tam diſcipulos, quam ſectatores aliquot habuit· nunquam enim ita docuit, ut magiſtri perſonam ſuſtineret· Vnum uel alterum, uel cum plurimos treis, aut quatuor pomeridianis horis admittere ſolebat, cubanſq; inter longos, ac uulgares ſermones legere quædã, idq; perraro nimis paucæ, & exigua de quibuſdam, minutis quæſtiũculis edidit· Reliquit autem nõ mediocrem Syluã obſeruationũ ſermonis antiqui·

SVETONII TRANQVILLI DE CLARIS RHETORIBVS LIBER.

R Hetoricæ quoq; apud nos perinde, atq; Grámatica ferè recepta eſt paulo etiã difficilius. Quippe quam cõſtet nonnunq̃ etiam prohibitam exerceri, quod necui dubium ſit, uetus, item Cẽſorium edictum ſubiiciã. Fãnio Strabone M. Valerio Meſſala Conſulibus M. Pomponius prætor Senatum conſuluit q̃ uerba facta ſunt de Philoſophis, et Rhetoribus. S. Conſ. de ea re ita cenſuerunt, ut M. Pomp. prætor animaduerteret, curaretq́; , ut ſi ei e Rep. fideq́; ſua uideretur, uti Romæ ne eſſent. De iiſdem interiecto tempore. Gn. Domitius Aenobarbus. L. Licinius Craſſus Cẽſores ita edixerunt, Renuntiatum eſt nobis, eſſe homines, qui nouũ genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos iuuentus in ludos conueniat, eos ſibi nomen impoſuiſſe Latinos rhetoras, Ibi homines adoleſcentulos totos dies deſidere. Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere, et quos in ludos itare uellent, inſtituerunt. Hæc noua quæ præter conſuetudinem, ac morem maiorũ fiunt, neq; placẽt, neq; recta uidentur. Quapropter et iis, q eos ludos habẽt, et iis, qui eò uenire cõſueuerunt, uidetur faciendum, ut oſtendamus noſtrã ſententiam, nobis nõ placere. Paulatim et ipſa utilis, honeſtaq; apparuit, multiq; eam præſidii cauſſa, & gloriæ appetiuerunt. Cicero ad præturam uſq; Græ

cæ declamauit, Latine uero ſenior quoq; et quidem Conſulibus Hircio et Panſa, quos diſcipulos, et grandeis prætextatos uocabat. Gn. Pompeium quidam hiſtoria tradiderunt ſub ipſum ciuile bellum, quo facilius. C. Curioni prõptiſſimo iuueni cauſſam Cæſaris defendenti contradiceret, repetiſſe declamandi conſuetudinem. M. Antonium, Item Auguſtum ne mutinenſi quidem bello omiſiſſe. Nero Cæſar et primo imperii anno, publice quoq; bis antea declamauit. pleriq; autem oratorum etiam declamationes ediderũt. Quare magno ſtudio hominibus iniecto, magna etiam profeſſorum, ac doctorum profluxit copia, adeóq; floruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem Senatorium, atq; ad ſummos honores proceſſerint. Sed ratio docendi nec una omnibus, nec ſingulis eadem ſemper fuit. quando uario modo quiſq; diſcipulos exercuerunt. nam et dicta præclare per omnes figuras, per caſus, et apologos aliter, atq; aliter exponere, et narrationes tum breuiter, et preſſe, tum latius et uberius explicare conſueuerant. Interdũ Græcorum ſcripta conuertere, ac uiros illuſtreis laudare, uel uituperare, Quædã etiam ad uſum communis uitæ inſtituta, dum utilia, et neceſſaria, dum pernitioſa, et ſuperuacanea oſtendere. Sæpe fabulis fidẽ firmare, aut demere quod genus θέσεις, et ἀνασκευὰς, & κατασκευὰς Græci uocant, donec ſenſim hæc exoluerunt, et ad controuerſiã uentum eſt. Veteres controuerſiæ, aut ex hiſtoriis trahebantur, ſicut ſanè nonnullæ uſq; adhuc, aut ex ueritate, ac re, ſi qua forte recens accidiſſet. Itaq; locorum etiam appellationi-

bus adiectis proponi ſolebant. Sic certe collectæ, editæq; ſe habēt, ex quibus non alienū fuerit unam, et alterā exēpli cauſſa ad uerbū referre. Aeſtiuo tēpore adoleſcentes urbani cum Hoſtiam ueniſſent, litus ingreſſi, piſcatores trahentes rete adierunt, et pepigerunt, bolum quanti emerent, nummos ſoluerunt, diu expectauerunt, dum retia extraherentur. aliquando extractis, piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta. tum emptores bolum ſuum aiunt, piſcatores ſuum. Venaliciarij cum Brūduſii gregē uenalium e naui educerent, formoſo, et pretioſo puero, quod portitores uerebantur, Bullam, et Prætextam togam impoſuere, facile fallaciam cælarunt. Romam uenitur, res cognita eſt. petitur puer, quod domini uoluntate fuerit liber in libertate. Olim autem eas appellationes Græci ςυνϑέσεις uocabant. Mox controuerſias quidā ſed aut fictas, aut iudiciales. Illuſtres profeſſores, et quorū memoria aliqua extet, non temere alii reperiētur, quam de quibus tradam.

De. L. Plotio Gallo.

L Vcius Plotius Gallus de hoc Cicero in epiſtola ad M. Titinnium ſic refert. Equidem memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpiſſe. L. Plotium quendam, ad quem cū fieret concurſus, ꝙ ſtudioſiſſimus qſq; apud eū exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctiſſimorum hominum autoritate, qui exiſtimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe. Hunc eundem (nam diutiſſime uixit). M. Cæ-

una altera
ſtram
luna et l'altra

lius in oratione, quam pro ſe de ui habuit, ſignifica bat dictaſſe a Cratino accuſatori ſuo actionem, ſubtractoq; nomine ordearium eum rhetorem appellat, deridens ut inflatum, ac leuẽ, et ſordidum.

De L. Octacilio Pilito.

Vcius Octacilius Pilitus ſeruiſſe dicitur, atq; etiã hoſtiarius uetere more in catena fuiſſe, donec ob ingenium, ac ſtudium literarũ manumiſſus, accuſanti patrono ſubſcripſit. deinde rhetoricam profeſſus Gn Pomp. Magnum docuit, patris eius res geſtas, nec minus ipſius compluribus libris expoſuit, primus omniũ Libertinorum, ut Cornelius nepos opinatur, ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo quoq; ſcribi ſolitam. Ad id tempus Epidius calumnia notatus ludum docendi aperuit, docuitq; inter cæteros M. Antoniũ, et Auguſtũ, quibus quondam C. Canutius obiicientibus ſibi, q̃ in Rep. adminiſtranda potiſſimum Conſularis Iſaurici ſectam ſequeretur, malle reſpondit Iſaurici eſſe diſcipulum, quàm Epidii calumniatoris. Hic Epidius ortum ſe ab Epidio Nunciono prædicabat, quem ferunt olim præcipitatum in fontẽ fluminis Sarni, paulopoſt cũ cornibus extitiſſe, ac ſtatim nõ comparauiſſe, in numeroq; deorum habitum.

De Sexto Clodio.

Extus Clodius e Sicilia Latine ſimul, græcæq; eloquentiæ profeſſor, male oculatus, et dicax paroculorum. In amicitia M. Anto-

ludu docendi apire

historia non nisi ab honestissimo seri bi solita

nii triumuiri extitiſſe ſe aiebat, eiuſdē uxorem Fuluiam, cui altera bucca īflatior erat, acumen Styli tentare dixit, nec eò minus, immo uel magis ob hoc Antonio gratus, A quo mox cōſule ingens etiā congiariū accepit, ut ei in Philippicas Cicero obiicit. Tibi et ioci cauſſā magiſtrum ſuffragio tuo, et competitorum tuorum Rhetorem, conceſſiſti, ut in quem uellet, diceret, ſalſum omnino hominem, ſed materia facilis et in tuos dicere. At quanta merces rhetori eſt data audite audite. P. C. et cognoſcite Reip. uulnera, duo millia iugerū campi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignaſti, et qdem īmuni, ut tanta mercede nihil ſapere diſceres.

De. C. Albutio Silo.

C Aius Albutius Silus nouarienſis, cum aedilitate in patria fungeretur, cum forte ius diceret, ab iis contra quos pronuntiabat, pedibus e tribunali detractus eſt, quod indigne ferens, ſtatim contendit ad portam, et inde Romā, receptusq; in Planci oratoris contuberniū, cui declamaturo mos erat prius aliquē, qui ante diceret, excitare. Suſcepit eas parteis, actaq; ita īpleuit, ut Planco ſilentiū imponeret, non audenti in comparationem ſe dimittere. Sed ex eo clarus propria auditoria inſtituit. ſolitus propoſita controuerſia ſedens in opere et calore demum prouectus conſurgere, ac perorare, declamare, aut genere uario mō ſplendide atq; adornate, Tū ne uſquequaq; ſcholaſticus exiſtimaretur, circūcíſe, ac ſordide, et tantū modo triuialibus uerbis egit et cauſſas, uerum rarius dum ampliſſimam quanquam ſe-

ctatur·nec alium in ulla locum quàm perorandi. poſtea renuntiauit foro partim pudore, partim metu· Nam cum in lite quadam centumuirali aduerſario, quẽ ut impium erga parentes inceſſebat, iuſiurandũ quaſi per figuram ſic obtuliſſet, Iura per patris, matriſq; cineres, qui inconditi iacent, et alia in hũc modum, arripiente eo conditionem, nec iudicibus aſpernantibus, non ſine magna ſui inuidia negocium afflixit· Et rurſus in cognitione cædis Mediolani apud L·Piſonem proconſulẽ defendens reum, cum cohiberent lictores nimias laudantium uoces, ita excanduiſſet, ut et deplorato Italiæ ſtatu, quaſi iterum ĩ formã prouinciæ redigeretur· M·inſuper Brutũ, cuius ſtatua in conſpectu erat, inuocaret legum, ac libertatis autorem, et uindicem, penè pœnas luit· Iam autem ſenior ob uitium Vomicæ Nouariam rediit, conuocataq; plebe cauſſis, propter quas mori deſtinaſſet, diu ac more concionantis redditis, abſtinuit cibo.

In cessar aliquem

IVLII OBSEQVENTIS AB ANNO VRBIS CONDITAE QVINGENTESIMO QVINTO, PRODIGIORVM LIBER IMPERFECTVS.

L·Scipione·C·Lælio Coss·

Vnonis Lucinæ templum fulmine ictum, ita ut faſtigium, ualuæq; deformarentur·In finitimis pleraq; de cœlo icta· Nurſiæ ſereno nibi orti, et homines duo exanimati· Tuſculi terra pluit· Mula Reate peperit· Supplicatio per decẽ pueros patrimos, matrimos, totidemq; uirgines habita·

M·Meſſala·C·Liuio·Coss·

Vce inter horam tertiam, et quartam tenebræ ortæ·In Auentino lapidũ pluuiæ nouẽdiali expiatæ· In Hiſpania proſpere militatum· Sacrum nouendiale factum, quod in Piceno lapidibus pluit·ignesq; cœleſtes multifariam orti, leui afflatu complurium ueſtimenta aduſſerunt·

Aedes Iouis í capitolio fulmine icta · In Vmbria ſemimas duodecim ferme annorũ natus aruſpicũq; iuſſu necatus·Galli, qui alpes tranſierũt in Italiã, ſine prælio eiecti·

sang. pluuit

M. Claudio, Quinto Fabio Labeone Coſs.

In area Vulcani per biduum, in area Concordiæ totidem diebus ſanguinem pluit. In Sicilia inſula noua maritima. Hannibal in Bithynia ueneno periit. Celtiberi ſubacti.

L. Aemylio Paulo. Gn. Bebio Tāphilo Coſs.

Procelloſa tempeſtate ſtrages in Vrbe facta, ſigna ænea in capitolio deiecit. Signa in circo maximo cum columnis euertit. Faſtigia templorum aliquot a culmine abrupta diſſipauit. Mulus tripes Reate natus. Aedes Apollinis Caietæ fulmine ictæ. In area Vulcani et Cōcordiæ ſanguinē pluit. Haſtæ Martis motæ. Lanuuii ſimulachrū Iunonis ſoſpitæ lachrymauit. Peſtilētiæ Libitina non ſufficit. Ex Sibyllinis ſupplicatum, cum ſex menſibus non pluiſſet. Ligures prælio uicti, deletiq;

Quinto Fuluio. C. Manlio Coſs.

Imbris continuis, in capitolio ſigna aliquot deiecta fulmine. Romæ et circa plurima decuſſa. In lectiſternio Iouis terremotu deorū capita ſe conuerterunt. Lana cum integumentis, quæ Ioui erant appoſita, decidit. De menſa oleas mures prærroſerunt.

M. Iunio. Gn. Manlio Coſs.

Incendio circa forū cum plurima eſſent deuſta, Aedes Veneris ſine ullo ueſtigio cremata. Veſtæ

mata. Veſtæ penetralis ignis extinctus. Virgo iuſſu M. Aemylii Pontificis maximi flagro cæſa negauit ulterius interitorum ſupplicationibus habitis. In Hiſpania et Hiſtria bella proſpere adminiſtrata.

Caio Claudio. Lucio Petellio Coſſ.

Vm immolaſſent uictimas cõſules, iecur extabuit. Cornelius ex mõte Albano rediẽs, mẽbris captus, ad aquas Cumanas mortuus. Petellius contra Ligures dimicans, occiſus eſt.

M. Lepido. Q. Mutio Coſſ.

Raui peſtilentia hominum, boumq; cadauera non ſufficiente, Libitina cũ iacerent, ulterius non apparuit. Celtiberi deleti.

Q. Aemylio Peto. M. Iulio Coſſ.

Omæ aliquot loca ſacra, profanaq; cælo tacta. Anagniæ terra pluit. Lauini fax ardens in cælo uiſa. Calatiæ in agro publico per triduũ et duas noctes ſanguis manauit. Rex Illyrici Gentius, et Macedoniæ Perſes deuicti.

M. Marcello. P. Sulpicio Coſſ.

N Cãpania multis locis terra pluit. In Præneſtino cruenti ceciderunt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Terracinæ in æde Mineruæ mulieres tres, quæ operatæ ſedebãt, fulmine exanimatæ. Ad locũ Libitinæ in ſtatua equeſtri Aenea ex ore et pede aqua manauit diu. Galli Ligu

porcus humanis manibus et pedibus natus, & pueri quadrupedes, et quadrumanes nati. Ad forū Eſii bouem flamma ex ipſius ore nata non læſit.

P. Scipione Naſi. Gn. Martio Coſſ.

a Nagniæ cœlum nocte arſit, fulmine, pleraq; decuſſa. Fruſinone bos locutus. Reate mulus tripes natus. Gn. Octauius legatus ī Syria per Lyſiam tutorem Antiochi pueri in Gymnaſio occiſus.

L. Lentulo. C. Martio Coſſ.

p Rocelloſa tempeſtate ī Capitolio ædes Iouis et circa, quaſſata. Pontis maximi tectum cū colūnis ī Tyberim deiectum. In Circo Flāminio porticus īter ædē Iunonis Reginæ et Fortunæ tacta, et circa, ædificia pleraq; diſſipata. Taurus ad īmolationē cum duceretur, ob hæc ipſa corruit. Dalmatæ Scordis ſuperati.

L. Opimio. Quinto Poſthumio Coſſ.

i N prouinciam proficiſcens Poſthumius conſul, cum immolaret in plurimis uictimis, caput in iocinere non inuenit, profectuſq; poſt diem ſeptimum æger Romam relatus, expirauit. Conſæ arma in cœlo uolare uiſa, fulmine pleraq; decuſſa. A Gallis et a Luſitanis Romani per arma grauiter uexati.

M. Cla. Marcello, Lucio Valerio Flacco Coss.

Vrbinis ui in Campo colūna ante ædem Iouis decuſſa cum ſigno aurato, Cumq́; aruſpices reſpondiſſent magiſtratuum et ſacerdotum interitum fore, omnes magiſtratus ſe protinus abdicauerunt, Quod Ariciæ lapidibus pluerat. ita ſupplicatio habita, quod Romæ multis locis ſpecies togarum uiſæ adpropinquantium oculos eludebant. In Luſitania uarie, in Gallia proſpere pugnatum.

Spurio Poſthumio, Lucio Piſone Coss.

Aſto incendio Romæ, cum Regia quoq; ureretur ſacrarium, et ex duabus altera laurus ex mediis ignibus inuiolatæ eſt, et erūt, Pſeudo Philippus deuictus.

P. Africano et Lælio Coss.

Miterni puer tribus pedibus, una manu natus. Romæ et circa, fulmine pleraq; icta. Cere ſanguinis riui terra fluxerunt. et nocte cœlum ac terra ardere uiſum. Fruſinone aurum ſacrum mures adroſerunt, Lanuuii inter horam tertiam et quintam duo diſcolores circuli ſolem anxerunt rubente alter, alter candida linea. Stella arſit per dies triginta duos. et cum Carthago obſideretur in captiuos Romanorum per Haſdrubalem barbaro more ſæuitum, mox Carthago per Aemylianum diruta.

Appio Claudio P. Metello Coſs.

Miterni puer tribus pedibus natus. Cauræ ſanguinis riui e terra fluxerunt. Cũ a Salaſſis illata clades eſſet Romanis, Decemuiri pronuntiauerunt ſe inueniſſe in Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere.

Lucio Metello, Quinto Fab. Maximo Coſs.

Fames et peſtilentia cum eſſent, per decemuiros ſupplicatũ. Lunæ Androgynus natus, præcepto aruſpicum in mare deportatus. Tanta fuit Lunenſibus peſtilẽtia, ut iacentibus in publicum paſſim cadaueribus, qui funerarẽt, defuerit. In Macedonia exercitus Romanus prælio uexatus. aduerſus Viriatum dubie dimicauit.

Gn. Cæpione, Caio Lælio Coſs.

Præneſte et in Cephalenia ſigna de cœlo cecidiſſe uiſa. Mons Etna ignibus abundauit, prodigium maioribus hoſtiis quadraginta expiatum, Annus pacatus fuit, Viriato uicto.

M. Aemylio, Caio Hoſtilio Manano Coſs.

Cum Lanuuii auſpicarentur, pulli e cauea in ſyluam Laurentinam euolarunt, neq; inuenti ſunt. Præneſte fax ardens in cœlo uiſa, ſereno intonuit. Terracinæ M. Claudius prætor in naue fulmine cõflagrauit. Lacus Fucinus per mil-

lia paſſuum quiq; quoq; uerſum inũdauit. In *Græcoſtaſi et comitio ſanguine fluxit*. Exquilijs *equuleus cum quinq; pedibus natus. fulmine pleraq; decuſſa*. Hoſtilius Mancinus *conſul, in portu* Herculis *cum conſcenderet nauem petens* Numantiã, *uox improuiſo audita, mane* Mancine. C *ũq; egreſſus*, Poſtea *nauẽ* Genuæ *conſcendiſſet, anguis in naui inuentus, e manibus effugit, ipſe conſul deuictus, mox* Numantinis *deditus*.

L. Furio, Attilio Sarrano Coss.

r Hegium *penè totum incendio conſumptum, ſine ullo humanæ fraudis, aut negligentiæ ueſtigio*. Puer *ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, et duplici obſc œno natus*. Puteolis *in aquis calidis riui manarunt ſanguine. fulmine pleraq; deiecta, puer aruſpicum iuſſu crematus, cinisq; eius in mare deiectus*. Ab Achæis *exercitus* Romanus *cæſus*.

Seruio Flacco, Quinto Calpurnio Coss.

m Ons Aetna *maioribus ſolito arſit ignibus*. Romæ *puer ſolidus, poſteriore naturæ parte genitus*. Bononiæ *fruges in arboribus natæ*. Bubonis *uox primũ in capitolio, dein circa* Vrbẽ *audita*. Quæ *auis præmio poſito ab aucupe capta, cõbuſtaq;, cinis eius ĩ* Tyberim *diſperſus*. Bos *locutus*. In Numantia *res male geſtæ*. Exercitus Romanus *oppreſſus*.

P. Africano. C. Fulvio Coſſ.

IN Amiterno Sol noctu uiſus, eiusq; lux aliquandiu fuit uiſa. Bos locutus et nutritus publice. ſanguine pluit. Anagniæ ſeruo tunica arſit, et intermortuo igne, nullum flammæ apparuit ueſtigium. In Capitolio nocte auis gemitus ſimileis hominis dedit. In æde Iunonis Reginæ ſcutũ Liguſticum fulmine tactum. Fugitiuorum bellũ in Sicilia exortum. coniuratione ſeruorum Italia oppreſſa. Tiberius Gracchus legibus ferendis occiſus. Proditũ eſt memoria Tiberium Gracchum, quo die periit, triſtia neglexiſſe omina, cum domi et in capitolio ſacrificanti dira portenderentur, domoq; exiens ſiniſtro ad limen offenſo pede decuſſerit Pollicem, et corui fragmentum tegulæ ante pedes eius proiecerunt ex ſtillicidio. In lacu Romano lacte riui manarunt. Lunæ terra quatuor iugerũ ſpatio in profundũ abiit, et mox de cauerna lacũ reddidit. Ardeæ terra pluit. Minturnis lupus uigilem laniauit, et inter tumultum effugit. Romæ bubo, et alia auis ignota uiſa. In æde Iunonis Reginæ clauſis per biduum ualuis infantis uox audita. Scuta nouo ſanguine maculata. Puella quadrupes nata. In agro Ferentino Androgynus natus, et in flumen deiectus. Virgines ter nouenæ canẽtes, Vrbem luſtrauerunt. In Italia multa millia ſeruorum, quæ cõiurauerant ægre comprehenſa et ſupplicio conſumpta. In Sicilia fugitiui Romanos exercitus necauerunt. Numantia diruta.

Appio Claudio. M. Perpenna Coss.

r Eate mulus cum quinq; pedibus natus. Romæ in agro Cortaſi lacte pluit. Lupus & canis Hoſtiæ pugnãtes fulmine exanimati. Grex ouium in Apulia. prætor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinæ ſereno nauis uelum fulmine exanimatũ in aqua deiectum, et impẽſas omnes, quæ ibi erant ignis abſumpſit. Publius Craſſus aduerſus Ariſtonicũ dimicans, occiſus. Apollinis ſimulachrum lachrymauit per quatriduum. Vates portenderunt Græciæ fore exitium, unde deductum eſſet. ſacrificatũ tum a Romanis, donaq; in templo poſita. Phrygia recepta. Aſia Attali teſtamento legata Romanis, Antiocho regi Syriæ ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commiſit, et a Parthis occiſus eſt. M. Fuluii Flacci triumuiri diſſenſione in legibus ferendis angues duo nigri in cella Mineruæ allapſſi, ciuilem cædem portenderunt.

M. Aemylio, Lucio Aurelio Coss.

n Octurna tempeſtate in capitolio aliquot tẽpla concuſſa ſunt. Romæ & circa, fulmine pleraq; deiecta ſunt. Aetna mons terremotu ignes ſuper uerticẽ late diffudit, et ad inſulam Liparas mare efferbuit, et quibuſdã aduſtis nauibus uapore pleroſq; nauales exanimauit. Piſciũ uim magnam exanimẽ diſperſit, quos Liparẽſes auidius epu

lis appetentes contaminatione uentris conſumpti, ita ut noua peſtilentia naſcerentur in inſulæ. Quod prodigium Aruſpicum reſponſo, ſeditionẽ, quæ poſt tempora patuit, portendit.

P. Plautio. M. Fuluio Coss.

in arboribus fruges natæ ſunt. Oleo & lacte in Veiẽte pluit. Bubo i Capitolio uiſus. Arcus lapideus ĩber triduo apparuit. Locuſtarum ingenti agmine in Africa, quæ a uento in mare deiectæ, fluctibusq; eiectæ, odore intolerabili Cyrenis mortifero uapore grauẽ peſtilentiã fecerunt pecori hominũq;. Dccc. millia conſumpta tabe proditum eſt. Fregellæ, quæ aduerſus Romanos cõiurauerunt, dirutæ. Ligures Sallyes trucidati.

Caio Caſſio Longino. Caio Sextilio Coss.

in Græcoſtaſi lacte pluit. Fulmine Crotone grex ouium cum cane, et tribus paſtoribus exanimatus. Saturæ uitulus biceps natus, tumultus in urbe fuit, Graccho leges ferente.

Cn. Domitio. G. Fannio Coss.

in foro Veſſano Androgynus natus, in mare delatus eſt. In Gallia tres ſoles, et tres lunæ uiſæ. Vitulus biceps natus. Bubo in Capitolio uiſus, et ex ĩcendio cathena cõſumpta. Sallyes et Allobroges deuicti.

L. Opimio. Quinto Fabio Maximo Coſs.

Rex luporum, limites, qui in agrorum diui
g ſione per. G. Gracchum depoſiti erant, diſ
ſipauit. Ipſe Gracchus in Auētino occiſus.

L. Aurelio. & L. Cæcilio Coſs.

Ndrogynus in agro Romano annorū octo
a inuentus, & in mare deportatus. Virgines
ternouenæ in Vrbe cantarunt.

M. Catone, Quintio Martio Coſs.

Atone Conſule imolante exta tabuerūt, ca-
c put iocineris inuentum non eſt. Lacte pluit.
Terra cum mugitu tremuit. Examen apum
in foro conſedit. Sacrificium ex Sibyllinis.

L. Cæcilio. L. Aurelio Coſs.

Vlmine Romæ et circa, pleraq; tacta. Præ-
f neſte lacte pluit. Haſtæ Martis in regia mo
tæ. Priuerni terra ſeptem iugerū ſpacio in
cauerna deſedit. Saturniæ Androgynus annorū de-
cem inuentus, et mari demerſus. Virgines uigintiſe-
ptem urbem carmine luſtrauerunt. Reliquum anni
in pace fuit.

M. Acilio, Caio Porcio Coſs.

Ompeius Eluius Eques Romanus, a ludis
p Romanis, cum in Apulia reuerteretur in
agro Stellati filia eius uirgo, equo inſidēs,

fulmine icta, exanimataq́; ueſtimento deducto in inguinibus exerta lingua per inferiores locos, ut ignis ad os emicuerit. Reſponſum, infamiã Virginibus, et equeſtri ordini portendi, quia equi ornamenta diſperſa erant. Tres uno tempore uirgines Veſtales nobiliſſimæ cum aliquot equitibus Romanis ínceſti pœnas ſubierunt. ædes Veneri Verticordiæ facta.

C. Cæcilio. Cneo Papyrio Coss.

a Lbanus mons nocte ardere uiſus. Edicula et ſignum de cœlo tacta. Ara Salutis interrupta. Terra in Lucanis et priuernati late hiauit. In Gallia cœlũ ardere uiſum. Cimbri, Theutoniq́; alpes transgreſſi. fœdã ſtragem Romanorũ, ſociorumq́; fecerunt.

P. Scipione Lucio Calpurnio Coss.

m Axima pars urbis exuſta cum æde Matris magnæ. Lacte per triduum pluit, hoſtiisq́; expiatum maioribus. Iugurthinum bellum exortum.

Sergio Galba. M. Scauro Coss.

a Vis incendiaria, et bubo in Vrbẽ uiſæ. In Laotomiis homo ab homine adeſus. Ex Sibyllinis in inſula Cimolia ſacrificatũ per triginta ingenuos patrimos et matrimos, totidẽq́; uirgines multa millia hominũ intumeſcẽte Pado et Stagno Arretino obruta. Bis lacte pluit. Nurſiæ Gemini ex muliere ĩgenua nati, Puella integris omnibus mẽ-

bris, puer a parte priore aluo aperto, ita ut nudum inteſtinum conſpiceretur. Idem poſteriore natura ſolidus natus, qui uoce miſſa, expirauit. Cōtra Iugurtham proſpere dimicatum.

Q. Seruilio Cæpione. Attilio Sarrano Coss.

A *Miterni cum ex ancilla puer naſceretur, aue dixit.*

P. Sarrano. G. Atilio Coss.

I *N agro Peruſino et Romæ locis aliquot, lacte pluit. Inter multa fulmine icta Atellis digiti hominis quatuor tanquam ferro præciſi. Argētum ſignatum afflatu fulminis diffluxit. In agro Trebulano, mulier nupta ciui Romano fulmine icta, nec exanimata. Fremitus cœleſtis auditus et pila cœlo cadere uiſa, ſanguine pluit. Romæ interdiu fax ſublimē uolans cōſpecta. in æde Larum flamma a faſtigio ad ſummum columen penetrauit innoxia. Per Cæpionem Conſulem Senatorum et Equitum iudicia communicata, cætera in pace fuerunt.*

P. Atilio et Cornelio Manilio Coss.

T *Rebulæ Mutuſcæ ante, quā ludi committerentur, canente tibicine angues nigri arā circundederunt, deſinente cantare, dilapſi. Poſtero die exorti, a populo lapidib. enecati, foribus tēpli adapertis, ſimulachrū Martis ligneū capite ſtans inuentum. A Luſitanis exercitus Romanus cæſus.*

Caio Mario · Caio Flacc · Coſſ ·

Vbo extra Vrbem uiſus · bos locutus · Trebu
b læ, Mutuſcæ ſimulachrum in templo, quod
capite adoperto fuit opertum inuentum · Nu
ceriæ ulmus uēto euerſa, ſua ſpōte erecta in radicē cō
ualuit · In Lucanis lacte, Lunæ ſanguine pluit · Ari-
mini canis locutus, arma cœleſtia tempore utroq; ab
ortu, et occaſu uiſa pugnare, et ab occaſu uinci · Aru-
ſpicum reſpōſo, populus ſtipē Cereri, et Proſerpinæ
tulit · Virgines uigintiſeptem dona canentes, tulerūt ·
Luna interdiu cum ſtella ab hora tertia uſq; ad ho-
ram ſeptimā apparuit · A fugitiuis et deſertorib · in
Thurinis regiones uaſtatæ · Cimbri alpes trāſgreſ-
ſi per Hiſpaniā uaſtatam iūxerunt ſe Theutonis · Lu
pus Vrbē ītrauit · Fulminis ictu uultures ſuper tur-
rem exanimati · Hora diei tertia Solis defectus lucem
obſcurauit · Examen apium ante ædem Salutis conſe
dit · In Comitio lacte pluit · In Piceno tres ſoles uiſi ·
In agro Vulſiniēſi flāma è terra orta, cœlumq; uiſa
contingere · In Lucanis duo agni equinis pedibus nati,
alter ſiminino capite · In Tarquiniēſi lactis riui terra
ſaturiēti exorta, aruſpicum reſpōſo ſigna oleaginea
duo armata ſtatuta, ſupplicatumq; · In Macedonia
Thraces ſubacti ·

Caio Mario, Quinto Luctatio Coſſ ·

Ouendiale ſacrū fuit, quod in Tuſcis lapi
n dibus pluerat. Vrbs, aruſpicū iuſſu, luſtra
ta · Hoſtiarum cinis per Decēuiros in mare

M. Claudio, Quito Fabio Labeone Coss.

N area Vulcani per biduum, in area Con-
i cordiæ totidem diebus ſanguinem pluit. In
Sicilia inſula noua maritima. Hannibal in
Bithynia ueneno periit. Celtibēri ſubacti.

L. Aemylio Paulo. Gn. Bebio Tāphilo Coss.

Rocelloſa tempeſtate ſtrages in Vrbe facta,
p ſigna ænea in capitolio deiecit. Signa in cir-
co maximo cum columnis euertit. Faſtigia
templorum aliquot a culmine abrupta diſſipauit.
Mulus tripes Reate natus. Aedes Apollinis Caietæ
fulmine ictæ. In area Vulcani et Cōcordiæ ſanguinē
pluit. Haſtæ Martis motæ. Lanuuii ſimulachrū Iu
nonis ſoſpitæ lachrymauit. Peſtilētiæ Libitina non
ſufficit. Ex Sibyllinis ſupplicatum, cum ſex menſibus
non pluiſſet. Ligures prælio uicti, deletiq;

Quinto Fuluio. C. Manlio Coss.

Imbis continuis; in capitolio ſigna aliquot
n deiecta fulmine. Romæ et circa plurima de-
cuſſa. In lectiſternio Iouis terremotu deorū
capita ſe conuerterunt. Lana cum integumentis, quæ
Ioui erant appoſita, decidit. De menſa oleas mures
præroſerunt.

M. Iunio. Gn. Manlio Coss.

Ncendio circa forū cum plurima eſſent deu
i ſta, Aedes Veneris ſine ullo ueſtigio cre-
mata. Veſtæ

matæ. Veſtæ penetralis ignis extinctus. Vir go iuſſu M. Aemylii Pontificis maximi flagro cæſa negauit Vlterius interitorum ſupplicationibus habitis. In Hiſpania et Hiſtria bella proſpere adminiſtrata.

Caio Claudio. Lucio Petellio Coss.

Vm immolaſſent uictimas cõſules, iecur extabuit. Cornelius ex mõte Albano rediẽs, mẽbris captus, ad aquas Cumanas mortuus. Petellius contra Ligures dimicans, occiſus eſt.

M. Lepido. Q. Mutio Coss.

Raui peſtilentia hominum, boumq; cadauera non ſufficiente, Libitina cũ iacerent, ulterius non apparuit. Celtibẽri deleti.

Q. Aemylio Peto. M. Iulio Coss.

Omæ aliquot loca ſacra, profanaq; cœlo tacta. Anagniæ terra pluit. Lauini fax ardens in cælo uiſa. Calatiæ in agro publico per triduũ et duas noctes ſanguis manauit. Rex Illyrici Gentius, et Macedoniæ Perſes deuicti.

M. Marcello. P. Sulpicio Coss.

N Cãpania multis locis terra pluit. In Præneſtino cruenti ceciderunt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Terracinæ in æde Mineruæ muliẽres tres, quæ operatæ ſedebãt, fulmine exanimatæ. Ad locũ Libitinæ in ſtatua equeſtri Aenea ex ore et pede aqua manauit diu. Galli Ligu

i i

porcus humanis manibus, et pedibus natus, & pueri quadrupedes; et quadrumanes nati. Ad forũ Eſii bouem flamma ex ipſius ore nata non læſit.

P. Scipione Naſi. Gn. Martio Coſs.

Nagniæ cœlum nocte arſit, fulmine, pleraq; decuſſa. Fruſinone bos locutus. Reate mulus tripes natus. Gn. Octauius legatus ĩ Syria per Lyſiam tutorem Antiochi pueri in Gymnaſio occiſus.

L. Lentulo. C. Martio Coſs.

Procelloſa tempeſtate ĩ Capitolio ædes Iouis et circa, quaſſatæ. Pontis maximi tectum cũ colũnis ĩ Tyberim deiectum. In Circo Flãminio porticus ĩter ædẽ Iunonis Reginæ et Fortunæ tacta, et circa, ædificia pleraq; diſſipata. Taurus ad ĩmolationẽ cum duceretur, ob hæc ipſa corruit. Dalmatæ Scordis ſuperati.

L. Opimio. Quinto Poſthumio Coſs.

In prouinciam proficiſcens Poſthumius conſul, cum immolaret in plurimis uictimis, caput in iocinere non inuenit, profectusq; poſt diem ſeptimum æger Romam relatus, expirauit. Conſæ arma in cœlo uolare uiſa, fulmine pleraq; decuſſa. A Gallis et a Luſitanis Romani per arma grauiter uexati.

M·Cla·Marcello, Lucio Valerio Flacco Coſs·

Vrbinis ui in Campo colūna ante ædem Io
t uis decuſſa cum ſigno aurato, Cumq; aru-
ſpices reſpondiſſent magiſtratuum et ſacer-
dotum interitum fore, omnes magiſtratus ſe protinus
abdicauerunt, Quod Ariciæ lapidibus pluerat· ita
ſupplicatio habita, quod Romæ multis locis ſpecies to
garum uiſæ adpropinquantium oculos eludebant·
In Luſitania uarie, in Gallia proſpere pugnatum·

Spurio Poſthumio, Lucio Piſone Coſs·

Aſto incendio Romæ, cum Regia quoq; ure-
u retur ſacrarium, et ex duabus altera lau-
rus ex mediis ignibus inuiolata eſt, et erūt,
Pſeudo Philippus deuictus·

P·Africano et Lælio Coſs·

Miterni puer tribus pedibus, una manu na
a tus·Romæ et circa, fulmine pleraq; icta·Ce
re ſanguinis riui terra fluxerunt· et nocte
cœlum ac terra ardere uiſum·Fruſinone aurum ſa-
crum mures adroſerunt, Lanuuii inter horam ter-
tiam et quintam duo diſcolores circuli ſolem anxe-
runt rubente alter, alter candida linea · Stella arſit
per dies trigintaduos · et cum Carthago obſideretur
in captiuos Romanorum per Haſdrubalem barbaro
more ſæuitum, mox Carthago per Aemylianum
diruta·

Appio Claudio P. Metello Coſs.

Miterni puer tribus pedibus natus. Cauræ ſanguinis riui e terra fluxerunt. Cũ a Salaſſis illata clades eſſet Romanis, Decemuiri pronuntiauerunt ſe inueniſſe in Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere.

Lucio Metello, Quinto Fab. Maximo Coſs.

Fames et peſtilentia cum eſſent, per decemuiros ſupplicatũ. Lunæ Androgynus natus, præcepto aruſpicum in mare deportatus. Tanta fuit Lunenſibus peſtilẽtia, ut iacentibus in publicum paſſim cadaueribus, qui funerarẽt, defuerit. In Macedonia exercitus Romanus prælio uexatus. aduerſus Viriatum dubie dimicauit.

Gn. Cæpione, Caio Lælio Coſs.

Præneſte et in Cephalenia ſigna de cœlo cecidiſſe uiſa. Mons Etna ignibus abundauit, prodigium maioribus hoſtiis quadraginta expiatum, Annus pacatus fuit, Viriato uicto.

M. Aemylio, Caio Hoſtilio Manano Coſs.

Cum Lanuuii auſpicarentur, pulli e cauea in ſyluam Laurentinam euolarunt, neq; inuenti ſunt. Præneſte fax ardens in cœlo uiſa, ſereno intonuit. Terracinæ M. Claudius prætor in naue fulmine cõflagrauit. Lacus Fucinus per mil-

lia paſſuum quiq; quoq; uerſum inũdauit. In Græcoſtaſi et comitio ſanguine fluxit. Exquiliis equuleus cum quinq; pedibus natus. fulmine pleraq; decuſſa. Hoſtilius Mancinus conſul, in portu Herculis cum conſcenderet nauem petens Numantiã, uox improuiſo audita, mane Mancine. Cũq; egreſſus, Poſtea nauẽ Genuæ conſcendiſſet, anguis in naui inuentus, e manibus effugit, ipſe conſul deuictus, mox Numantinis deditus.

L. Furio, Attilio Sarrano Coss.

r Hegium penè totum incendio conſumptum, ſine ullo humanæ fraudis, aut negligentiæ ueſtigio. Puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, et duplici obſcœno natus. Puteolis in aquis calidis riui manarunt ſanguine. fulmine pleraq; deiecta, puer aruſpicum iuſſu crematus, cinisq; eius in mare deiectus. Ab Achæis exercitus Romanus cæſus.

Seruio Flacco, Quinto Calpurnio Coss.

m Ons Aetna maioribus ſolito arſit ignibus. Romæ puer ſolidus, poſteriore naturæ parte genitus. Bononiæ fruges in arboribus natæ. Bubonis uox primũ in capitolio, dein circa Vrbẽ audita. Quæ auis præmio poſito ab aucupe capta, cõbuſtaq;, cinis eius ĩ Tyberim diſperſus. Bos locutus. In Numantia res male geſtæ. Exercitus Romanus oppreſſus.

P. Africano. C. Fuluio Coſſ.

IN Amiterno Sol noctu uiſus, eiusq́; lux ali quandiu fuit uiſa. Bos locutus et nutritus publice. ſanguine pluit. Anagniæ ſeruo tunica arſit, et intermortuo igne, nullum flammæ apparuit ueſtigium. In Capitolio nocte auis gemitus ſimileis hominis dedit. In æde Iunonis Reginæ ſcutũ Liguſticum fulmine tactum. Fugitiuorum bellũ in Sicilia exortum. coniuratione ſeruorum Italia oppreſſa. Tiberius Gracchus legibus ferendis occiſus. Proditũ eſt memoria Tiberium Gracchum, quo die periit, triſtia neglexiſſe omina, cum domi et in capitolio ſacrificanti dira portenderentur, domoq́; exiens ſiniſtro ad limen offenſo pede decuſſerit Pollicem, et corui fragmentum tegulæ ante pedes eius proiecerunt ex ſtilicidio. In lacu Romano lacte riui manarunt. Lunæ terra quatuor iugerũ ſpatio in profundũ abiit, et mox de cauerna lacũ reddidit. Ardeæ terra pluit. Minturnis lupus uigilem laniauit, et inter tumultum effugit. Romæ bubo, et alia auis ignota uiſa. In æde Iunonis Reginæ clauſis per biduum ualuis infantis uox audita. Scuta nouo ſanguine maculata. Puella quadrupes nata. In agro Ferentino Androgynus natus, et in flumen deiectus. Virgines ter nouenæ canẽtes, Vrbem luſtrauerunt. In Italia multa millia ſeruorum, quæ cõiurauerant ægre comprehenſa et ſupplicio conſumpta. In Sicilia fugitiui Romanos exercitus necauerunt. Numantia diruta.

lia paſſuum quiq; quoq; uerſum inũdauit· In Græcoſtaſi et comitio ſanguine fluxit· Exquilijs equuleus cum quinq; pedibus natus· fulmine pleraq; decuſſa· Hoſtilius Mancinus conſul, in portu Herculis cum conſcenderet nauem petens Numantiã, uox improuiſo audita, mane Mancine· Cũq; egreſſus, Poſtea nauẽ Genuæ conſcendiſſet, anguis in naui inuentus, e manibus effugit, ipſe conſul deuictus, mox Numantinis deditus·

L·Furio, Attilio Sarrano Coss·

r Hegium penè totum incendio conſumptum, ſine ullo humanæ fraudis, aut negligentiæ ueſtigio· Puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, et duplici obſcœno natus· Puteolis in aquis calidis riui manarunt ſanguine· fulmine pleraq; deiecta, puer aruſpicum iuſſu crematus, cinisq; eius in mare deiectus· Ab Achæis exercitus Romanus cæſus·

Seruio Flacco, Quinto Calpurnio Coss·

m Ons Aetna maioribus ſolito arſit ignibus· Romæ puer ſolidus, poſteriore naturæ parte genitus· Bononiæ fruges in arboribus natæ· Bubonis uox primũ in capitolio, dein circa Vrbẽ audita· Quæ auis præmio poſito ab aucupe capta, cõbuſtaq;, cinis eius ĩ Tyberim diſperſus· Bos locutus· In Numantia res male geſtæ· Exercitus Romanus oppreſſus·

P. Africano · C. Fuluio Coſſ.

IN Amiterno Sol noctu uiſus, eiusq; lux ali quandiu fuit uiſa. Bos locutus et nutritus publice. ſanguine pluit. Anagniæ ſeruo tunica arſit, et intermortuo igne, nullum flammæ apparuit ueſtigium. In Capitolio nocte auis gemitus ſimiles hominis dedit. In æde Iunonis Reginæ ſcutũ Liguſticum fulmine tactum. Fugitiuorum bellũ in Sicilia exortum. coniuratione ſeruorum Italia oppreſſa. Tiberius Gracchus legibus ferendis occiſus. Proditũ eſt memoria Tiberium Gracchum, quo die periit, triſtia neglexiſſe omina, cum domi et in capitolio ſacrificanti dira portenderentur, domoq; exiens ſiniſtro ad limen offenſo pede decuſſerit Pollicem, et corui fragmentum tegulæ ante pedes eius proiecerunt ex ſtilicidio. In lacu Romano lacte riui manarunt. Lunæ terra quatuor iugerũ ſpatio in profundũ abiit, et mox de cauerna lacũ reddidit. Ardeæ terra pluit. Minturnis lupus uigilem laniauit, et inter tumultum effugit. Romæ bubo, et alia auis ignota uiſa. In æde Iunonis Reginæ clauſis per biduum ualuis infantis uox audita. Scuta nouo ſanguine maculata. Puella quadrupes nata. In agro Ferentino Androgynus natus, et in flumen deiectus. Virgines ter nouenæ canẽtes, Vrbem luſtrauerunt. In Italia multa millia ſeruorum, quæ cõiurauerant ægre comprehenſa et ſupplicio conſumpta. In Sicilia fugitiui Romanos exercitus necauerunt. Numantia diruta.

Appio Claudio. M. Perpenna Coss.

Eate mulus cum quinq; pedibus natus. Romæ in agro Cortuſi lacte pluit. Lupus & canis Hoſtiæ pugnãtes fulmine exanimati. Grex ouium in Apulia prætor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinæ ſereno nauis uelum fulmine exanimatũ in aqua deiectum, et impẽſas omnes, quæ ibi erant ignis abſumpſit. Publius Craſſus aduerſus Ariſtonicũ dimicans, occiſus. Apollinis ſimulachrum lachrymauit per quatriduum. Vates portenderunt Græciæ fore exitium, unde deductum eſſet. ſacrificatũ tum a Romanis, donaq; in templo poſita. Phrygia recepta. Aſia Attali teſtamento legata Romanis, Antiocho regi Syriæ ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commiſit, et a Parthis occiſus eſt. M. Fuluii Flacci triumuiri diſſenſione in legibus ferendis angues duo nigri in cella Mineruæ allapſi, ciuilem cædem portenderunt.

M. Aemylio, Lucio Aurelio Coss.

Octurna tempeſtate in capitolio aliquot tẽpla concuſſa ſunt. Romæ & circa, fulmine pleraq; deiecta ſunt. Aetna mons terremotu ignes ſuper uerticẽ late diffudit, et ad inſulam Lipatas mare efferbuit, et quibuſdã aduſtis nauibus napore pleroſq; nauales exanimauit. Piſciũ uim magnam exanimẽ diſperſit, quos Liparẽſes auidius epu

lis appetentes contaminatione uentris conſumpti, ita ut noua peſtilentia naſcerentur in inſulæ. Quod prodigium Aruſpicum reſponſo, ſeditionē, quæ poſt tempora patuit, portendit.

P. Plautio. M. Fuluio Coſſ.

i*N arboribus fruges natæ ſunt. Oleo & lacte in Veiēte pluit. Bubo i Capitolio uiſus. Arcus lapideus ībert triduo apparuit. Locuſtarum ingenti agmine in Africa, quæ a uento in mare deiectæ, fluctibusq; eiectæ, odore intolerabili Cyrenis mortifero uapore grauē peſtilentiā fecerunt pecori hominūq;. Dccc. millia conſumpta tabe proditum eſt. Fregellæ, quæ aduerſus Romanos cōiurauerunt, dirutæ. Ligures Sallyes trucidati.*

Caio Caſſio Longino. Caio Sextilio Coſſ.

i*N Græcoſtaſi lacte pluit. Fulmine Crotone grex ouium cum cane, et tribus paſtoribus exanimatus. Saturæ uitulus biceps natus, tumultus in urbe fuit, Graccho leges ferente.*

Cn. Domitio. G. Fannio Coſſ.

i*N foro Veſſano Androgynus natus, in mare delatus eſt. In Gallia tres ſoles, et tres lunæ uiſæ. Vitulus biceps natus. Bubo in Capitolio uiſus, et ex icendio cathena cōſumpta. Sallyes et Allobroges deuicti.*

L. Opimio. Quinto Fabio Maximo Coss.

Rex luporum, limites, qui in agrorum diuiſione per. G. Gracchum depoſiti erant, diſſipauit. Ipſe Gracchus in Auētino occiſus.

L. Aurelio. & L. Cæcilio Coss.

Ndrogynus in agro Romano annorū octo inuentus, & in mare deportatus. Virgines ternouenæ in Vrbe cantarunt.

M. Catone, Quintio Martio Coss.

Atone Conſule imolante exta tabuerūt, caput iocineris inuentum non eſt. Lacte pluit. Terra cum mugitu tremuit. Examen apum in foro conſedit. Sacrificium ex Sibyllinis.

L. Cæcilio. L. Aurelio Coss.

Vlmine Romæ et circa, pleraq; tacta. Præneſte lacte pluit. Haſtæ Martis in regia motæ. Priuerni terra ſeptem iugerū ſpacio in cauerna deſedit. Saturniæ Androgynus annorū decem inuentus, et mari demerſus. Virgines uigintiſeptem urbem carmine luſtrauerunt. Reliquum anni in pace fuit.

M. Acilio, Caio Porcio Coss.

Ompeius Eluius Eques Romanus, a ludis Romanis, cum in Apulia reuerteretur in agro Stellati filia eius uirgo, equo inſidēs,

fulmine icta, exanimataq; ueſtimento deducto in inguinibus exerta lingua per inferiores locos, ut ignis ad os emicuerit. Reſponſum, infamiã Virginibus, et equeſtri ordini portendi, quia equi ornamenta diſperſa erant. Tres uno tempore uirgines Veſtales nobiliſſimæ cum aliquot equitibus Romanis inceſti pœnas ſubierunt. ædes Veneri Verticordiæ facta.

C. Cæcilio. Cneo Papyrio Coss.

Lbanus mons nocte ardere uiſus. Edicula et ſignum de cœlo tacta. Ara Salutis interrupta. Terra in Lucanis et priuernati late hiauit. In Gallia cœlũ ardere uiſum. Cimbri, Theutoniq; alpes tranſgreſſi. fœdã ſtragem Romanorũ, ſociorumq; fecerunt.

P. Scipione Lucio Calpurnio Coss.

Axima pars urbis exuſta cum æde Matris magnæ. Lacte per triduum pluit, hoſtiisq; expiatum maioribus. Iugurthinum bellum exortum.

Sergio Galba. M. Scauro Coss.

Vis incendiaria, et bubo in Vrbẽ uiſæ. In Laotomiis homo ab homine adeſus. Ex Sibyllinis in inſula Cimolia ſacrificatũ per triginta ingenuos patrimos et matrimos, totidẽq; uirgines multa millia hominũ intumeſcẽte Pado et Stagno Arretino obruta. Bis lacte pluit. Nurſiæ Gemini ex muliere igenua nati, Puella integris omnibus mẽ-

bris, puer a parte priore aluo aperto, ita ut nudum inteſtinum conſpiceretur. Idem poſteriore natura ſolidus natus, qui uoce miſſa, expirauit. Cōtra Iugurtham proſpere dimicatum.

Q. Seruilio Cæpione. Attilio Sarrano Coss.

a Miterni cum ex ancilla puer naſceretur, aue dixit.

P. Sarrano. G. Atilio Coss.

i N agro Peruſino et Romæ locis aliquot, lacte pluit. Inter multa fulmine icta Atellis digiti hominis quatuor tanquam ferro præciſi. Argētum ſignatum afflatu fulminis diffluxit. In agro Trebulano, mulier nupta ciui Romano fulmine icta, nec exanimata. Fremitus cœleſtis auditus et pila cœlo cadere uiſa, ſanguine pluit. Romæ interdiu fax ſublime uolans cōſpecta. in æde Larum flamma a faſtigio ad ſummum columen penetrauit innoxia. Per Cæpionem Conſulem Senatorum et Equitum iudicia communicata, cætera in pace fuerunt.

P. Atilio et Cornelio Manilio Coss.

t Rebulæ Mutuſcæ ante, quā ludi committerentur, canente tibicine angues nigri arā circundederunt, deſinente cantare, dilapſi. Poſtero die exorti, a populo lapidib. enecati, foribus tēpli adapertis, ſimulachrū Martis ligneū capite ſtans inuentum. A Luſitanis exercitus Romanus cæſus.

Caio Mario· Caio Flacc· Coſs·

b Vbo extra Vrbem uiſus ·bos locutæ· Trebulæ, Mutuſcæ ſimulachrum in templo, quod capite adoperto fuit opertum inuentum· Nuceriæ ulmus uẽto euerſa, ſua ſpõte erecta in radicẽ cõualuit· In Lucanis lacte, Lunæ ſanguine pluit· Arimini canis locutus, arma cœleſtia tempore utroq; ab ortu, et occaſu uiſa pugnare, et ab occaſu uinci· Aruſpicum reſpõſo, populus ſtipẽ Cereri, et Proſerpinæ tulit· Virgines uigintiſeptem dona canentes, tulerũt· Luna interdiu cum ſtella ab hora tertia uſq; ad horam ſeptimã apparuit· A fugitiuis et deſertorib· in Thurinis regiones uaſtatæ· Cimbri alpes trãſgreſſi per Hiſpaniã uaſtatam iũxerunt ſe Theutonis· Lupus Vrbẽ ĩtrauit· Fulminis ictu uultures ſuper turrem exanimati· Hora diei tertia Solis defectus lucem obſcurauit· Examen apium ante ædem Salutis conſedit· In Comitio lacte pluit· In Piceno tres ſoles uiſi· In agro Vulſiniẽſi flãma è terra orta, cœlumq; uiſa contingere· In Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter ſiminino capite· In Tarquiniẽſi lactis riui terra ſaturiẽti exortæ, aruſpicum reſpõſo ſigna oleaginea duo armata ſtatuta, ſupplicatumq; · In Macedonia Thraces ſubacti·

Caio Mario, Quinto Luctatio Coſs·

n Ouendiale ſacrũ fuit, quod in Tuſcis lapidibus pluerat. Vrbs, aruſpicũ iuſſu, luſtrata· Hoſtiarum cinis per Decẽuiros in mare

M. Claudio, Quinto Fabio Labeone Coſs.

i N area Vulcani per biduum, in area Concordiæ totidem diebus ſanguinem pluit. In Sicilia inſula noua maritima. Hannibal in Bithynia ueneno periit. Celtiberi ſubacti.

L. Aemylio Paulo. Gn. Bebio Tāphilo Coſs.

p Rocelloſa tempeſtate ſtrages in Vrbe facta, ſigna ænea in capitolio deiecit. Signa in circo maximo cum columnis euertit. Faſtigia templorum aliquot a culmine abrupta diſſipauit. Mulus tripes Reate natus. Aedes Apollinis Caietæ fulmine ictæ. In area Vulcani et Cōcordiæ ſanguinē pluit. Haſtæ Martis motæ. Lanuuii ſimulachrū Iunonis ſoſpitæ lachrymauit. Peſtilētiæ Libitina non ſufficit. Ex Sibyllinis ſupplicatum, cum ſex menſibus non pluiſſet. Ligures prælio uicti, deletiq;

Quinto Fuluio. C. Manlio Coſs.

n Imbis continuis, in capitolio ſigna aliquot deiecta fulmine. Romæ et circa plurima decuſſa. In lectiſternio Iouis terremotu deorū capita ſe conuerterunt. Lana cum integumentis, quæ Ioui erant appoſita, decidit. De menſa oleas mures prærroſerunt.

M. Iunio. Gn. Manlio Coſs.

i Ncendio circa forū cum plurima eſſent deuſta, Aedes Veneris ſine ullo ueſtigio cremata. Veſtæ

mata. Veſtæ penetralis ignis extinctus. Vir go iuſſu M. Aemylii Pontificis maximi flagro cæſa neguuit Vlterius interitorum ſupplicationibus habitis. In Hiſpania et Hiſtria bella proſpere adminiſtrata.

Caio Claudio. Lucio Petellio Coss.

c *Vm immolaſſent uictimas cõſules, iecur extabuit. Cornelius ex mõte Albano rediẽs, mẽbris captus, ad aquas Cumanas mortuus. Petellius contra Ligures dimicans, occiſus eſt.*

M. Lepido. Q. Mutio Coss.

g *Raui peſtilentia hominum, boumq; cadauera non ſufficiente, Libitina cũ iacerent, ulterius non apparuit. Celtiberi deleti.*

Q. Aemylio Peto. M. Iulio Coss.

r *Omæ aliquot loca ſacra, profanaq; cælo tacta. Anagniæ terra pluit. Lauini fax ardens in cælo uiſa. Calatiæ in agro publico per triduũ et duas noctes ſanguis manauit. Rex Illyrici Gentius, et Macedoniæ Perſes deuicti.*

M. Marcello. P. Sulpicio Coss.

i *N Cãpania multis locis terra pluit. In Præneſtino cruenti ciciderunt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Terracinæ in æde Mineruæ mulieres tres, quæ operatæ ſedebãt, fulmine exanimatæ. Ad locũ Libitinæ in ſtatua equeſtri Aenea ex ore et pede aqua manauit diu. Galli Ligu*

porcus humanis manibus et pedibus natus, & pueri quadrupedes, et quadrumanes nati. Ad forũ Eſii bouem flamma ex ipſius ore nata non læſit.

P. Scipione Naſi. Gn. Martio Coss.

Nagniæ cœlum nocte arſit, fulmine, pleraq; decuſſa. Fruſinone bos locutus. Reate mulus tripes natus. Gn. Octauius legatus ĩ Syria per Lyſiam tutorem. Antiochi pueri in Gymnaſio occiſus.

L. Lentulo. C. Martio Coss.

Procelloſa tempeſtate ĩ Capitolio ædes Iouis et circa, quaſſata. Pontis maximi tectum cũ colũnis ĩ Tyberim deiectum. In Circo Flãminio porticus ĩter ædẽ Iunonis Reginæ et Fortunæ tacta, et circa, ædificia pleraq; diſſipata. Taurus ad ĩmolationẽ cum duceretur, ob hæc ipſa corruit. Dalmatæ Scordis ſuperati.

L. Opimio. Quinto Poſthumio Coss.

In prouinciam proficiſcens Poſthumius conſul, cum immolaret in plurimis uictimis, caput in iocinere non inuenit, profectusq; poſt diem ſeptimum æger Romam relatus, expirauit. Conſæ arma in cœlo uolare uiſa, fulmine pleraq; decuſſa. A Gallis et a Luſitanis Romani per arma grauiter uexati.

M·Cla·Marcello, Lucio Valerio Flacco Coſſ·

Vrbinis ui in Campo colũna ante ædem Iouis decuſſa cum ſigno aurato, Cumq; aruſpices reſpondiſſent magiſtratuum et ſacerdotum interitum fore, omnes magiſtratus ſe protinus abdicauerunt, Quod Ariciæ lapidibus pluerat· ita ſupplicatio habita, quod Romæ multis locis ſpecies togarum uiſæ adpropinquantium oculos eludebant· In Luſitania uarie, in Gallia proſpere pugnatum·

Spurio Poſthumio, Lucio Piſone Coſſ·

Aſto incendio Romæ, cum Regia quoq; ureretur ſacrarium, et ex duabus altera laurus ex mediis ignibus inuiolata eſt, et erũt, Pſeudo Philippus deuictus·

P· Africano et Lælio Coſſ·

Miterni puer tribus pedibus, una manu natus· Romæ et circa, fulmine pleraq; icta· Cere ſanguinis riui terra fluxerunt· et nocte cœlum ac terra ardere uiſum· Fruſinone aurũm ſacrum mures adroſerunt, Lanuuii inter horam tertiam et quintam duo diſcolores circuli ſolem anxerunt rubente alter, alter candida linea· Stella arſit per dies trigintaduos · et cum Carthago obſideretur in captiuos Romanorum per Haſdrubalem barbaro more ſæuitum, mox Carthago per Aemylianum diruta·

Appio Claudio P. Metello Coſs.

Miterni puer tribus pedibus natus. Cauræ ſanguinis riui e terra fluxerunt. Cũ a Salaſſis illata clades eſſet Romanis, Decemuiri pronuntiauerunt ſe inueniſſe in Sibyllinis, quoties bellum Galli illaturi eſſent, ſacrificari in eorum finibus oportere.

Lucio Metello, Quinto Fab. Maximo Coſs.

Ames et peſtilentia cum eſſent, per decemuiros ſupplicatũ. Lunæ Androgynus natus, præcepto aruſpicum in mare deportatus. Tanta fuit Lunenſibus peſtilẽtia, ut iacentibus in publicum paſſim cadaueribus, qui funerarẽt, defuerit. In Macedonia exercitus Romanus prælio uexatus. aduerſus Viriatum dubie dimicauit.

Gn. Cæpione, Caio Lælio Coſs.

Ræneſte et in Cephalenia ſigna de cælo cecidiſſe uiſa. Mons Etna ignibus abundauit, prodigium maioribus hoſtiis quadraginta expiatum, Annus pacatus fuit, Viriato uicto.

M. Aemylio, Caio Hoſtilio Manano Coſs.

Vm Lanuuii auſpicarentur, pulli e cauea in ſyluam Laurentinam euolarunt, neq; inuenti ſunt. Præneſte fax ardens in cælo uiſa, ſereno intonuit. Terracinæ M. Claudius prætor in naue fulmine cõflagrauit. Lacus Fucinus per mil-

lia paſſuum quiq; quoq; uerſum inũdauit. In Græcoſtaſi et comitio ſanguine fluxit. Exquiliis equuleus cum quinq; pedibus natus. fulmine pleraq; decuſſa. Hoſtilius Mancinus conſul, in portu Herculis cum conſcenderet nauem petens Numantiã, uox improuiſo audita, mane Mancine. Cũq; egreſſus, Poſte a nauẽ Genuæ conſcendiſſet, anguis in naui inuentus, e manibus effugit, ipſe conſul deuictus, mox Numantinis deditus.

L. Furio, Attilio Sarrano Coss.

Hegium penè totum incendio conſumptum, ſine ullo humanæ fraudis, aut negligentiæ ueſtigio. Puer ex ancilla quatuor pedibus, manibus, oculis, auribus, et duplici obſcœno natus. Puteolis in aquis calidis riui manarunt ſanguine. fulmine pleraq; deiecta, puer aruſpicum iuſſu crematus, cinisq; eius in mare deiectus. Ab Achæis exercitus Romanus cæſus.

Seruio Flacco, Quinto Calpurnio Coss.

Ons Aetna maioribus ſolito arſit ignibus. Romæ puer ſolidus, poſteriore naturæ parte genitus. Bononiæ fruges in arboribus natæ. Bubonis uox primũ in capitolio, dein circa Vrbẽ audita. Quæ auis præmio poſito ab aucupe capta, cõbuſtaq;, cinis eius ĩ Tyberim diſperſus. Bos locutus. In Numantia res male geſtæ. Exercitus Romanus oppreſſus.

P. Africano. C. Fulvio Coſſ.

IN Amiterno Sol noctu uiſus, eiusq́; lux aliquandiu fuit uiſa. Bos locutus et nutritus publice. ſanguine pluit. Anagniæ ſeruo tunica arſit, et intermortuo igne, nullum flammæ apparuit ueſtigium. In Capitolio nocte auis gemitus ſimilers hominis dedit. In æde Iunonis Reginæ ſcutũ Liguſticum fulmine tactum. Fugitiuorum bellũ in Sicilia exortum. coniuratione ſeruorum Italia oppreſſa. Tiberius Gracchus legibus ferendis occiſus. Proditũ eſt memoria Tiberium Gracchum, quo die periit, triſtia neglexiſſe omina, cum domi et in capitolio ſacrificanti dira portenderentur, domoq́; exiens ſiniſtro ad limen offenſo pede decuſſerit Pollicem, et corui fragmentum tegulæ ante pedes eius proiecerunt ex ſtilicidio. In lacu Romano lacte riui manarunt. Lunæ terra quatuor iugerũ ſpatio in profundũ abiit, et mox de cauerna lacũ reddidit. Ardeæ terra pluit. Minturnis lupus uigilem laniauit, et inter tumultum effugit. Romæ bubo, et alia auis ignota uiſa. In æde Iunonis Reginæ clauſis per biduum ualuis infantis uox audita. Scuta nouo ſanguine maculata. Puella quadrupes nata. In agro Ferentino Androgynus natus, et in flumen deiectus. Virgines ter nouenæ canẽtes, Vrbem luſtrauerunt. In Italia multa millia ſeruorum, quæ cõiurauerant ægre comprehenſa et ſupplicio conſumpta. In Sicilia fugitiui Romanos exercitus necauerunt. Numantia diruta.

Appio Claudio. M. Perpenna Coſs.

r Eate mulus cum quinq; pedibus natus. Romæ in agro Cortaſi lacte pluit. Lupus & canis Hoſtiæ pugnãtes fulmine exanimati. Grex ouium in Apulia prætor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Terracinæ ſereno nauis uelum fulmine exanimatũ in aqua deiectum, et impẽſas omnes, quæ ibi erant ignis abſumpſit. Publius Craſſus aduerſus Ariſtonicũ dimicans, occiſus. Apollinis ſimulachrum lachrymauit per quatriduum. Vates portenderunt Græciæ fore exitium, unde deductum eſſet. ſacrificatũ tum a Romanis, donaq; in templo poſita. Phrygia recepta. Aſia Attali teſtamento legata Romanis, Antiocho regi Syriæ ingenti exercitu dimicanti, hirundines in tabernaculo nidum fecerunt, quo prodigio neglecto prælium commiſit, et a Parthis occiſus eſt. M. Fuluii Flacci triumuiri diſſenſione in legibus ferendis angues duo nigri in cella Mineruæ allapſi, ciuilem cædem portenderunt.

M. Aemylio, Lucio Aurelio Coſs.

n Octurna tempeſtate in capitolio aliquot tẽpla concuſſa ſunt. Romæ & circa, fulmine pleraq; deiecta ſunt. Aetna mons terremotu ignes ſuper uerticẽ late diffudit, et ad inſulam Liparas mare efferbuit, et quibuſdã aduſtis nauibus uapore pleroſq; nauales exanimauit. Piſciũ uim magnam exanimẽ diſperſit, quos Liparẽſes auidius epu

lis appetentes contaminatione uentris conſumpti, ita ut noua peſtilentia naſcerentur in inſulæ. Quod prodigium Aruſpicum reſponſo, ſeditionē, quæ poſt tempora patuit, portendit.

P. Plautio. M. Fuluio Coſs.

iN arboribus fruges natæ ſunt. Oleo & lacte in Veiēte pluit. Bubo ĩ Capitolio uiſus. Arpis lapideus ĩber triduo apparuit. Locuſtarum ingenti agmine in Africa, quæ a uento in mare deiectæ, fluctibus'q; eiectæ, odore intolerabili Cyrenis mortifero uapore grauē peſtilentiā fecerunt pecori hominū'q; Dccc. millia conſumpta tabe prodi tum eſt. Fregellæ, quæ aduerſus Romanos cōiurauerunt, dirutæ. Ligures Sallyes trucidati.

Caio Caſſio Longino. Caio Sextilio Coſs.

iN Græcoſtaſi lacte pluit. Fulmine Crotone grex ouium cum cane, et tribus paſtoribus exanimatus. Saturæ uitulus biceps natus, tumultus in urbe fuit, Graccho leges ferente.

Cn. Domitio. C. Fannio Coſs.

iN foro Veſſano Androgynus natus, in mare delatus eſt. In Gallia tres ſoles, et tres lunæ uiſæ. Vitulus biceps natus. Bubo in Capitolio uiſus, et ex ĩcendio cathena cōſumpta. Sallyes et Allobroges deuicti.

L. Opimio. Quinto Fabio Maximo Coss.

Rex luporum, limites, qui in agrorum diui
g ſione per. G. Gracchum depoſiti erant, diſ
ſipauit. Ipſe Gracchus in Auětino occiſus.

L. Aurelio. & L. Cæcilio Coss.

Ndrogynus in agro Romano annorũ octo
a inuentus, & in mare deportatus. Virgines
ternouenæ in Vrbe cantarunt.

M. Catone, Quintio Martio Coss.

Atone Conſule imolante exta tabuerũt, ca-
c put iocineris inuentum non eſt. Lacte pluit.
Terra cum mugitu tremuit. Examen apum
in foro conſedit. Sacrificium ex Sibyllinis.

L. Cæcilio. L. Aurelio Coss.

Vlmine Romæ et circa, pleraq; tacta. Præ-
f neſte lacte pluit. Haſtæ Martis in regia mo
tæ. Priuerni terra ſeptem iugerũ ſpacio in
cauerna deſedit. Saturniæ Androgynus annorũ de-
cem inuentus, et mari demerſus. Virgines uiginti ſe-
ptem urbem carmine luſtrauerunt. Reliquum anni
in pace fuit.

M. Acilio, Caio Porcio Coss.

Ompeius Eluius Eques Romanus, a ludis
p Romanis, cum in Apulia reuerteretur in
agro Stellati filia eius uirgo, equo inſidẽs,

fulmine icta, exanimataq́; ueſtimento deducto in inguinibus exerta lingua per inferiores locos, ut ignis ad os emicuerit. Reſponſum, infamiā Virginibus, et equeſtri ordini portendi, quia equi ornamenta diſperſa erant. Tres uno tempore uirgines Veſtales nobiliſſimæ cum aliquot equitibus Romanis iceſti pœnas ſubierunt. ædes Veneri Verticordiæ facta.

C. Cælio. Cneo Papyrio Coss.

Lbanus mons nocte ardere uiſus. Edicula et ſignum de cœlo tacta. Ara Salutis interrupta. Terra in Lucanis et priuernati late hiauit. In Gallia cœlū ardere uiſum. Cimbri, Theutoniq́; alpes tranſgreſſi. fœdā ſtragem Romanorū, ſociorumq́; fecerunt.

P. Scipione Lucio Calpurnio Coss.

Axima pars urbis exuſta cum æde Matris magnæ. Lacte per triduum pluit, hoſtiisq́; expiatum maioribus. Iugurthinum bellum exortum.

Sergio Galba. M. Scauro Coss.

Vis incendiaria, et bubo in Vrbē uiſæ. In Laotomiis homo ab homine adeſus. Ex Sibyllinis in inſula Cimolia ſacrificatū per triginta ingenuos patrimos et matrimos, totidē q́; uirgines multa millia hominū intumeſcēte Pado et Stagno Arretino obruta. Bis lacte pluit. Nurſiæ Gemini ex muliere igenua nati, Puella integris omnibus mē-

Caio Mario· Caio Flacc· Coſs·

Vbo extra Vrbem uiſus ·bos locuta·Trebu
b læ, Mutuſcæ ſimulachrum in templo, quod capite adoperto fuit opertum inuentum· Nuceriæ ulmus uẽto euerſa, ſua ſpõte erecta in radicẽ cõualuit· In Lucanis lacte, Lunæ ſanguine pluit· Arimini canis locutus, arma cœleſtia tempore utroq; ab ortu, et occaſu uiſa pugnare, et ab occaſu uinci· Aruſpicum reſpõſo, populus ſtipẽ Cereri, et Proſerpinæ tulit· Virgines uigintiſeptem dona canentes, tulerũt· Luna interdiu cum ſtella ab hora tertia uſq; ad horam ſeptimã apparuit· A fugitiuis et deſertorib· in Thurinis regiones uaſtatæ· Cimbri alpes trãſgreſſi per Hiſpaniã uaſtatam iũxerunt ſe Theutonis· Lupus Vrbẽ ĩtrauit· Fulminis ictu uultures ſuper turrem exanimati· Hora diei tertia Solis defectus lucem obſcurauit· Examen apium ante ædem Salutis conſedit· In Comitio lacte pluit· In Piceno tres ſoles uiſi· In agro Vulſiniẽſi flãma è terra orta, cœlumq; uiſa contingere· In Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter ſiminino capite· In Tarquiniẽſi lactis riui terra ſaturiẽti exorta, aruſpicum reſpõſo ſigna oleaginea duo armata ſtatuta, ſupplicatumq; · In Macedonia Thraces ſubacti·

Caio Mario, Quinto Luctatio Coſs·

Ouendiale ſacrũ fuit, quod in Tuſcis lapi
n dibus pluerat. Vrbs, aruſpicũ iuſſu, luſtrata· Hoſtiarum cinis per Decẽuiros in mare

diſperſus, et per dies nouem circa omnia templa per magiſtratus et municipia pompa ducta ſupplicatũ. Haſtæ Martis in regia ſua ſponte motæ. Sanguine circa amnem Aniẽnem pluit. Examen apium in foro Boario, in ſacello cõſedit. In Gallia, in caſtris lux nocte fulſit. Puer ingenuus Ariciæ flamma comprehenſus nec ambuſtus. Aedes Iouis clauſa fulmine icta, cuius expiationem, quia prius monſtrauerat Aemylius Potenſis aruſpex præmium tulit, cæteris cælantibus, quod ipſis, liberiſq; exitiũ portẽderetur. Piratæ i Sicilia a Romanis deleti. Theutoni a Mario trucidati. Ancylia cũ crepitu ſua ſpõte mota, ſeruuſq; Seruilii Cœpionis matris Ideæ ſe præcidit, et trans mare exportatus ne unquã Romæ reuerteretur. Vrbs luſtrata, capra cornib. ardẽtibus per Vrbẽ ducta, porta Neuia emiſſa, relictaq;. In Auẽtino luto pluit. Luſitanis deuictis, Hiſpania ulterior pacata. Cĩbri deleti.

Caio Mario. Lucio Valerio Coss.

f Ax ardens Tarquiis late uiſa, ſubito lapſu cadens. Sub occaſu Solis, orbis Clypei ſimilis ab occidente ad oriẽtem uiſus præferri. In Piceno, terremotu domicilia ruinis proſtrata, quædam conuulſa ſede ſua inclinata manſerunt. Fremitus armorum ex inferno auditus. Quadrigæ auratæ i foro a pedib. ſudauerũt. Fugitiui i Sicilia præliis trucidati.

M. Antonio. A. Poſthumio Coss.

b Vbone in Vrbe uiſo, Vrbs luſtrata, nimbis et procella plurima diſſipata. fulmine ple-

raq; tacta· Lanuuii in æde Iunonis ſoſpitæ in cubiculo Deæ ſanguinis guttæ uiſæ· Nurſiæ ædes Sacra, terremotu diſiecta· Luſitani rebellãtes ſubacti· Sextius tribunus plebis de agris diuidendis populo, cum repugnantibus collegis pertinaciter legem ferret, corui duo numero in alto uolantes, ita pugnauerunt ſupra concionem, ut roſtris, unguibusq; lacerarentur· Aruſpices ſacra Apollinis litanda, et de lege quæ ferebatur ſuperſedendum, pronũtiarunt· Fremitus ab inferno ad cœlum ferri uiſus, inopiam, famemq; portendit· Populus ſtipem, matronæ theſaurum, et uirgines dona Cereri et Proſerpinæ tulerũt. Per uirgines uigintiſeptem cantitatum· Signa cupreſſea duo Iunoni Reginæ poſita· In Luſitania proſpere a Romanis pugnatũ·

Quinto Metello, Tullio Didio Coſs·

b Vbone in Capitolio ſupra Deorum ſimulachra uiſo, cũ piaretur Taurus· uictima exanimis cõcidit· fulmine pleraq; decuſſa· Haſtæ Martis in regia motæ· Ludis ĩ Theatro, Creta cãdida pluit, fruges et tempeſtates portendit bonas· Sereno tonuit· Apud ædem Apollinis Decẽuiris ĩmolantibus caput iocineris nõ fuit· ſacrificantibus anguis ad aram inuentus· Item Androgynus in mare deportatus· In Circo inter Pila militũ ignis fuſus· Hiſpani pluribus prælijs deuicti·

Cneo Cornelio, Lentulo· P· Licinio Coſs·

Vpplicatum ĩ Vrbe, quod Androgynus inuẽtus, et ĩ mare deportatus erat· Piſauri ter

ræ fremitus auditus. Muri pinnæ ſine terremotu paſſim deiectæ ciuiles portendere diſcordias. Nurſiæ ſimulachrū Iouis, in partem ſiniſtrā conuerſum. Cupreſſea ſimulachra Iunonis Reginæ poſita per uirgines uigintiſeptem, quæ Vrbem luſtrauerunt. Celtiberi, Medi, Dardani ſubacti.

Cneo Domitio, Caio Caſſio Coss.

Lupus Vrbem ingreſſus, in domo priuata occiſus. Bubo i Capitolio occiſus. Fulmine pleraq; decuſſa. Signa aurata Iouis cū capite, columnaq; deiecta. Feſulis ſanguine terra manauit. Aretii mulieri è naſo ſpicæ farris natæ, eadē farris grana uomuit, Vrbe Luſtrata. Ptolomæus Rex Aegypti Cyrenis mortuus. S. P. Q. Romanum hæredē reliquit.

P. Craſſo, Quinto Scæuola Coss.

Ere lacte pluit. Lebadiæ Eutichydes in templū Iouis Trophonii digreſſus, tabulā æneam extulit, in qua ſcripta erant, quæ ad res Romanas pertinerent. Fulminis afflatu pleraq; animalia exanimata. Venafri hiatu terra alte ſubſedit. Vultures canem mortuū laniantes occiſi ab aliis, et comeſi uulturibus. Agnus biceps. Puer tribus manibus, totidēq; pedibus natus. Athaſtæ Martis i Regia motæ. Androgynus Vrbino natus, in mare deportatus. pax domi, foriſq; fuit.

Caio

Caio Lælio, Lucio Domitio Coſſ.

n Ouendiale ſacrum fuit, quod in Volſca gẽte, lapidibus pluerat. Vulſiniis Luna noua decidit, et nõ niſi poſtero die hora tertia comparuit. Puella biceps, quadripes, quadrimana gemina fœminea natura, mortua nata. Auis incendiaria uiſa, occiſaq;. In Veſtinis, in uilla lapidib. pluit. Fax in cœlo apparuit, et totũ cœlũ ardere uiſum. Terra ſanguine manauit, et cõcreuit. Canes, ſaxa, tegulas uulgo roſerunt. Feſulis ingens multitudo inter ſepulchra lugubri ueſte, pallida facie, interdiu ambulare gregatim uiſa. Per Naſicam Hiſpaniæ principes, qui rebellabant, ſupplicio conſumpti, Vrbibus dirutis.

Caio Valerio M. Herennio Coſſ.

r Omæ et circa, fulmine pleraq; decuſſa. Ancilla puerum unimãnum peperit. Fregellis ædes Neptuni nocte patefacta. Maris uituli cum exta demerentur, gemini uitelli in aluo eius inuenti. Arretii ſignũ æneũ Mercurii, ſudauit. In Lucanis gregem ueruecum cũ paſceretur, et nocte in ſtabulo flamma circundãta nihil aduſſit. Carſeolis torrens ſanguinis fluxit. Lupi Vrbem ingreſſi. Præneſte lana uolitauit. In Apulia mula peperit. Miluus in æde Apollinis Romæ comprehenſus. Herẽnio conſuli bis ĩmolanti, caput iocineris defuit. In ſacro Nouendiali cœna Deæ poſita, a cane adeſa ante, ꝗ deli-

baretur. Vulſinis prima luce flamma cœlo emicare uiſa, cum in unum coiſſet, os flammæ ferrugineum oſtendit, cœlum uiſum deſcendere, cuius hiatu uertices flammæ apparuerunt. Luſtrationibus proſpere expiatum, nam totus annus domi, foriſq; tranquillus fuit.

Caio Claudio. M. Perpēna Coss.

Vbo in æde Fortunæ equeſtris comprehen
b *ſus, iter manus expirauit. Feſulis, fremitus*
terræ auditus. Puer ex ancilla natus ſine foramine naturæ, qua humor emittitur. Mulier duplici natura inuenta. Fax in cœlo uiſa. Bos locuta. Examē apium in culmine priuatæ domus cōſedit. Volaterris ſanguinis riuus manauit. Romæ lacte pluit. Arretii duo Androgyni inuenti. Pullus gallinaceus quadripes natus. Fulmine pleraq; icta. Supplicatio fuit. Populus Cereri et Proſerpinæ ſtipem tulit. Virgines uigintiſeptem carmen canentes, Vrbem luſtrauerūt. Medorum in Macedonia gens, prouinciam cruente uaſtauit.

Lucio Martio. Sexto Iulio Coss.

Ibius Troſo. P. Tarquinius leges ferētes, cū
l *bellum Italicum conſurgeret, prodigia mul*
ta apparuerūt Vrbi. Sub ortu Solis, globus ignis a ſeptemtrionali regione cum ingenti ſono cœli emicuit. Arreti frāgētibus panes, cruor è mediis flu

xit· In Veſtinis per dies ſeptē lapidib· teſtisq; pluit· Aenariæ terræ hiatu flāma exorta, ī cœlū emicuit· Circa Rhegiū terremota, pars Vrbis, muriq; diruta· In Spoletino colore aureo globus ignis ad terram deuolutus, maiorq; factus, è terra ad orientem ferri uiſus, magnitudinē Solis obtexit· Cuius in arce ſimulachrū Apollinis ſudauit· Aedis Pietatis in Circo Flāminio clauſa fulmine icta, A Sylo per ludos Romani trucidati, cum ex agris in Vrbem pecora, armentaq; Latini agerent, ſtrages hominum paſſim facta, armenta in tantam rabiem concitata ſunt, ut uaſtando ſuos, hoſtile imaginarentur bellū, lachrymantesq; multis affectibus, calamitatem præſagirent ſuis·

Lucio Iulio Cæſare·P·Rutilio Coss·

m Etella Cæcilia ſomnio Iunonē Soſpitā pro fugientem, quod immūde ſua templa fœdarentur, cum ſuis precibus ægre reuocatam diceret gregem matronarū ſordidis, obſcœnisq; corporis coinquinatum miniſteriis, in quo etiā ſub ſimulachro Deæ cubile canis cōfecuerat, cōmundatū ſupplicationibus habitis, priſtino ſplēdore reſtituit· A Picentibus Romani Barbaro more excruciati· Vbiq; in Latio clades accēſa· Lucilius Lupus ſpretis religionibus, cū in extis caput nō inueniſſet iocineris, amiſſo exercitu, in prælio occaſus·

Lucio Sylla, Quinto Pomp. Coss.

Pompeius Sylo in oppidum Bouianū, quod ceperat triumphans inuectus, omen Victoriæ hoſtibus oſtendit, quià triūphus in Vrbem uictricem, nō uictam induci ſolet, proximo prælio amiſſo exercitu, occiſus. Mithridati aduerſus ſocios bellum paranti, Prodigia apparuerunt. Strato pedo, ubi Senatus haberi ſolet, corui uulturem tundēdo, roſtris occiderunt. In eundem locum ſydus ingens cœlo demiſſum, Iſidis ſpecies uiſa, fulmīe petere. Lucum Furiarū cū Mithridates ſuccēderet, riſus exauditus ingens ſine autore. Cum Aruſpicum iuſſu uirginem Furiis īmolaret, è iugulo puellæ, riſus ortus, turbauit ſacrificium. Claſſis Mithridatis in Theſſalia a Romanis in prælio amiſſa. Cinna et Mario per bella ciuilia crudeliter ſæuientibus, Romæ, ī caſtris Gnei Pompei cœlum ruere uiſum, arma, ſignaq; tacta, milites exanimati. Ipſe Pōpeius afflatus ſydere, interiit. Lectum eius populus diripuit. corpus unco traxit, quod diſcrimine ciuili perſeueraſſet periclitanti Patriæ non ſuccurrere, cum et Imperium et maximos haberet exercitus. Peiræum Sylla cum oppugnaret, unus miles eius aggerē ferens, exanimatus fulmine. Aruſpex reſpondit, Diuturno labore, quod caput iacentis in oppidū uerſum eſſet, introitum, et uictoriam Romanis ſignificare. Poſt breue tēpus Athenæ et Peiræum a Sylla captæ. Ilio a C. Fimbria incenſo, cum ædes quoq; Mineruæ deflagraſſet, inter ruinas ſimulachrum antiquiſſimum inuiolatum ſte=

tit, ſpem'q; reſtitutionis oppido portendit.

Lucio Scipione, Gaio Norbano Coſs.

Er Syllana tempora, inter Capuam et Vul p turnum, ingens ſignorũ ſonus, armorum'q; horrendo clamore auditus, ita ut uiderētur duæ acies concurrere per plures dies. Rei miraculo ĩtus cõſyderãtibus, ueſtigia equorũ, hoĩum'q; et recẽtes protritæ herbæ, et uirgulta uiſa, molẽ ĩgentis bel=li portẽdere. In Hetruria Cluſii, materfamliæ uiuũ ſerpentem peperit, qui iuſſu Aruſpicum in profluẽtem deiectus, auerſa aqua natauit. Lucius Sylla poſt quintum annum uictor, in Italiam reuerſus, magno terrori fuit inimicis. Editui Capitolium una nocte cõflagrauit. Syllæ crudelitate fœda proſcriptio prīncipum fuit. Centena millia hominum conſumpta Italico, ciuiliq; bello relata ſunt.

Marco Aemylio. D. Bruto Coſs.

Idius Lælius legatus Pompei, cui prodigiũ d Romæ erat factũ, in lecto uxoris duo angues conſpecti, in diuerſum'q; lapſi. Proxime Pompeio in caſtris ſedẽti accipiter ſuper caput acceſſerat, in Hiſpania aduerſus Sertoriũ inter Pabulatores occiſus.

Cneo Octauio. C. Scribonio Coſs.

Eate terremotu ædes ſacræ ĩ oppido, agris'q; r commotæ. Saxa, quibus forum ſtratũ erat

diſcuſſa. Pontes interrupti. Ripæ labentis fluminis in aquam prouolutæ. fremitus inferni exauditi. & poſt paucos dies, quæ concuſſa erant, corruerunt. Saxum uiuum cum prouolueretur, in præcipiti rupe immobile ſtetit. A Sertorio in Hiſpania exercitus Romani cæſi. Aduerſum Medos uarie dimicatum.

Lucio Aurelio, Lucio Octauio Coss.

s Ertorio in Hiſpania exercitum ducenti, tale prodigium eſt factum. Scuta equitum parte exteriore, iaculáq;, & pectora equorum cruenta uiſa, quod proſperũ ſibi interpretatus eſt Sertorius, quia exteriora hoſtili ſanguine maculari ſolent. Continua ei prælia cum ſucceſſu fuerũt. Cyzicum Mithridates cum oppugnaret, Ariſtagoræ, qui in ſummo magiſtratu erat, Proſerpina in quiete uiſa eſt dicere aduerſus Tibicines, ſe Tibicinẽ comparaſſe. Poſtero die turres hoſtiũ, uento diſiectæ ſunt. Ad immolandum Bos ſacra iniuſſa, de mõtibus per hoſtiũ claſſem adnatauit, ſéq; ad aras percutiendã obtulit.

M. Ceſone. Gaio Antonio Coss.

f Vlmine pleraq; decuſſa. ſereno Varguteius Pompeius de cœlo exanimatus. Trabis ardens ab occaſu ad cœlum extenta. Terremotu Spoletum totum concuſſum. et quædam corruerũt. Inter alia relatu biennio ante in Capitolio Lupã Remi et Romuli fulmine ictã, ſignumq; Iouis cũ colũ-

na diſiectum. Aruſpicum reſpōſo in foro repoſitum. Tabulæ legum æneæ literis liquefactis. Ab his prodigiis Catilinæ nefaria conſpiratio cœpta.

Quinto Metello, L. Afranio, Coſſ.

Ie toto ante ſereno, circa horam undecimam nox ſe intendit, deinde reſtitutus fulgor turbinis ui, tecta deiecta, ponte ſublapſo, homines in Tyberim præcipitati. In agris pleræq; arbores euerſæ radicibus, Luſitani. Gallæci deuicti.

d

M. Cic. Gaio Antonio Coſſ.

Vm in agro Piſtorienſi Catilinā deuiciſſet, Laureatos faſces in prouinciam tulit, ibi a Dardanis oppreſſus, amiſſo exercitu profugit. Apparuit eum hoſtibus portendiſſe uictoriam, cum ad eos laurum uictricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. Lupi ī urbe uiſi. nocturni ululatus. flebiles canum auditi. Simulachrū Martis ſudauit. fulmen tota urbe peruagatum, pleraq; deorū ſimulachra decuſſit. homines exanimauit. Vrbs luſtrata. propter dictaturā Pompeii, ingens ſeditio in urbe fuit.

c

Gneo Domitio. Appio Claudio Coſſ.

M. Craſſus ad Parthos profectus, cum Eufratem tranſiret, multa prodigia neglexit.

Cum etiam coorta tempeſtas ſignifero ſignum arreptum merſiſſet Gurgiti, et offundente nimborum caligine prohiberentur tranſire, pertinaciter perſeuerans cum filio, et exercitu, interiit.

Lucio Paulo, Gaio Marcello Coss.

m Vla pariens, diſcordiam ciuium, bonorum interitum, mutationem legum, turpes matronarum partus ſignificauit. Incendium, quo maxima pars Vrbis deleta eſt, prodigii loco habitum. Inter Cæſarem et Pōpeium bella ciuilia exorta. Aduerſus Cæſarem Pompeius Macedonia cum inuitatis gentibus amicis inſtrueret aciē, a Dyrrhachio uenientibus, aduerſa fuerunt fulmina, examen apium in ſignis portendit. Nocturni terrores in exercitu fuere. Ipſe Pompeius pridie pugnæ die uiſus in Theatro ſuo ingenti plauſu excipi, mox acie uictus, in Aegypto occiſus. eo ipſo die pleriſq; locis ſigna ſua ſponte cōuerſa. Clamorē, crepitūq; armorū Antiochiæ, bis ut curreretur in muros, auditū, indéq; ſonū tympanorū Pergami. Palma uiridis Trallibus in æde Victoriæ ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum magnitudine mature enata. C. Cornelius augur Patauii eo die cum aues admitterēt, proclamauit rē geri, et uincere Cæſarem.

G. Cæſare. M. Lepido Coss.

d Ecimæ Legionis Aquilæ Gn. Pompeii filio quæ Fulmina tenebāt, uiſæ dimittere, et in

ſublime auolare, ipſe adoleſcens Pompeius uictus, et fugiens, occiſus.

Caio Cæſare. M. Antonio Coss.

C Aeſari dictatori exta ſine corde inuenta. Calpurnia uxor ſomniauit. Faſtigium domus, quod ſicut erat adiectum, ruiſſe. Nocte cum ualuæ cubili clauſæ eſſent, ſua ſpõte apertæ ſunt, ita ut lunæ fulgore, qui introuenerat Calpurnia excitaretur. Ipſe Cæſar uigintitribus uulneribus in Curia Pompeiana a coniuratis confoſſus.

M. Antonio. P. Dolobella Coss.

C. Octauius teſtamento Cæſaris patris Brundiſii ſe in Iuliam gentem adſciuit. Cumq; hora diei tertia ingenti circunfuſa multitudine Romam intraret, Sol, puri, ac ſereni cœli orbe modico incluſus, extremæ lineæ circulo, qualis tendi arcus in Nubibus ſolet, eã circunſcripſit. Ludis Veneris genitricis, quos pro Collegio fecit, Stella hora undecima Crinita ſub ſeptẽtrionis ſydere exorta cõuertit omniũ oculos, Quod Sydus quia ludis Veneris apparuit, diuo Iulio iſigne capitis conſecrari placuit. Ipſi Cæſari monſtroſa malignitate, Antonii conſulis multa perpeſſo, generoſa fuit ad reſiſtendũ conſtantia. Terremotus crebri fuerunt, fulmine naualia, pleraq; tacta turbinis ui ſimulachrum, quod M. Cicero Plebiſcito ante cællam Mineruæ pridie, q̃

in exilium iret, poſuerat, diſſipatum membris pro= mum iacuit, fractis humeris, brachiis, capite, dirũ ipſi Ciceroni portendit. Tabulæ æneæ ex æde Fidei turbine euulſæ. Aedis Opis ualuæ fractæ. Arbores radicitus, et pleraq; tecta euerſa. Fax cœlo ad occidẽtem uiſa ferri. Stella per dies ſeptem inſignis arſit. Soles tres fulſerunt, circaq; ſolẽ imum corona ſpicæ ſimilis in Vrbem emicuit, et poſtea in unum circulũ Sole redacto, multis menſibus languida lux fuit. In æde Caſtoris nominum literæ quædam Antonii & Dolobellæ conſulũ excuſſæ ſunt, quibus utriſq; alienatio a Patria ſignificata. Canum ululatus nocte ante Pontificis Maximi domũ Lepidi auditi, ex his maximus a cæteris laniatus, turpẽ infamiã Lepido portẽdit. Hoſtiæ, grex piſciũ in ſicco reciproco maris fluxu relictus. Padus inundauit, et intra ripam refluens, ingentem uiperarum uim reliquit, inter Cæſarem et Antonium, ciuilia bella exorta.

Caio Panſa. Hircio Coſſ.

CAeſari cum honores decreti eſſent, et imperium aduerſus Antonium, immolanti duplicia exta apparuerunt. Secutæ ſunt eum res proſperæ. C. Panſa Cos. Statua equeſtris Antonii domi corruit. equus phaleratus in ipſius conſpectu feſtinans concĩdit. Quidam e populo ſanguine uicti=

marum prolapſo reſperſam cruore palmam proficiſcenti dedit. Funeſta hæc ipſi prodigia fuerunt. Qui mox aduerſus Antonium dimicans, in mortem uulneratus eſt, armorum, telorumq; ſpecies a terra ui ſa cum fragore ad cœlum ferri, ſigna legionis quæ relicta a Panſa ad urbis præſidiũ erant, ueluti longo ſitu īductis araneis uenire uiſa, fulmine pleraq; icta. In caſtris Cæſaris luce prima, in culmine prætorii ſuper linteũ conſedit Aquila, inde circũuolantibus mi noribus auibus excita, de conſpectu abiit. Oraculo Apollinis uox audita, lupis rabies hyeme, æſtate frumentũ nõ demeſſum. Veteranis Cæſari cõſulatũ flagitãtibus, terribilis tumultus Romæ fuit, Cæſar cũ in Cãpum Martiũ exercitum deduceret, ſex uultures apparuerunt, conſcẽdenti, deinde roſtra, creato cõſu li iterũ ſex uultures cõſpecti, ueluti Romuli auſpiciis nouã Vrbẽ condituro ſignum dederunt. Reconciliatione inter Cæſarem, Antonium, Lepidum facta, fœda Principum fuit proſcriptio.

M. Lepido, Munatio Planco Coſs.

Mula Romæ ad duodecim portus peperit. Canis ædituí mortua a cane tracta, Lux ita fulſit, ut tanquam die orto, ad opus ſurgeretur. In Mutinẽſi uictoriæ Marianæ ſignum meridiẽ ſpectans, ſua ſponte conuerſum in ſeptentrionem hora quarta, cum hæc uictimis expiarentur, ſoles tres circiter hora tertia diei uiſi, mox in unum orbem cõ-

tracti. Latinis in Albano monte cũ ſacrificaretur, ex humo, a pollice Iouis cruor manauit. Per Caſſium et Brutum in prouincais, direptionibus ſociorũ, bella geſta. Notatum eſt prodigii loco fuiſſe, quod P. Titius prætor propter diſſenſiões collegæ magiſtratũ abrogauit, et ante annum eſt mortuus. Conſtat neminem, qui magiſtratum collegæ abſtulerat, annum uixiſſe. abrogauerunt autem hi, Lucius Iunius Brutus conſul, Tarqnio Collatino. Tib. Gracchus. M. Octauio Cæcinnæ. P. Tarquinius. P. Marullo. Tullius. Bruto, & Caſſio, pugnam aduerſus Cæſarem, & Antoniũ molientibus. In caſtris Caſſii examen Apiũ conſedit. Locus, aruſpicum iuſſu, interclusus, interius ducto uallo. Vulturum et aliarũ alitum, quibus ſtrages cadauerum pabulo eſt ingens uis, exercitum aduolauit. Puer in Põpa Victoriæ cultu cum ferretur, ferculo decidit. Luſtratione lictor peruerſis faſcibus lauream impoſuit. Brutianis in prælium egredientibus, Aethiops in porta occurrit, et a militibus cõfoſſus, Caſſius, et Brutus interierunt.

Caio Furnio, Caio Syllano Coſs.

Sub Appennino, in uilla Liuiæ uxoris Cæſaris, ingẽti motu terra intremuit. Fax cœleſtis a meridiano ad ſeptentrionem extenta luci diurnæ, ſimilẽ in nocte fecit. Turris hortorũ Cæſaris ad portam Collinam de cœlo tacta. Inſidiis Romanorum Germani circumuẽti ſub. M. Lollio legato, grauiter uexati.

Paulo Fabio, Quinto Elio Coss.

IN Germania, in caſtris Druſi examen apiū in tabernaculo Hoſtilii Rutilii præfecti caſtrorum conſedit, ita ut funem prætendentem, præfixamq́; tentorio lanceam amplecteretur, Multitudo Romanorum per inſidias ſubiecta eſt.

VENETIIS IN AEDIB. ALDI, ET Andreæ Aſulani ſoceri. Mēſe Nouembri. M.D.VIII.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z a a bb cc dd ee ff gg hh ii kk. Omnes quaterniones.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



AL DVS

Digitized by Google